







853 G.4

G. 4
853

Manoscritti.
Conv. Soppr.
G
4
853

S. Croce
N. 853

Conv. Soppr.
G. 4. 853

I

Liber Conventus sancte Crucis de flor. ordinis minor.

Scriptum sup. Ethicam fris Joannis de pechamo.
Scriptum magri Alex. andri sup. libros de anima.

N° 533

Cum scientie quedam sint de rebus et quedam de signis, cum scientia sit habitus anime intellective, erit scientia de signis quibus scilicet de signis que mediante sensu operationem habent centralem ad animam intellectivam ut ad potentias eius. Hoc autem proprie est sermo sive vox litteralis per impositionem signans et pronuntians aliquid intellectui. Scientia autem non erit proprie loquendo scientia de rebus nisi prout accipitur secundum operationibus secundum quas habent relationem ad animam. Duplex autem est potentia anime, scilicet speculativa vel cognoscitiva cuius per se obiectum est verum, et motiva cuius per se obiectum est bonum, et ideo scientia de rebus erit vel de rebus sub ratione veri vel de rebus sub ratione boni. Et secundum hoc habetur prima divisio philosophie sive scientie quam ponit Augustinus in pluribus locis in libro de civitate dei et ... in topicis in dividendo problematica per rationale sive sermocinale naturalem et moralem. Alia potest haberi divisio ... ut habetur in tractatu de anima. Generatur sensus et scientia in res et ideo scientie divisione rerum erit divisio scientiarum. Res autem possunt [illegible]

Et sic dicit Dionysius: bonum est quod desideratur ab omnibus. Et in hoc libro: bonum est quod omnia exoptant. Desideratum autem vel optatum presupponit cognitionem, ergo et bonum. Sed quod cognitum est verum, ergo verum prius erit bono. Item affectione ... virtutis procedunt voluntate et intellectu ... Ex quo sic arguitur: si affectione boni vel virtutis procedit scientia sive ... loquendo ipsum verum antecedet ad bonum. Item omne quod est unum est ens, sed non omne quod est bonum est ens, ut istum degere vel aliquid tale. Unum ergo communius bono et in uno prius. Contra bonum et ens convertuntur ... Ex quo arguitur cum unum et bonum ad unum convertantur ... ergo neutrum prius altero. Item istud idem videtur: quia quecumque habet unumquodque de esse sicut de entitate sic habet de bono. Et dicitur alibi: sicut se habet unumquodque ad esse ita ad verum. Ex quo patet quod verum et bonum adequantur ipsi enti vel esse, et ita inter se sunt equalia et ita neutrum prius altero. Item quod bonum antecedat verum videtur quia [illegible]

[illegible]

Biblioteca Nazionale Centrale Firenze MSS

motum et indigentiam omnium. prima potentia non ponit esse nisi secundum quid. secunda potentia ponit esse simpliciter. sed illud tamen est prius esse in nullibus aliquis est. ¶ Ad aliud dicendum quod entis notitia rei certitudinem vel entitatem absolute. verum et unum et bonum esse ipsum eius dicunt proprietates vel conditiones. unum enim super ens addit complementum. verum distinctionem. bonum ordinem. et per hoc patet ordo horum. primo enim est ens completum secundum viam intelligendi quam distinctum et distinctum quam ordinatum. vel aliter. ex unione forme cum materia causatur esse vel entitas rei composite. forma enim perficit et perfectum distinguit ab aliis. perfectum et distinctum ordinat ad aliud sicut ad opus. quo ad primum unum. quo ad secundum verum. quo ad tertium bonum. Vel aliter potest dici ut verum dicat eius relationem ad causam efficientem. unum ad formam. bonum ad finem. ¶ Sed tunc est questio quare non est aliqua proprietas designans esse eius que dicat relationem eius ad materiam sicut ad alias causas. et ratio potest esse quia per hoc incompletum non dicitur quia omne causatum vel est forma vel habet formam. similiter finalem habet causam et efficientem. sed non sic habet materiam. ¶ Ad ultimum dicendum quod sanitas est habitus anime secundum partem intellectivam et ideo de eo quod dicit relationem ad animam intellectivam et potentias eius proprie debet esse sanitas. eius autem sub ratione entis vel unius ratione istam non dicatur. sed sub ratione boni et veri. ut patet ex eorum dictis. dicit enim Hilarius. verum est quod est sui declarativum et manifestativum. ente relato ad potentiam cognoscentem. similiter Anselmus. bonum est quod desideratur ab omnibus. et hoc bonum est quod omnia expetunt. ente relato ad motivam. et propter hoc de ente sub ratione unius et sub ratione boni est sanitas.

¶ Secundo queritur quare sic. Dicitur quod moralis scientia est de bono. aut igitur est de bono simpliciter prout abstrahitur a bono creato et increato. vel prout contrahitur ad bonum creatum. et si sit de bono creato tunc est questio utrum sit de ipso simpliciter vel prout contrahitur ad distinctum boni creati. ut ad felicitatem vel ad virtutem. Quod primo non videtur sic. constat quod in hac doctrina morali determinatur de virtute et de operibus virtutis. relinquitur dicendum. et iterum est quid creatum. determinatur etiam de felicitate de qua dicitur quod est actus consummatus. Ex quo sic arguo. cum secundum Damascenum omne creatum sit mutabile. et similiter secundum Dyonisium omne creatum vertibile sit in nichilum. et secundum Platonem in Thimeo. tunc primum indutum et omne victum non dissolubile sicut dicit. cum felicitas sit actus consummatus sicut dicitur in hoc libro non erit bonum creatum quia increatum et ut bonum creatum. determinatur igitur de bono non solum creato vel increato. igitur prout abstrahitur ab utroque. ¶ Item in hoc libro dicitur quod felicitas est bonum perfectissimum et per se sufficiens. sed nulla creatura est per se sufficiens. ergo felicitas non erit bonum creatum sed increatum et ut prius. determinatur igitur de bono prout abstrahitur ab utroque. ¶ Item in principio huius libri dicitur quod hic intendit de bono propter quod alia appetuntur et ipsum propter nullum aliud appetitur. sed tale bonum est nobilius et perfectius omni alio bono. sed constat quod increatum creato nobilius. quare hic intendit de bono increato et non solum de creato. Si igitur bonum ponatur secundum omnes quod hic sit bonum prout abstrahitur a bono creato et increato. ¶ Sed contra. in sequentibus ostendit autem felicitatem esse in nobis a divina providentia. igitur est quid creatum. ¶ Item nulla forma que est forma sicut exemplar solum denominat rem felicitas. et denominat hominem. igitur non est forma que sit exemplar solum. Sed bonum increatum non est forma nisi sicut exemplar solum. quare felicitas de qua determinat moralis non est bonum increatum. ¶ Item plus distant bonum creatum et increatum quam creatura quelibet inter se. sed sicut dicit non omnium bonorum que sunt sub uno predicamento potest esse doctrina una. igitur multo fortius de bono creato et increato non erit scientia una. ¶ Item quod sit bonum dicitur de bono creato et increato ut videtur secundum unam rationem. quod sic videtur quia quod comparabile est est univocum. sed possumus dicere bonum increatum est melius bono creato. est igitur bonum univocum. ¶ Sed contra dicit. dicitur b. bonum dictum de bono increato dicit essentiam. de bono creato dicit accidens. dicitur igitur non est quod ad substantiam et accidens sic neque bonum ad creatum et increatum

¶ Ad horum evidentiam sciendum quod Augustinus. In hac doctrina determinatur de bono creato ut de virtute et de felicitate creata. unde ut rationes solvamus distinguendum utrumque. et quod de felicitate creata et quod de felicitate increata. quod obicitur quod felicitas de qua determinatur est consummata. omne vero creatum consumitur. respondendum quod creatum potest considerari ratione eius ex quo est. et sic omne creatum mutabile quia ex nichilo. vel potest considerari ratione eius a quo quod est creator vel ratione eius ad quod. ex hiis duobus modis potest esse incorruptibile. quo ad primum corruptibile. ¶ Sed tunc est questio cum in primo physicorum dicatur omne corruptibile corrumpetur et omne creatum corruptibile ad minus uno modo. non tunc omne creatum corrumpetur. Respondendum quod aliquid dicitur corruptibile propter actualem compositionem ex contrariis. et de tali loquitur Aristoteles. aliud dicitur naturaliter corruptibile quod in se non habet causam vel esse sue existentie. et hoc modo omne creatum corruptibile est. sed non omne corruptibile hoc modo corrumpetur. ¶ Ad aliud dicendum quod per se sufficiens est duobus modis. simpliciter et sic solum bonum increatum. vel in genere et sic nichil est in genere prohibet bonum creatum esse per se sufficiens. ¶ Ad aliud dicendum quod bonum propter quod alia optantur est finis. sed duplex est finis intra et extra. de bono propter quod alia optantur quod est finis intra et non extra loquitur ibi. et potest solvi per eandem distinctionem cum precedenti. Si autem velimus sustinere quod determinet de felicitate increata. tunc ad rationes contrarias respondendum est quod igitur primo obicitur quod auctor ostendit felicitatem esse a divina providentia et ita est quid creatum dicendum quod sicut non est inconveniens idem dare se ipsum sic non est inconveniens felicitatem esse bonum increatum et divina providentia. et esse in nobis a divina providentia. vel dicendum quod cum dicitur felicitatem esse in nobis a divina providentia loquitur de felicitate non quo ad essentiam sed quo ad actum suum quem elicit in nobis. ¶ Ad aliud potest dici quod est predicatio per essentiam et predicatio per causalitatem. forma que est exemplar non predicatur loquendo de predicatione que est per essentiam. sed per causalitatem potest. unde felicitas que est creata potest dici bonum divinum quia adeo sui a se ipso nobis datur. similiter nos possumus dici felices non essentialiter sed causaliter quia ab illa felicitate increata remuneramur. ¶ Ad aliud dicendum quod duplex est convenientia. unius ad unum et hoc modo plus conveniunt et minus distant bonum creatum et increatum quia unum in altero et ab altero est quam duo bona creata que inter se sunt disparata. et est convenientia duorum in tertio. et hoc modo procedit obiectio. ¶ Ad aliud dicendum quod bonum non dicitur secundum unam rationem sed potius per analogiam de bono creato et increato et quod obicitur quod immo quod potest considerari comparari. respondendum quod analogia non impedit comparationem. sed simpliciter equivocum impedit. et si queratur quod si bonum non dicitur univoce de bono creato et increato non potest esse scientia una de bono sic dicto dico quod immo. non enim semper requiritur unitas univocationis ad unitatem scientie. immo sufficit unitas analogie. unde Aristoteles in quarto methaphysice. Quorumcumque est una vel analogia una eorum potest esse doctrina una. per hoc potest patere quod modo intendit de bono non solum prout contrahitur ad felicitatem vel solum ad virtutem. sed prout communiter se habet ad utrumque. tamen non est intelligendum quod de istis consideret equaliter. immo sicut primus philosophus considerat accidentia ut referuntur ad substantias que sunt eorum principia. et esse quod in secundo quod dicit quod distinctiones accidentium recipiunt additiones. et substantias generabiles et corruptibiles prout ad substantiam primam que est et principium omnium aliarum. sic moralis bonum in operibus considerat propter bonum virtutis sui habitus. et bonum in virtute considerat prout ordinatur ad felicitatem. unde felicitatem primo et per se et principaliter determinat. alia non ratione felicitatis et ut ad ipsam ordinantur. ¶ Sed queritur cum potest bonum gratie vel glorie de quibus forte philosophi non sciunt sit bonum nature. et bonum ex genere et bonum ex circumstantia de quo modo differunt bonum consideret moralis. et videtur quod de bono nature. quia cum principaliter intendat de felicitate ut dictum est. felicitas autem naturalis et essentialis est bonum videtur quod intendat de bono nature. ¶ Item quod est natura tale magis est tale quam quod non est natura tale. igitur quod est natura bonum magis est bonum quam quod non est natura bonum. sed igitur de maximo bono considerat moralis. et considerat de bono quod est bonum natura. ¶ Contra hoc est quia doctrina ista non dicitur moralis nisi quia considerat bonum ut morale est. non igitur de bono quod est bonum natura. sed vel quod est in genere vel ex circumstantia bonum. ¶ Item moralis scientia dicitur esse de hiis que fiunt ab opere nostro. sed bonum ut est bonum natura nichil dicitur quod fit ab opere nostro

igitur non est de bono quod est bonum natura. ¶ Item cum moralis sit de hiis que fiunt ab opere nostro. felicitas autem non sit ab opere nostro sed a divina providentia sicut post probatur quoniam est de felicitate. ¶ Ad horum evidentiam sciendum quod moralis philosophus considerat bonum quod natura est bonum ut felicitatem et virtutem sed non ut sunt bonum natura sed ex alio. aliter enim non diceretur moralis. unde sicut dictum est quod logicus considerat res nature non ut naturales sic dictum est quod moralis considerat quod est natura bonum non ut naturale sed morale. rei autem identitas vel diversitas non ponit identitatem vel diversitatem in scientia. sed modum considerandi vel accipiendi esse differentis. et si obiciatur quod bonum natura non est ab opere nostro respondendum verum est ut est bonum natura. ut tamen super ipsum cadit actus affectionis ab opere nostro est. quod obicitur quod felicitas non est ab opere nostro et ideo de felicitate non posset considerare moralis. dicendum quod licet quo ad generationem substantiam non sit ab opere nostro. tamen quo ad suum actum vel suam unionem ad nos causatur ab opere nostro. ¶ Secundo queritur utrum moralis philosophus in aliqua parte moralis philosophie possit determinare de felicitate ut de subiecto. et postea utrum in eodem libro particulari determinare habeat de felicitate et virtute vel in diversis. De primo sic. cum felicitas sit finis totius doctrine moralis. non in ipsa nec in aliqua parte eius potest esse subiectum. subiectum enim materia est. finis autem et materia non coincidunt. ¶ Item ponit Avicenna differentiam inter materiam et subiectum volens quod materia nominet ens in potentia solum. subiectum vero nominet ens completum ex materia et forma. cum igitur felicitas forma sit solum et non sit ens compositum ex materia et forma non erit subiectum. ¶ Item scientia est una que est unius generis subiecti partes et passiones considerans. subiectum igitur scientie debet habere partes et passiones. cum igitur felicitas sit quid simplex nec habeat partes non erit subiectum scientie huius. ¶ Contrarium huius patet in principio huius libri ubi dicitur quod doctrine civilis est determinare de felicitate et sicut in fine primi libri de virtute gratia felicitatis et hoc concedimus. ¶ Ad primo obiectum dicendum quod in eadem scientia sub eadem ratione accepta non est idem subiectum et finis sed in eadem sub alia ratione accepta potest esse. ubi igitur loquitur de morali scientia ut est speculans et sic subiectum eius est felicitas vel in quantum operans et sic est finis. vel aliter distinguendum felicitatem et assecutionem vel actus felicitatis. felicitas igitur subiectum est secundum substantiam. sed assecutio felicitatis est finis sive felicitas quo ad actum suum quem in nobis habet relinquere. ¶ Ad aliud dicendum quod Avicenna loquitur de subiecto non scientie sed forme. cum vel que non est in subiecto non perficiente tempore vel natura forme substantialis. ¶ Ad aliud respondendum quod et si felicitas non habeat partes ut ex quibus integretur actualiter. habet tamen partes ut ex quibus eliciatur non dico effective sed sicut in actu disponentes. et has partes possumus dicere operationes vel virtutes ex quibus relinquitur. vel cognitionem et dilectionem per que ad eam movemur. ¶ De secundo sic cum similiter se habeat scire ad demonstrationem et felicitas ad virtutem sicut in eodem libro determinatur de demonstratione et scire sic in eodem libro specialiter de felicitate et virtute. ¶ Item sicut virtus finis est operationum sic felicitas virtutum. sed in eodem libro particulari determinatur de virtutibus et operationibus ex quibus relinquitur. quare similiter et in eodem libro particulari determinandum est de felicitate et virtutibus. ¶ Ad ista posset dici quod in eodem libro determinatur de felicitate et virtute sicut patet in fine primi libri. unde possemus concedere rationes. Si tamen velimus aliter dicere possumus dicere quod non est simile de scire ad demonstrationem et felicitate ad virtutem. scire enim non habet esse aliunde aliquo modo quam a demonstratione. sed felicitas aliunde habet esse quam a virtute. unde virtus non est nisi sicut dispositio ad optimum. sed felicitas causa est et ratio ad ipsam dare et ideo non est simile. Similiter dicendum secundum philosophum quod operationes sub debitis dispositionibus sunt tota causa virtutis. quod forte non diceret theologus. sed virtus non est tota causa felicitatis et ideo non est simile. ¶ Secundo queritur quare sic. Si causa prior causa et effectus prior effectu. causa autem felicitatis est primum agens sicut post probatur. causa non virtutis est habitus sive operationes. bonis igitur felicitas prior erit simpliciter virtute. ¶ Item cum felicitas actio vel operatio videtur non habeat operis et forte mutationis vel motus prior est terminus. prior erit felicitas virtute. ¶ Item cum moralis principaliter intendat finem quod plus tenet conditionem finis prima est in consideratione moralis. igitur cum felicitas plus habeat rationem finis

quam virtus prior erit apud moralem. ¶ Contra. felicitas est bravium virtutis. virtus igitur est sicut meritum. felicitas sicut premium. sed naturaliter loquendo meritum antecedit premium. igitur et virtus felicitatem. ¶ Item in diffinitione felicitatis ponitur virtus cum dicitur felicitas est actus secundum virtutem perfectam. et secundum Boetium cum dicitur felicitas est actus omnium virtutum aggregatione perfectus. quia cum diffinita posita sunt diffinito. et virtus felicitate. ¶ Item in eodem incompletum antecedit completum. igitur cum felicitas ponat completionem in eo. virtus non in eodem prius erit virtus quam felicitas. ¶ Ad hoc dicendum quod de felicitate prius dicitur quam de felicitate virtute. ad obiectum dicendum quod duplex est prioritas. scilicet tempore et origine quo modo mixtum antecedit premium. et est prioritas substantia et diffinitione quo modo possibile est immo generis non premium antecedat. vel aliter est quoddam meritum quod est tota causa premii et hoc antecedit. sed virtus non est meritum quod sit tota causa felicitatis et ideo non oportet quod precedat. ¶ Ad aliud dico quod illud quod ponitur in diffinitione sic genus vel differentia semper prius est. sed si ponatur sic tamquam finem vel dependentiam alio quod est in diffinitione sic genus vel differentia tale non oportet quod sit prius licet ponatur in diffinitione. vel dico quod loquitur de felicitate secundum suam essentiam et sic non habet diffiniri per virtutem. vel secundum esse quod habet in subiecto quod perficit. et quia non est nisi per virtutem antecedentem hoc modo antecedit virtus felicitatem. simpliciter tamen non. ¶ Ad ultimum dicendum quod sine dubio in eodem prius est virtus quam felicitas. non tamen est virtus prior secundum essentiam quam felicitas. vel dicit quod prioritas qua incompletum antecedit completum est prioritas originis et hec est accidentalis. sed prioritate substantie vel diffinitione qua prioritas est essentialis completum antecedit et ideo felicitas essentialiter est prior. ¶ Secundo queritur quare dicitur. opus sequitur appetitum. sed igitur homo non errat in appetendo. quia semper appetit bonum. igitur neque in operando. ¶ Item opus hominis secundum quod habet mereri et demereri semper est a ratione. sed sicut habetur in libro de anima. ratio semper est recta. fantasia aliquando recta aliquando non. cum igitur a ratione sit semper recta sic numquam exibit opus nisi rectum quod bonum. ¶ Item cum sensus appropriatorum obiectorum semper sit verus. plus autem potest virtus intellectiva quam sensitiva. multo plus virtus intellectiva motiva respectu appropriati obiecti debet esse recta. proprium autem eius obiectum est bonum. igitur virtus non potest errare. Si forte dicatur quod virtus intellectiva quando operatur de se et non per motum sensitive semper est recta. sed quia aliquando operatur in nobis mota a sensitiva et imperata aliquando mota a se ipsa et non aliunde ipsa et ideo aliquando recta aliquando non. hoc non videtur esse verum quia secundum hoc in intelligentia separata ubi non coniungitur intellectus cum fantasia non accideret error. ¶ Item videtur quod numquam ratio operetur per motum sensitive sed semper econverso. Est enim duplex substantia corporea et incorporea. corporea duplex. corruptibilis ut homo. incorruptibilis ut sol. Similiter duplex est incorporea. corruptibilis ut pars sensitiva. incorruptibilis ut intellectiva. ex hoc sic arguo. sicut se habet substantia corporea corruptibilis ad substantiam corpoream incorruptibilem. sic incorporea corruptibilis ad incorpoream incorruptibilem. cum igitur substantia corporea incorruptibilis non operetur per motum substantie corporee corruptibilis sed potius econverso. substantia incorporea incorruptibilis numquam operabitur per motum incorporee corruptibilis sed potius econverso. igitur intellectiva non operatur per motum vel impulsum sensitive sed potius econverso. quare ab illa nullam recipit rectitudinem. ¶ Item duplex est virtus motiva. sensitiva et intellectiva. sensitiva duplex universalis et particularis. universalis ut corporis universaliter. particularis sicut sensitive particularis movere sicut in nervis et musculis. ex quo sic arguitur. plus superat intellectiva motiva universalem sensitivam motivam quam universalis sensitiva motiva particularem sensitivam motivam. igitur si motiva sensitiva universalis non operatur per motum sensitive particularis sed potius econverso. intellectiva motiva non operabitur ad motum sensitive motive universalis sed potius econverso. ¶ Item dicitur post. Boni coriarii est ex dato corio facere calceum optimum. et intelligitur facere optimum calceum secundum possibilitatem corii dati. et idem potest intelligi de quocumque alio artifice. ex quo potest accipi hec propositio generalis. cuiuslibet boni artificis est facere opus optimum secundum possibilitatem materie. igitur si primum est artifex bonus. est eius facere animam bonam secundum quod eius natura potest recipere. igitur si anime nature non repugnat quin possit esse perfecta gratiis et virtutibus. tamen Deus eam perfectam faciens et virtutibus. ¶ Item ad idem in primo non differunt potentia voluntas et opus. igitur cum posset creare animam facere eis et virtutibus perfectam. vel et facit.

Contra in secundo physicorum et in secundo periermenias dicitur quod potestates rationales oppositorum, naturales non nisi unius. Si ergo cum voluntas sit intelligentia motiva sit virtus rationalis erit contrariorum, quare non solum boni sed contrarie boni et mali. Item in secundo de anima virtus una est unius contrarii. Si bonum et malum sint contraria sunt unius virtutis, quare virtus intelligentia non solum erit boni immo et mali. Item omnis substantia composita ex contrariis non movetur ad contrarium. Sed cum homo sit compositus ex substantia corporea et incorporea sive ex substantia corruptibili et incorruptibili constat quod compositum ex contrariis. Ergo non tantum movebitur ad bonum sed indifferenter ad bonum et malum. Item in primo physicorum privatio semper inclinatur ad contrarium sive malum. Ergo cum anima intellectiva sit ex nichilo et sic habeat privationem sive principium rationale sive principium movebitur ad malum et non solum ad bonum. Ad horum evidentiam notandum quod duplex est appetitus in homine, naturalis et deliberativus sive electivus. Naturalis solum unius est et ad unum. Deliberativus et si per se sit ad bonum potest tamen esse boni et mali. Boni autem recte eligit, mali autem errat in eligendo. Cuius erroris causa potest esse apparens bonitas in re exteriori vel sensus condelectans rei extra propter aliquam complacentiam excitans intellectum sicut in latrocinio contingit de malo sensu excitante aliquem ad illicita, vel propter impotentiam intellectus non valentis discernere preeminentiam aliquorum vel non attendentis quod presens est ad id quod ex eo est futurum. Prima causa erroris communis est omni rationali creature et tertia. Secunda vero hominis propria. Concedimus ergo quod contingit hominem errare et declinare a bono. Ad primum obiectum dicendum quod duplex est appetitus, naturalis et hic est boni tantum et ad bonum, et deliberativus sive electivus et hic est ad bonum solum tamen indifferens est boni et mali et operatur secundum quod attendit intellectus vel virtutem sequitur appetitivum. Hec ultima ui dicitur et ideo potest esse recta et non recta sive boni et mali sicut est appetitus.

Ad aliud dicendum quod loquitur de intellectu secundum partem superiorem vel secundum partem inferiorem. Et quo ad inferiorem potest esse rectus et non rectus sicut et fantasia. Quo ad superiorem dico quod semper rectus est, non appellatur non rectus nisi tantum quia pars inferior non semper obedit. Ad aliud dicendum quod sicut voluntas potest considerari ut est natura quedam vel inquantum est voluntas, sic utraque intelligentia potest considerari inquantum est natura quedam vel inquantum est deliberans et ratiocinans. Primo modo semper est recta et magis vel eque sicut sensus. Secundo modo potest errare, et in illa collatione et deliberatione si contingeret quod sensus eam faceret contingeret ipsum decipi sicut et intellectum immo magis. Et hoc sicut ostendit ratio et sicut predictum est in solvendo quod totalis causa erroris in homine non est sensus excitans intellectum ad delectabile sive ad bonum ut nunc immo sicut visum est. Et si homo non haberet sensum adhuc contingeret ipsum errare. Ad aliud dicendum quod non est simile quod sic corpore incorruptibili ad corpora corruptibilia et incorporea incorruptibili ad incorporea corruptibilia. Quia enim corpora incorruptibilia et corpora corruptibilia non sunt in uno neque unius ideo non movent se invicem. Sed illa que prior est natura et nobilior semper ducit et movet. Sed substantia incorporea incorruptibilis et incorporea corruptibilis unius sunt et in uno, et ideo contrario possunt in se agere. Preterea contrario est in hiis et in illis, quia corpora incorruptibilia non priora sunt corporibus corruptibilibus, sed incorporea incorruptibilia non est prior natura incorporea corruptibilis sed posterius eis. Ad aliud dicendum quod utrique motive movent motu ab obiectis. Et quia idem est obiectum sensitive virtutis motive et potentie et illud obiectum provenit ad virtutem ulteriorem que preclarior est, ex hoc accidit dicit quod virtus ulterior sensitiva preclarius motiva non movet nisi mota ab ulteriori. Sed in obiectis habent differentiam virtus motiva intellectiva et virtus sensitiva et propter hoc quia habent quasi obiecta contraria potest una moveri non ad motum alterius. Preterea secundum illos qui ponunt quod sensitiva et intellectiva sunt diverse substantie in homine non est simile, quia sensitiva virtus motiva et potentie sunt unius substantie sed intellectiva motiva et virtus sensitiva non. Ad aliud dicendum quod duplex est voluntas rerum, naturalis sive in se et per comparationem ad finem ad quem sunt. Et quia primum est agens secundum voluntatem et agens per voluntatem potissime agit propter finem, ideo in productione rerum attendit nobilitatem rei non naturalem vel in se sed prout refertur ad finem. Finis autem propter quem creavit hominem est ut participet beatitudinem quam non

et quia plus meretur homo beatitudinem potens peccare et non peccans sed bonum operans quam si non posset, ideo nobilius fuit homini ipsum sic creare quam non potentem declinare. Ad ultimum dicendum quod privatio duplex est. Quedam privatio generalior sive rerum exteriorum. Alia inferior que est ipsum non esse, et talis et potentia primi differunt non nisi per accidens. Differentia hec ex parte primi sive in substantia potentie et operationis, quia hec idem sunt quantum ad primum sed ut se tendat diversitas propter aspectum ad res exteriores. Ad sextum quod sic malum habet causam exteriorem moventem et habet causam interiorem operantem sive exequentem et quod primo de causa exteriori, quia illud delectabile aut est bonum aut apparens bonum. Si bonum ergo sui generis non est causa. Si apparens bonum ista apparentia non removet ab eo naturam ergo neque bonum et sic ut prius apparens bonum mali non erit causa. Item de causa interiori operante quero quid ipsa sit utrum sensus vel intellectus. Sensus non quia operationes sensitive communes sunt nobis et brutis et ideo sicut bruta non merentur sic neque nos secundum illas. Si intellectus, contra intellectus non movetur nisi motum a fine. Finis autem et bonum idem. Ergo non operatur nisi referendo operationem ad finem sive ad bonum. Sed malum cum privet bonum non refertur ad finem suum bonum, ergo non erit intellectus causa mali. Ad horum evidentiam dico quod causa mali duplex est, interior et exterior. Exterior delectabile movens. Interior duplex, suggerens et irritans sicut sensus, operans vel exequens sicut voluntas. Sed de voluntate est loqui dupliciter. Aut inquantum est natura et sic est boni solum et ad bonum. Aut inquantum voluntas et sic potest considerari dupliciter, aut per comparationem ad principium a quo vel per relationem ad finem ad quem, et neutro istorum modorum deficiens est; vel per comparationem ad illud ex quo, et quia ex nichilo quantum ad hoc potest deficere et esse causa mali scilicet per defectum. Quod ergo queritur utrum delectabile exterius possit esse causa, dico quod sic sicut movens, non est hoc ingerens quod bonum sit causa movens vel occasio inclinans ad malum. Sed non propter hoc sequitur quod malum sit causatum a bono sed ab operante qui movetur ab illo bono vel delectabili exteriori male ordinato. Verum illud delectabile exterius movet virtutem vel potentiam et illa postea mota non ordinat id in finem propter quem est sed pervertit, ex illa perversione accidit abusus in opere et sic malum. Neque dico quod apparens bonum moveat potentiam non ratione boni sed illud bonum quod sic movet ponit aliquid potest ubi vel in quo non est. Ad aliud dicendum quod sine dubio sensus potest esse causa interior non sicut operans vel conservans sed sicut suggerens et irritans.

Aliter potest dici et melius quod sensus aliquando movet intellectum, aliquando non operatur motus in intellectum, verbi gratia aliquando gustabili recepto in sensu irritatur gustus tunc ad condelectandum vel laborandum ut consimile gustabile acquirat, et sic sensus est causa sicut excitans solum. Aliquando vero ratio deliberans de tempore vel de loco vel de diversis gustabilibus imperat gustui ut gustet, et tunc in hoc actu exteriori consumato movetur vel utitur secundum quod dicit auctor quod ad virtutem requiruntur scire, velle et operari firmiter. Dico ergo quod huiusmodi opus secundum sensum hoc ultimo modo dicitur proprium est hominis et non primo modo. Et hoc modo sensus potest esse causa interior operans ad malum, tamen et si hec opera exteriora secundum sensum numquam procedit intellectus ad plenum consensum sequitur virtus vel vicium in actu. Et si obiciatur quod intellectus cum sit natura non movetur nisi ad bonum quia omnis natura bona, respondendum quod ex parte qua est ex deo non dicitur natura sed defectum et propter hanc rationem huiusmodi provenit tamen causa quod intelligentia possibilitatem habet ad malum.

Omnis ars et omnis doctrina et cetera.

Dicitur dictum est moralis philosophie principaliter intendit de felicitate et de ea primo determinat. Et quia virtus ordinatur ad felicitatem, est enim felicitas bravium virtutis, unde virtus est dispositio ad optimum, ideo gratia felicitatis secundo determinat de virtute et hoc usque ad finem primi libri, ibi Si autem felicitas et cetera. Prima pars dividitur in duas. In prima dicit suum dictum quoddam antecedens ad doctrinam de felicitate. Secundo determinat de hiis que sunt de substantia doctrine. Sed primo ponit prohemium ad hanc partem. Secundo exequitur propositum, ibi Dicamus autem de re. Prima istarum habet quinque partes. In prima ostendit auctor quod necesse est ponere bonum quod sit optimum, quia aliter desiderium hominis esset vanum et inane, et hoc bonum optimum felicitas est. Secundo

dicit cuius doctrine vel artis artificis est considerare istud bonum quod sit est optimum, ibi Si autem ita temptandum. Tertio determinat modum procedendi quem debet habere doctrina considerans istud bonum, ibi Dicetur utique. Quarto determinat de auditore quis debet esse, ibi Iuvenis autem. Quinto ponit recapitulationem quantum ad quedam predictorum, ibi Et de auditore. Prima istarum habet duas. In prima ostendit auctor quod necesse est ponere aliquod bonum vel finem quod sit optimum, et quia bonum est perfectivum etiam quo ad istum aspectum posset aliquis videri quod intellectus quantum ad partem cognoscitivam non perficeret felicitas. Hoc removet secundo ostendit quod non solum perficit intellectum secundum partem motivam immo etiam secundum cognoscitivam, ibi Ita sibi cognitio. Vel secundo ostendit quod cognitio existens in homine multum ad assecutionem huius boni optimi, et incipit ibidem. Prima istarum habet duas partes. In prima ostendit auctor quod omnia generaliter sive homo qui quidam modo est omnia, quia finis omnium vel quia generat cum omni creatura appetunt sive optant bonum. Et quia bonum et finis idem, ideo auctor secundo dividit bonum accipiendo ipsum sub nomine finis, ibi Differentia autem. Tertio inducit ut eliciat istam conclusionem scilicet quod oportet ponere aliquod bonum vel finem optimum sive perfectissimum, ibi Multis autem. Due prime partes sunt de presenti lectione. Unde presens lectio duas habet partes. In prima ostendit quod omnia sive homo qui quidam modo est omnia appetunt bonum. Et quia bonum et finis idem, secundo dividit finem, ibi Differentia. Prima habet duas partes. In prima auctor volens ostendere quod omnia exoptant bonum primo ponit propositionem minorem sive rationis. Secundo conclusionem, ibi Ideo bene et cetera. Maiorem tacet. Pars secunda continet partes quatuor. In prima dicit quod diversi sunt fines. Secundo dicit qui sunt illi, ibi Hii quidem. Tertio quia dixerat quod opus est finis affirmat sive verificat hoc, ibi Quorum autem. Quarto comparat finem qui est actus ad finem qui est habitus, ibi Quoddam autem. Vel dic quod ista pars Differentia autem finium dividitur in duas partes. In prima dicit quod diversi sunt modi finium. Secundo dicit qui sunt illi modi diversi, dicens quod quidam est finis sicut opus aliquod vel actus, alius est finis preter opus idest aliquid quod ex opere delinquitur. Et dicit quod in scientiis in quibus finis est non opus sed quod ex opere delinquitur, opus scilicet operatum idest quod ex opere delinquitur est melius quam actus. Secunda pars ibi Hii quidem actus. Tertia ibi Quorum autem. Et sententia facilior est et planior. Unde alia translatio sic dicit: et diversitas quidem videtur finium et cetera. Hec est divisio. Circa primam partem sic procedit dicens illud quod ars et doctrina et opus et prohemium est operativa vel optativa secundum quam in translationem est illud quod omnia appetunt. Bonum est huiusmodi, ergo bonum est quod omnia appetunt. Circa secundam sic procedit dicens omnia appetunt bonum, sed bonum et finis idem, sed bonorum vel finium est differentia sive modi sunt diversi. Deinde ostendit quomodo sunt diversi fines dicens Hii quidem, idest quidam sunt fines sicut habitus operum est finis, ut nomine actus intelligatur habitus, quia sic actus perficit potentiam sic habitus suo modo. Hii vero extra. Aliud membrum quasi dicit quidam est finis sicut habitus et quidam est finis sicut opus vel opus aliquod. Et quia posset aliquis querere propter quid opus esse finis, dicit quod sic dico quod in quibusdam operationes fines sunt. Postea comparat huiusmodi fines dicens quod finis qui est opus in quibusdam melior est actu vel quam finis qui est actus vel habitus. In quibusdam autem delectabilius est agere quam egisse. Hec sententia huius lectionis. Ordo patet ex divisione. Circa partem istam queruntur tria. Primo circa partem istam Omnis ars et cetera. Secundo circa istam conclusionem omnia bonum appetunt. Tertio circa finium vel bonorum divisionem quam ponit hic. De primo sic. Sicut habetur in secundo libro presens opus est non contemplationis gratia sed ut boni fiamus. Sed ars et doctrina sunt contemplationis gratia. Quare de arte et doctrina non spectat ad propositum facere mentionem. Item ars et doctrina propter se sunt in speculativis, opus et prohemium propter se in moralibus. Unde finis speculativi est cognitio sive veritas. Sed perfice opus sed in libro posteriorum de arte et scientia sive doctrina dicens exemplariter exprimens hoc ubi quod est principium artis et scientie nullam fecit mentionem de prohemio et opere, quare similiter hic moralis philosophus nullam de arte et doctrina debet

facere mentionem. Item cum ars et doctrina idem sint in genere complementi, si dicas quod et si sint idem in re differunt tamen in ratione, quia ars in quantum dicit dicitur per ordinem ad factum, doctrina vero non sic absolute, hoc non videtur. Doctrina enim dicit scientiam prout exit a doctore in discipulum et sic notat factum sive motum sicut et ars. Item quare coniungit artem et doctrinam ex una parte, prohemium et operationem ex alia. Item quare ponit ista quatuor et quomodo differunt. Ad primum istorum dicendum quod ars et doctrina possunt considerari dupliciter. Uno modo secundum relationem quam habent ad finem proprium quem in se habent et per se et prout in illo fine stant est quod quidem finis est veritas sive cognitio, et hoc modo conveniunt speculativis artificiatum. Alio modo possunt considerari non inquantum est status in cognitione quam faciunt sed prout ulterius illam cognitionem ordinant ad opus sive ad virtutem, et hoc modo dicitur quod ad virtutem exigitur scire et velle, et sic accipitur hic. Et hoc modo ars et doctrina spectant ad moralem philosophiam pro hac parte solo ad aliud. Quia enim cognitio que habetur per artem et doctrinam ordinatur uno modo ad virtutem, valet autem non sic ordinatur ad cognitionem, ideo moralis enumerat hic cum prohemio et operatione artem et doctrinam, licet in libro posteriorum cum arte et doctrina sive scientia non enumeret prohemium et operationem. Vel potest dici quod moralis scientia potest considerari dupliciter, vel inquantum est scientia vel inquantum est moralis sive perfectiva animi secundum partem motivam. Primo modo est ars vel doctrina, secundo modo requirit prohemium vel operationem. Sed scientie speculative sive considerative rationes que sunt scientie sive que sunt speculative semper stant ad unum finem scilicet ad scientiam sive verum, et propter hoc non est simile. Ad aliud dicendum quod sine dubio ars et doctrina utrumque super scientiam addit motum sive effectum. Sed cum sic dicat respectum in finem, sciendum quod duplex est finis, interior et exterior. Dicendum ergo quod doctrina addit motum vel fieri super scientiam sed illud fieri vel motus dicitur ad finem interiorem scilicet ad cognitionem sive per doctrinam fit. Vero vel motus artis dicitur magis ad finem exteriorem scilicet ad operandum secundum cognitionem prohemium et per operationem adquirendum, sicut patet cum aliquis habet cognitionem sive scientiam sive habitum aliquem tunc operatur secundum cognitionem vel habitum precedentem ut inde aliquid acquirat, et tunc doctrina facit artem. Ad aliud dicendum quod bonum morale aliquid requirit a parte intellectus et aliquid a parte affectus. Unde requirit cognitionem et voluntatem rectificatam et operationem ex voluntate recta procedentem. Non enim operatur voluntate recta per cognitionem precedentem talis opus non induit virtutem. Dico ergo quod quia bonum morale non est morale cognitione perexigit quantum ad hoc dicit ars et doctrina. Item quia exigit ad sui executionem voluntatem rectam a qua opus procedat, ideo dicit opus et prohemium; et quia ars et doctrina virtutis cognitive sunt, opus autem et prohemium magis spectant ad motivam, ideo ex una parte iungit artem et doctrinam, ex alia prohemium et operationem. Sed quare non dicit solum ars doctrina vel omnis ars et non utrumque. Ad hoc dicendum quod cognitio est secundum se et secundum quod refertur ad affectum vel voluntatem dirigendo ipsam in opere. Utroque modo valet ad virtutem sed primo modo parum, secundo modo multum. Doctrina ergo dicit cognitionem primo modo, ars magis secundo modo, et ideo non sufficeret dicere alterum. Per hoc patet quare preponit artem doctrine, quia plus dicit cognitionem ut ordinatur ad voluntatem vel opus quam doctrina. Et similiter preponit operationem quia proximior est habitui acquirendo, quia mediante operatione acquiritur illud bonum sive habitus in recta voluntate. Postea queritur de secundo scilicet de virtute propositionis huius: omnis ars et omnis doctrina et cetera. Cum enim sint quedam scientie bonorum et quedam malorum, sic scientie bonorum bona operantur sic scientie malorum mala. Ergo non omnis doctrina vel ars bonum operatur. Item operans bonum est vel ad minus fit bonum. Ergo si omnis ars et omnis doctrina bonum operatur, operans secundum omnem artem vel doctrinam esset vel fieret bonus. Item preterea infinitus dicit quod facientes iusta fiunt iusti. Grammatica grammatica, ergo operantes secundum grammaticam non fiunt boni sed potius scientes. Ergo grammatica non est boni operativa sed potius scientie cognitiva vel notitie. Item scientie quedam sunt speculative quam active. Ergo non omnis doctrina operativa est, ergo neque operativa boni. Item operari est operari debet efficientis, sed operatio effectus est. Ergo operationem non debet operari

duplex appetitus

bonum et fines idem

artis et doctrine ... ad speculativas

Primo queritur utrum omnis ars et doctrina sit de bono ut dicitur.
Secundo queritur quare coniungit artem et doctrinam ex parte una et prohemium et opus ex alia.
Tertio queritur quare ponit ista quatuor et quomodo differunt.
Quarto quare ut hic sic incipit omnis ars et doctrina et cetera.

3

Si non omnis opus est operatiuum boni. ¶ Item mixtim dicit quod quedam operationes sunt que mox nostre quiete sunt cum malo ut homicidium et huiusmodi. et quicumque hec operatur simpliciter peccat. ex quo sic arguitur. tales quod mox nostratum quiete est cum malo. est boni operatiuum. tales sunt operationes hee. quare non omnis opus operatiuum est boni. ¶ Ad horum evidentiam sciendum quod quidam accipiunt hanc propositionem coniunctim et tunc habet ueritatem et est sensus. omnis ars doctrina opus prohesis i. cum prohesi sua ratione recta i. secundum simpliciter uera boni operatur. Sed diuisim sumendo [illegible] et sic procedebant rationes. Sed supponamus quod accipiatur diuisiue aliter possumus respondere. dicendo quod non dicitur quod omnis doctrina operatur bonum Sed uidetur operatiua alicuius boni. et in uirtute scientie malorum est bonum aliquid operari uidentur. unde deceptio quam facit sophista uidetur esse bonum aliquod. uel dic quod de bono est loqui dupliciter. secundum ueritatem. et sic non omnis doctrina bonum operatur. uel secundum rationem uel intentionem et sic omnis ars boni operatiua est. uel dic quod hec propositio omnis ars et omnis doctrina similiter autem omnis opus et prohesis boni alicuius operatiua esse uidetur. sed hec boni alicuius potest esse conclusio dialectica et sic est secundum propositionem. quod non omnis doctrina operatur aliquod bonum uel potest esse ibi consilitiua ut sic sententia omnis doctrina operatur bonum alicui uel alicui. unde et deceptio est bonum sophiste et sic propositio habet ueritatem. Secundum hoc ergo patet solutio ad quoddam obiectum quod enim obicitur quod scientia malorum operatur malum dic quod licet malum non omnino uideatur bonum aliquid. uel in malum bonum est secundum intentionem uel dic quod licet malum bonum est alicui. scilicet utenti illa doctrina. Quod obicitur quod secundum hanc uerius omnis scientia uel operatur secundum omnem scientiam diceretur bona. dicendum quod uerum esset si bonum uel predicaretur bonum secundum ueritatem et simpliciter sed non est sic. sed secundum rationem uel intentionem solum. uel dic quod ibi non dicitur quod omnis doctrina operatur bonum simpliciter. sed alicui siue alicui. Sed bonum alicui uel alicui non denotat aliquid bonum simpliciter. uel dic quod non dicitur quod operatur bonum sed quod uidetur operari. per predicta patet solutio ad aliud notandum enim sine argumento potest esse bonum alicui siue alicui. quia quod unicuique finis est illi est bonum. ¶ Ad aliud dicendum quod sumitur est operationem ut attenditur in anima secundum potentias motiuas. et secundum dicitur operatiuum et speculatiuum. alio modo operatiuum attenditur quod secundum operationem alicuius procedentem a quibus ipsius potentie. et sic speculatiuum potest dici operatiuum et hoc modo accipitur hic quod. cum dicitur quod omnis ars et omnis doctrina boni alicuius operatiua esse uidetur. ¶ Ad aliud potest dici quod est opus operans et est opus operatum. primo modo opus potest esse operatum et efficiens. si secundo modo sic est dicere quod opus non est efficiens sed effectus. uel dic quod sicut possumus dicere quod baculus percutit et homo per baculum sic suo modo est dicere et quod homo operatur et quod homo per operationem. ¶ Ad ultimum potest dici quod loquitur de operatione secundum scientiam. et sic non omnis opus boni est operatiuum. Sed loquendo de operatione non ratione scientie sed ratione alicuius circumstantie deficientis sic aliqua sunt operationes que mox nostre quiete sunt cum malo. loquitur ergo hic ratione scientie operis. quod non dicit infidelis dicitur ratione scientie circumstantie superaddite deficientis. ¶ Secundo queritur de ista conclusione. bonum est et cetera. et queruntur circa primum est utrum ueritatem habeat. secundum est quid sit illud bonum quod omnia dicuntur appetere. tertium quid est ex parte creature per quod sic dicuntur appetere bonum. De primo sic appetitus sequitur cognitionem. ergo cum non sit in omnibus cognitio boni: neque erit in omnibus boni appetitus. ¶ Item sicut appetitus sequitur cognitionem sic opus sequitur appetitum. ergo sicut non est in omnibus opus boni neque erit in omnibus boni appetitus. ¶ Item contrariorum secundum appetitum omnes dicuntur boni et mali in quod secundum appetitum boni dicuntur boni. secundum appetitum mali mali. si ergo omnia appetunt bonum possemus dicere quod et homines mali et angeli mali essent boni. hoc autem falsum est ergo primum. ¶ Item dicitur quod omnia bonum est quod omnia appetunt. et quoniam ista sit diffinitio boni et uidetur quod sic. per dyonisium diffinitur sic bonum. Bonum est quod desideratur ab omnibus et secundum summa omnium diffinitionem boni et alia. ¶ Sed contra hoc est quod prius est bonum per naturam quam appetatur et in diffinitione causa prius [illegible] assignata quod est [illegible]. ¶ Item diffinitur hic bonum sic.

Questio utrum hec sit uera. omnia bonum appetunt.
Questio quid sit illud bonum quod omnia appetunt.
Questio [illegible] ratione cuius sit causa illius appetitus

Bonum est quod omnia appetunt. Item aliter secundum Dyonisium. Sic bonum est multiplicatiuum uel diffusiuum sui. Alibi uero sic. bonum est indiuisio actus a potentia. cuius ergo de diffinitione habetur omnium diffinitionum. ¶ Dicendum quod sicut dicitur hic et sic dicitur ab eo de conclusione. et dyonisius. omnia bonum appetunt siue appetitu naturali siue appetitu deliberatiuo. ¶ Ad primum obiectum dicendum quod duplex est appetitus naturalis et uoluntarius siue deliberatiuus. et quod dicitur quod appetitus sequitur cognitionem: uerum est de appetitu uoluntario siue deliberatiuo et non de naturali. uel dic quod li omnia supponit solum pro homine qui quodam modo per gratiam [illegible] dicitur omnia. ¶ Ad aliud dicendum quod opus sequitur appetitum sed sicut duplex est appetitus sic duplex opus. et dico quod opus sequens ex naturali appetitu secundum quod huiusmodi est semper boni sicut et ille appetitus. Sed sicut appetitus deliberatiuus et si sit ad bonum tamen non tamen est solum boni et mali. sic opus sequens appetitum erit et boni et mali. ¶ Ad aliud dicendum quod cum dicitur secundum appetitum omnes dicuntur boni et mali: hec propositio secundum non notat causam efficientem sufficientem sed potentiam mouentem uel disponentem. unde non infertur talis causa talem effectum. et propter hoc non sequitur. si omnes appetunt bonum omnes sunt boni. uel dic quod loqui est de appetitu dupliciter. uno modo secundum se. alio modo prout confirmatur per deliberationem et consensum. et secundum istum modum ultimum loquitur Aristoteles in topicis. primo modo loquitur hic. ¶ Ad aliud concesso quod sit diffinitio dicendum quod de bono est loqui dupliciter. aut de ipso secundum suam essentiam. aut de ipso inquantum habet uim appetibilis. et quia appetibile habet uim mediante appetitu. hoc modo appetitus antecedit ipsum et hoc modo diffinitur hic. et constat quod sic diffinitur per posteriora. uel dicatur sicut dicitur quod appetere in diffinitione ista non dicit actum sed aptitudinem. Sed adhuc restaret idem quod prius et eadem dubitatio quia prius est bonum aptum natum uel actu quam aptum natum uel actus appetendi ipsum. propter hoc dicatur ut primo. ¶ Ad ultimum dicendum quod bonum comparatur ad potentiam in triplici genere. comparatur enim ad potentiam sicut forma. et perficit potentiam per suam unionem et hoc modo comparatur opere. et sic datur hec diffinitio. bonum est indiuisio actus a potentia. comparatur et ad potentiam sicut finis propter quem assequendum potentia mouet et operatur. et sic data est hec diffinitio. bonum est quod desideratur ab omnibus siue quod omnia appetunt. comparatur et ad potentiam ut quo mediante potentia operatur multiplicando et generando sibi simile. et sic datur hec diffinitio. bonum est multiplicatiuum sui. ¶ Secundo queritur quid est illud bonum quod omnia appetunt. et quod hoc sit summum bonum siue prima causa uidetur. quia nichil est finis omnium appetitum nisi quod se ipso bonum est. et a quo omnia alia habent quod sunt bona. non autem est hoc nisi summum bonum siue prima causa. ergo prima causa siue summum bonum est illud bonum appetibile ab omnibus. maior patet. si enim non esset se ipso bonum esset bonum ab alio et tunc illud appeteretur et non appeteretur ab illo et ita non appeteretur ab omnibus. ¶ Item omne quod est appetitur in quantum quod tenetur et conseruatur in esse. sed summum bonum est illud quo omnia tenentur et conseruantur in esse. ergo summum bonum siue prima causa appetitur ab omnibus. bonum ergo quod appetitur ab omnibus est summum bonum siue prima causa. ¶ Item si bonum est per se appetibile et magis magis et maxime maxime sed quod ab omnibus appetitur est maxime appetibile siue summum. ergo cum summe appetibile sit summe bonum quod appetitur ab omnibus est summum bonum siue prima causa. ¶ Item omne diminutum in quocumque genere suo ipsum naturalem habet appetitum ad id a quo est perfectum et sufficiens in illo genere. cum ergo unumquodque creatum in suo genere sit incompletum naturalem habebit appetitum ad illud in quo erit perfectum in genere illo. sed non a quo sit perfectio uel completio in quolibet genere est nisi prima causa uel summum bonum. ergo bonum quod appetitur ab omnibus est prima causa siue summum bonum. ¶ Sed contra cum primum sit in omnibus et ubique secundum Augustinum et uel ab omnibus habeatur. appetitur autem sic res non habita possibilis haberi. uel si habetur ut habeatur modo meliori quam habeatur. et a quibusdam entibus ab infinito non possit haberi meliori modo quam habetur. uidetur quod a talibus summum bonum siue prima causa non appetatur. ¶ Item uero de conclusione. summum bonum beatitudinem esse concessum est. si ergo omnia appetunt summum

bonum appetunt. omnia appetunt beatitudinem. ¶ Item hec uidetur quasi sic dicatur creatura rationalis appetit esse et creatura irrationalis appetit esse. licet modus appetendi sit diuersus appetibile tamen non est differens. unde ergo similiter si dicam creatura rationalis appetit summum bonum et creatura irrationalis Si possum appetibile dicendo sic creatura rationalis appetit summum bonum quod est beatitudo poterit similiter appetibile dicendo creatura irrationalis appetit summum bonum quod est beatitudo hoc autem falsum. ergo et primum. propter hoc dicitur quod bonum quod appetitur ab omnibus non est summum bonum siue prima causa. sed esse. ¶ Sed contra hoc quod quia in esse quod omnia appetunt aut est esse corruptibile quod non potest esse. quia cum quedam sint incorruptibilia non conueniens sic ut nobilius appetat quod ignobilius est quedam sunt que esse corruptibile non possunt appetere. similiter neque esse incorruptibile quia quedam sunt que necessario corrumpuntur sicut omnia corruptibilia. secundum illud Aristotelis omne corruptibile de necessitate corrumpetur. quia talia esse incorruptibile non appetunt. Item neque esse simpliciter cum hoc habeant omnia que sunt. ¶ Item si omnis creatura appeteret esse et esse est creatura aliqua secundum illud prima rerum creatarum est esse. esse appeteret esse et in idem se ipsum. ¶ Dicendum quod bonum quod ab omnibus appetitur est summum bonum siue prima causa et concedo rationes. Ad primo obiectum in contrarium dicendum quod et si summum bonum habeatur ab omnibus non tamen possunt appetere ipsum ut ipso permaneant et saluentur. sicut patet de graui quod naturaliter tendit deorsum et naturaliter appetit deorsum ferri unde non appetunt ipsum ut habeant sed ut in ipso maneant et saluentur. unde appetunt ipsum ut est saluans et continens ea in esse. ¶ Ad aliud dico quod hic est sophisma accidentis summum bonum et beatitudo idem. sed omnia appetunt summum bonum ergo omnia appetunt beatitudinem. beatitudo enim nominat summum bonum inquantum habet esse in nobis per cognitionem et affectum et non solum sicut efficiens uel finis. sed summum bonum nominat ipsum sub ratione efficientis uel finis solum quod secundum per cognitionem et affectum non habet esse nisi in rationali creatura. ideo sub ratione beatitudinis non appetitur nisi a rationali creatura. unde non licet inferre omnia optant summum bonum et summum bonum et beatitudo idem: ergo beatitudinem. non est simile quod per simile inducebat. tamen si uellem dicere quod cum dicitur omnia appetunt bonum li omnia supponit pro homine tamen quod quodam modo est omnia tamen quia finis omnium. tamen et quia omnis alia creatura aut secundum genus aut secundum speciem manet in eo aliquo modo: tunc facile esset respondere. dicendo quod summum bonum habetur ab homine. sicut causa sua esse. non tamen habetur ab eo per gratiam siue per cognitionem et amorem. ¶ Ad aliud dicendum quod et si esset ut concludo non tamen sequitur ex premissis sed erit sophisma accidentis ut uisum est. Si autem uellem dicere quid in bonum quod omnia appetunt sit esse dicendum quod uel esse est non esse simpliciter sed esse permanens siue continuum quod habet a primo et per primum et si obiciatur quod quedam sunt que non possunt habere: sicut omnia corruptibilia dicendum quod et si non possint habere esse incorruptibile in se possunt tamen habere in suis principiis. sicut rosa et huiusmodi flores et in suo simili in specie ut sunt. uel dicendum quod non omnis appetitus est possibilium immo quidam est impossibilium. sicut dicitur in libro tertio ubi assignatur differentiam eligibilis ad uoluntatem dicens quod uoluntas est possibilium et impossibilium electio possibilium tamen. Quod obicitur quod quedam sunt que habent esse incorruptibile et talia non appetunt cum habeant respondendum quod et si habeant possunt tamen appetere ut in illa incorruptibilitate saluentur. ¶ Circa tertium queritur si sic cum omnia appetant summum bonum illius appetitus principium est materia et forma partes enim non sunt de esse rei. non materia ut uidetur quia appetitus materie est ad formam. quare totalis appetitus ipsius materie forma est. Item neque forme omne enim appetens inquantum huiusmodi est in potentia respectu illius quod appetit. forma autem non est in potentia sed actus est. ¶ Item due sunt differentie in anima una est que est omnia facere. alia que est omnia fieri et cum utraque sit creata: naturaliter tendunt utraque in summum bonum et constat quod altera est sicut materia et altera sicut forma. quare patet quod neque materie per se neque forme per se debetur iste appetitus. ¶ Respondendum quod omnis creatura eo quod creatura deficiens est naturaliter quantum ad rationem existendi unde ratione qua creatura est habet suam existentiam ab alio et ergo illius defectu quantum ad esse mouetur in primam causam que est principium et ratio dans esse creature. et iste appetitus communis est homini cum omni alia creatura sicut et defectus quo ad rationem existentie. [illegible] potest hec quo ad liberum arbitrium defectus est in homine. quod cum sit facultas uoluntatis

et rationis ratione sui defectus mouetur in summum bonum ut est cognitum et amatum quia ab eo exigit compleri et perfici. et propter hoc cum in ceteris creaturis sit uno modo appetitus summi boni duobus modis est in homine ut uisum est. non potest causari huiusmodi appetitus nisi aut formam sed naturalem inperfectionem uel quo ad esse uel quo ad liberum arbitrium. utrumque enim modo sui quantum ad utrumque deficit rationalis creatura. certe non creaturam quo ad primum. ¶ Sed contra per predicta quod cum enim defectus creature causa sit perfectibilitatis in homine ad non esse et etiam ad malum. unde secundum hanc in qua illius est defectus illo modo habet potentiam ad non esse neque ad malum non uidetur quod ratione defectus moueatur ad bonum. ¶ Item defectus et complementum sunt ipsorum opposita dicit [illegible] perfectum et ipsum. ergo cum unum oppositorum ut sic est non moueat ad alterum non uidetur quod defectus uel creatura ratione defectus appetat per eius sui summum bonum. ¶ Respondendum quod creatura omnis et est ex nichilo et ab aliquo. secundum hoc defectus creature potest comparari ad illud ex quo est creatura et secundum hoc creatura ratione defectus non appetit uel mouetur ad bonum. sed potius ad non esse siue malum. uel potest considerari per comparationem ad illud a quo. et secundum hoc creatura ratione defectus quem habet respectu eius a quo nata est perfici et compleri appetit per eius suum summum bonum. quod obicitur quod ratione defectus oppositum primo esset siue summo bono. dicendum quod est quedam oppositio eius ex eo et de pari se habentium sicut in huiusmodi et de tali uerum est quod obicitur. est alia oppositio eius non de pari se habentium sicut actus et potentie opposita. et sic in eis quorum unum est impletiuum et in talibus non tenet. ¶ Circa textum sic queritur. Diuidit hic Aristoteles bonum sub nomine finis. quare quare potius quam sub ratione boni. ¶ Item diuidit hic finem in finem qui est actus et in finem qui est opus et quare in opus actus sit quomodo per diuisionem accipitur. ¶ Item si dicas quod actus summatur pro habitu secundum quod dicimus quod habitus est finis operum. hoc non uidetur quia tantum dicitur quod opus est melius actibus. constat quod non esset melius si actus esset finis operis. ¶ Item actus et habitus habent oppositionem. quare nulla uidetur esse talis expositio actus uel habitus. ¶ Item dicit quod in quibusdam est melius opus quam actus siue habitus hoc non uidetur. quia habitus perficit potentiam operis autem est mediante qua potentia perfectionem accipit. unde semper habitus melior est quam opus. ¶ Ad primum dicendum quod auctor loquitur hic de bono prout mouet uirtutem appetitiuam. mouet autem ipsam sicut desideratum et amatum. hec autem finis est. et ideo diuidit ipsum potius sub nomine finis quam sub nomine boni. ¶ Ad aliud dico quod accipitur hic actus pro habitu. unde idem est. actus dicitur quidam est finis sicut habitus. quidam finis sicut opus. et appellatur ille finis habitus in quem huiusmodi actualitas non habet necessario consequentem sicut et uirtus. appellatur autem finis operis ille finis quem habet actualis habet necessario consequentem. sicut est felicitas ut postea dicetur. et nota quod actus appellatur habitus hic habet rationem. quia sic actus perficit potentiam sic quidam modo habitus perficit uirtutem sui potentiam. patet et quod actus ut hic accipitur non est opus ut opus. ¶ Ad aliud dico quod duplex est opus est enim quoddam opus ad habitum acquirendum et tale operis habitus finis est et melior est ipso opere. est aliud opus quod ad acquirendum non est sed ad condelectandum in habitu. quod est dicere quod habitum felicitatis operari et tamen modo habitus non est finis operum sed potius econuerso. ¶ Littera sic legitur omnis ars et cetera. Et uera quod bonum ut est de consideratione moralis philosophi aliquid habet a parte uirtutis cognitiue et speculatiue et aliquid a parte motiue. scilicet quod ut sciat dicere quod ad uirtutem requiritur scire uelle et immutabiliter operari. que ad ea que habet ex parte uirtutis cognoscitiue dicitur ars et doctrina. et differunt hec modo quia doctrina dicitur ut est cognitio solum. ars uero ut est cognitio relata ad opus. similiter que ad ea que habet ex parte uirtutis motiue dicitur opus et prohesis. et dicitur prohesis recta sui ratione disposita ad operandum. Dicitur ergo. omnis ars et doctrina similiter autem opus et prohesis boni alicuius. ut fiat conclusio consilitiua i. boni quod est bonum alicui uel sic fiat conclusio dialectica propositio. boni alicuius ut bonum accipiatur quo ad sui secundum ueritatem et uirtutem uel secundum rationem et opinionem. et propter hoc soluitur illa obiectio que fiunt. operatiuum. alia consilitiua. operatiuum esse uidetur. non dicit quod semper operetur uel operatur bonum. sed dicit quod uidetur. et hoc unum est de omni artifice siue arte et

Questio quare potius diuidit bonum sub nomine finis quam sub nomine boni.
Questio quomodo actus accipiatur pro habitu [illegible].
Questio utrum in quibusdam melius sit opus quam actus siue habitus ut hic dicitur.

de omni doctrina et cetera. Ideoque. Hec est conclusio que sequitur ex premissis, scilicet ex premissa propositione et maiori subintellecta ut dictum est. Dicit ergo: Ideoque optime enunciant, id est dicunt philosophi, bonum esse id quod sui secundum rationem sui secundum intentionem in quod omnia, id est homo quidam non est omnia sed in quod omnia alia intelliguntur, vel omnia scilicet appetunt appetitu quod sui naturali sine deliberatione. Differentia autem. Ostenso quod omnia bonum appetunt dividit bonum et hoc sub nomine finis ut ostendat quoddam bonum esse optimum de quo est consideratio in hac scientia. Dicit ergo: Differentia finium, id est bonorum, videtur esse, quia diversi sunt modi et differentie finium. Posita divisione finium declarat quod dictum est duobus. Hii quidem sunt actus, quasi dicat quidam sunt fines sicut actus, id est habitus dicitur finis, et ponit hic actum pro habitu vel potentia. Hii vero. Aliud membrum, quasi dicat alii sunt fines sicut opus. Et hos actus, id est habitus finis dicitur, et propter hoc vult dicere quod quidam est finis qui est habitus solum ut virtus, quidam est finis qui non solum est habitus sed opus ut felicitas, et de hoc dicitur postea. Quorum autem. Quia diviserat finem in finem qui est actus, id est habitus, et in finem qui est opus, posset aliquis querere utrum esset aliquis finis sicut opus. Dicit quod sic dicens: Quorum autem, id est aliquorum, fines sunt quedam operationes, id est ipse operationes fines sunt, sicut delectatio in opere finis est bonorum sive habituum felicitatis, in habitu non delectat. Quoddam. Hic comparat hos fines duos. Quibus, id est de numero horum duorum finium. Vel quibusdam, id est de quibusdam opus quoddam, id est opus non quod refertur ad habitum sed quod est in ipso habitu vel quod sequitur ad habitum. Existit melius actibus, quam finis qui est actus, id est habitus, et hoc intellige ut hic differt ab opere quia in actu separata non differt neque in felicitate completa sicut postea patebit.

Multis autem existentibus operibus et cetera.

Posita divisione finium vel bonitatis intendit ostendere in hac parte quoddam esse bonum sive finem optimum, et hoc in prima parte huius lectionis. In secunda ostendit secundum unam expositionem quod illud bonum non solum perficit intellectum secundum practicam notitiam immo et secundum cognoscitivam. ibi. Ac sibi. Sive in secunda dicit quod cognitio eius in homine multum ad huiusmodi boni optimi assecutionem. Et in hac ultima sententia magis concordat alia translatio sicut postea dicetur. Prima in duas partes. In prima ostendit unum finem esse meliorem et desiderabiliorem alio per simile sumptum in finibus virtutum et artes virtutum. Secundo quia dixerat actus esse fines et acceperat actum pro habitu dicit quod non facit vim sive actus fuerit finis sive quid aliud. ibi. Differt autem. Tertio ostendit quod oportet ponere finem sive aliquod bonum esse optimum quia aliter procederet desiderium in infinitum et esset vanum et inane. ibi. Si utique. Pars autem secunda continet duas partes. In prima secundum primam expositionem dicit quod perficit intellectum illud bonum non solum secundum practicam notitiam sed et secundum cognitivam. Secundo dicit quod dirigit istud bonum intellectum nostrum ad recte volendum et appetendum. ibi. Et quidem. Vel secundum secundam expositionem primo dicit quod cognitio eius in homine multum confert ad huiusmodi boni consecutionem ibidem. Secundo probat hoc per simile ibi. Et quidem. Ad primam partem sic procedit dicens: multe sunt operationes et multe artes et multe doctrine, sic sunt multi fines. Et hoc est quia unicuique respondet finis proprius. Quod declarat inducendo in multis doctrinis. Deinde dicit quod sicut multe artes vel doctrine continentur sub una, sic finis illarum sub fine illius. Et dicit quod finis sub quo alii continentur est desiderabilior, quod probat per hoc quod alii fines sequuntur gratia illorum priorum finium. Et ex hoc sunt due rationes. Prima concludit quod est finis universalis continens fines particulares. Secunda concludit quod ille finis universalis melior est primo. Prima sic ratio quod continet talem est: sicut se habet ars vel doctrina ad artem vel doctrinam sic finis ad finem. Sed multe artes particulares sub una generali continentur, quare et fines particulares illarum sub fine generali illius. Secunda ratio quod intendit incipit ibi. Omnibus hiis. Et est talis: finis gratia cuius alii sequuntur est desiderabilior. Sed gratia finis universalis sequuntur fines particulares contenti sub ipsis, quare finis universalis desiderabilior est et melior particularibus finibus qui sub ipso continentur.

Ad secundam partem sic procedit quod ad propositum non est vis sive finis dicatur actus sive aliquid aliud quam actus quod sic finis. Et hoc forte dicit quia illi qui non viderent quomodo idem posset dici habitus vel actus sicut patet in anima separata non dicerent quod actus posset esse finis. Ad tertiam partem sic procedit dicens: Si utique. Et intendit sic arguere: finis quem propter se volumus et alia propter ipsum et ipsum non propter aliud est finis bonus et optimus. Sed operabilium finis est quem propter se volumus et aliud propter ipsum et ipsum non propter aliud, ergo operabilium est finis bonus et optimus. Minorem propositionem probat ibidem quia nisi esset quod operabilium esset finis quem propter se vellemus desiderium nostrum abiret in infinitum et esset vanum et inane quia non posset compleri nec perfici. Hec ratio patet per principalis. Ad secundam partem sic procedit dicens: nos sic scientes per istum finem optimum quo ad intellectum et quo ad affectum. Non secundum primam cognitionem et notitiam adipiscimur illud quod oportet magis adipisci, scilicet bonum increatum, quia felicitas sive finis operationum optimus est medium coniungens nos quodam modo bono increato. Sic est exponenda sententia secundum primum modum. Quo ad secundum sic: ita est oportunum aliquis finis optimus et cognitio adiuncta sibi, id est hominum operari ad huiusmodi hunc finem maximum habet incrementum, id est maximam prestat facultatem ad huiusmodi boni assecutionem, quod probat dicens: quia sicut sagittatores per signum positum facilius figunt rectum propositum, sic et nos per cognitionem assequimur facilius hunc finem optimum. Hec est sententia. Ordo patet ex divisione. Circa partem istam duo queruntur principaliter. Primum circa partem primam, secundum circa secundam. Circa primam queruntur quatuor. Primo, quia dicit quod nisi esset ponere summum bonum sive finem optimum esset desiderium vanum et inane, queritur utrum sit ponere aliquod optimum sive summum bonum. Secundo utrum sint plura summe bona. Tertio utrum sit ponere summe malum sicut summe bonum. Quarto utrum malum dicat naturam aliquam vel defectum solum. De primo sic: omne imperfectum dependet ab aliquo perfecto priori eo secundum naturam. Sed omne bonum creatum est bonum imperfectum, ergo dependet a bono perfecto priori secundum naturam, et constat quod bonum perfectum non est creatum quia esset imperfectum, quia esset ipsum ergo bonum increatum. Sed bonum increatum est summe bonum, ergo est ponere summe bonum. Item similis est comparatio multorum in genere ad primum in illo genere et multorum simplicium ad unum simplex. Sed sicut multa in genere reducuntur ad unum primum in genere, sic multa simplicia ad unum primum simplex. Ergo erit ponere unum primum bonum ad quod omnia alia reducuntur, et constat quod primum bonum est summum bonum. Est ergo ponere summum bonum. Item a est bonum aut causatum aut non causatum. Si causatum, ergo alio bono. De illo secundo quero aut est causatum aut non. Si causatum, de illo a quo est causatum erit questio sicut prius et sic abibitur in infinitum. Si non est causatum arguo: ergo cum sic et non est causatum est primum et ita summum bonum. Aliter enim non esset primum bonum. Est ergo ponere summe bonum. Item sicut vult Aristoteles est ponere unum movens immobile perpetuum et secundum actionem incorporabile nullam habens magnitudinem, ex quo sic arguitur: cum efficiens et finis sint unum sicut probat Aristoteles et cum idem sit finis et efficiens sicut probat, ergo illud quod est primum in genere efficientis erit primum in genere finis. Sed est ponere primum movens secundum Aristotelem, quod est primum finis. Sed finis et bonum idem, quare et primum bonum, quare erit ponere summe bonum. Contra sic vult Anselmus: summum est quo maius excogitari non potest. Sed illud quo perfectius excogitari potest non est summum. Sic autem est quod prima causa multiplicia genera causarum se habet ad causata, efficientis, finis et forme, non dico materie. Sed ergo maius esset et completius vel esset compluribus, et quia completius solum et tale posset excogitari, restat quod prima causa non est neque summe ens neque bonum, neque etc. Ergo non est ponere summe bonum. Item optimi est optima facere sicut vult Dyonisius. Ergo si est optimum facit optima. Sed nichil factum est optimum, ergo non est aliqua causa optima, ergo non est ponere summe bonum. Item de bonitate esse efficientis est ut ipsa posita ponatur effectus. Ergo si primum est causa efficiens omnium aut ipso posito oportet poni omnia et sic plura ab eterno, aut oportet quod deficiat a bonitate esse. Sed nichil deficiens a bonitate esse habet bonitatem in tanto non est summe bonum, ergo primum non est summe bonum. Item essentiale est bono diffundere esse et multiplicare.

Unde Dyonisius: bonum est sui diffusivum. Ergo primo bono necesse est boni ponere diffusionem. Ergo si est bonum eternum necesse est ponere diffusionem eternam. Sed diffusio non potest esse sine termino a quo et sine termino ad quem. Ergo si est diffusio ab eterno erunt ab eterno plura. Sed hoc est falsum, ergo non est bonum eternum, ergo omne bonum causatum. Sed omne bonum causatum deficiens, ergo non est ponere summum bonum. Respondendo quod si intelligeret Anselmus in multiplicia differentia causalitatis non esset completius sed incompletius, tum propter incompletionem materie que passiva est de natura sua et receptiva, tum quia tamen non esset cum ulla sed determinata eo quod materia non est cum ullo rerum sed unum solum. Unde si excogitaretur eius sub illa multiplicia differentia causalitatis non propter hoc intelligeret maius vel completius. Ad aliud dicendum est quod cum dicitur optimi est optima facere, optima non predicat optimum simpliciter sed optimum in genere. Et hoc patet quia reddit in plurali et bonum unum est quod primum cum facit optima in genere causatorum. Sed contra: si facit optima in genere causatorum ergo facit quemlibet hominem optimum in genere causatorum vel ad minus in genere hominum. Hoc autem falsum. Respondendum quod bonitas rei duplex est: una in se et hoc modo non causatur unumquodque optimum in genere causatorum; alia per comparationem ad finem sive secundum ordinem et hoc modo causatur quod causatur optima. Quod obiciatur ergo quilibet homo esset causatus optimus dicendum quod homo constat ex duplici natura, scilicet quod creata est et corpore cum ceteris est per unum, et fortassis ex parte illa qua creatus est homo omnes homines equaliter capaces boni, tamen quia anima infusa corpori sequitur corporis conditiones ut habetur in libro sex principiorum ratione dispositionis in corpore contingit aliquam esse habilem magis ad bonum et aliquam minus. Sed hoc non est ex parte anime prout est a creatore sed ratione eius quod contrahit a corpore cum est coniuncta. Sed tunc est obiectio de formis simplicibus separatis que non sunt eque bone in sua creatione. Et respondendum est quod non est simile. Non enim forte sunt indifferentes specie sicut anime omnes rationales indifferentes sunt specie, cum ut habeant differentiam specie faciant eas differre. Aliquis est determinare et forte de hoc dicetur inferius. Ad aliud dicendum quod duplex est agens: quoddam est agens per naturam et de hoc modo est quod obicitur, quoddam autem agens per voluntatem et de hac non est verum. Et hoc modo agit primum. Ratio autem huius est quia cum agat secundum quod finis exigit et agit propter desideratum et amatum. Et nota quod esse causatum et esse eternum repugnant, quia si est eternum non habet principium. Si vero creatum habet principium. Et propter istam repugnantiam cum prima causa et effectus esse simul esse non possunt. Et hec repugnantia non accidit in aliis causis et earum effectibus et propter hoc simul possunt esse. Ad aliud dicendum quod cum dicitur bonum est sui diffusivum, li diffusivum non dicit actum sed aptitudinem, et propter hoc et si sic ab eterno diffusivum non oportet ponere quod plura sint ab eterno: sed si diceret actum sequeretur. Secundo queritur utrum summum bonum unum sit vel sit ponere plura summe bona. Quod autem unum videtur. Si enim omnis multitudo ex incompletione accidit et lapsu de unitate secundum rem. Summum autem dicitur non summi incompletionem removet, ergo et multitudinem. Quod duplex hoc esse summum bonum ex unitate simpliciter excludit esse bonum quod non sit ipso vel ab ipso et vel non summum. Quare non est ponere plura summe bona. Item a est summum bonum, ergo omnia habent bonitatem ab eo. Et b est summum bonum, ergo omnia habent summum bonum ab eo. Aut ergo eadem a et b idem erunt aut non eadem, et tunc a habebit quod non habet b et econverso, et sic neutrum esset summum bonum quia non deficeret summe bono et aliquid esset bonum quod alterum haberet et alterum non. Item secundum hoc a haberet bonitatem suam a b et b ab a et sic neutrum esset summum. Item quod per superhabundantiam dicitur uni soli convenit. Ergo cum optimum per superhabundantiam dicatur, unum solum est optimum. Contra: in genere uno multa dicuntur per superhabundantiam convenire, ut multa specialissima conveniunt in genere uno, ex quo sic arguitur. Si in uno genere multa possunt esse dicta per superhabundantiam et similiter est superhabundantia rerum declaratarum in genere et rerum sub declaratione generis accepta, erit vel fortius poterit dici plura esse simpliciter dicta per superhabundantiam, et sic plura optima simpliciter possunt esse. Item causa et principium idem. Ergo si quatuor sunt prime cause ut vult Aristoteles finis, efficiens etc., quatuor erunt prima principia. Sed constat causam et bonum convertuntur. Que si sunt quatuor principia rerum erunt quatuor prima bona et in quatuor optima. Item bonum per se appellandum est optimum. Sed in rebus dividitur cum bonum

in bonum per se et bonum per aliud, et enumerabit plura bona per se. Ergo si sunt plura bona per se et bonum per se est optimum, erunt plura optima. Respondendo unicum esse optimum ut ostensum est. Ad obiectum primo in contrarium dicendum quod duplex est superhabundantia: simpliciter et in genere. In genere duplex: absoluta et secundum quid vel respectiva. Dico ergo quod superhabundantia in genere absoluta in uno solo est. Sed plura possunt esse in uno genere dicta per superhabundantiam que non est absoluta sed respectiva. Dico ergo quod specialissima dicit excellentiam vel superhabundantiam respectivam sive secundum quid, sed generalissimum absolute et simpliciter, et propter hoc plura possunt esse specialissima in genere uno sed unicum sit generalissimum. Sed quod predicta obicitur: dicitur enim specialissimum dicitur superhabundantia sicut ad individua, sed generalissimum excellentia dicitur respectu inferiorum, quod non dicitur excellentia absolute vel superhabundantia. Ad hoc dicendum: species dicitur quod est ab alio sicut a genere et dicitur de alio, sicut de individuis. Sed genus et si sit quod est dictum de alio, non dicitur tamen quod sit ab alio. Dico ergo quod excellentiam simpliciter vel absolutam non aufert quod habet species ut quod de aliis dicatur, sed rationem quam habet ut ab alio. Sed genus primum habet rationem solum et non ulteriorem et propter hoc excellentiam sive superhabundantiam dicitur absolute generalissimum et non specialissimum. Ad aliud dicendum quod fortassis hic est sophisma accidentis. Quatuor sunt prime cause, ergo quatuor sunt prima vel principia bona. Causa enim bonitas sic a fine fortassis ultimum bonum est primum bonum non quod finis est et huius finis rationem. Vel dic quod est primum simpliciter et est primum in genere, et verum est quod possunt esse plura prima in genere non eodem sed in alio et alio. Sed simpliciter unica est prima causa et unicum primum bonum. Ad ultimum dicendum quod bonum est quod movet appetitum et id bonum per se quod per se movet appetitum et per se dicitur movere appetitum quod in uno modo finis est non ad alterum ordinatum. Secundum hoc respondendum quod sicut dicitur in textu quod est bonum secundum veritatem et tale est voluntarium simpliciter, et est bonum secundum opinionem vel intentionem et tale est voluntarium alicui. Sic summe bonum et propter se bonum duplex: simpliciter et secundum veritatem et tale est unum solum, vel secundum intentionem et opinionem et talia possunt esse plura. Vel per se bonum uno modo dicitur quod actu nec habitu refertur ad aliud nec est natum referri et tale est unum solum. Alio modo quod ad aliud non refertur et si possit quod erat natum sic referri, et hoc modo possunt esse plura bona per se licet primo modo sit unicum. Tertio queritur sic. A est malum, aut ergo causatum aut increatum. Si increatum et ab eterno et bonum ab eterno, erunt ab eterno plura. Si causatum non a bono cum sit ei contrarium, ergo a malo, et de illo erit questio sicut prius. Et ita erit ponere primum sive summe malum sicut primum sive summe bonum. Item contrariorum malum et bonum non sunt in genere sed sunt genera aliorum, et constat quod non appellatur genus sicut forte vel si possit genus dicitur, sed sicut principium. Ergo erit ponere principium malum aliorum malorum sicut bonum bonorum. Item contrarietas eorum est que sunt sub eodem genere distantia completa. Sed bonum et malum sunt contraria, ergo a summe bono non differt nisi summe malum complete. Erit ponere summe malum. Item si bonum contrariatur malo ergo magis bonum magis malo, quare maxime bonum maxime malo. Est ergo maxime malum. Item contrariorum contrarie sunt cause. Sed bonum et malum sunt contraria. Ergo cum habeant contrarias, ergo si est ponere summe bonum quod est causa omnibus aliis ut sint bona, erit ponere summe malum quod erit causa omnibus aliis ut sint mala. Contra quod est in summo est completo temporis(?), ergo si est malum in summo summe malum oportet quod sit bono completum. Sed contra dicit Augustinus quod in oppositione boni et mali fallit regula dialectica dicentium oppositionem esse circa idem vel unum et alterum, quia malum est in bono non sic e contrario. Item si malum est agens est ergo in aliquo sicut in subiecto, et in necessario est bonum cum sicut est natura aliqua, ergo semper est permixtum bono. Quare non potest esse malum in toto. Item malum privatio est, ergo aliquid non malum quod potest augmentari per sui accessionem, quia et si contingat malum deserere alicui malum non tamen quod est unum erit ergo bonum et non est sine bono. Item sicut se habet unumquodque ad esse vel ad unum sic unum et bonum idem, quare quod sicut se habet ad esse eodem modo quo se habet ad esse se habet ad bonum. Si ergo malum

Queritur utrum sit ponere aliquod summe optimum.
Queritur utrum sit plura summe optima.
Queritur utrum sit ponere summe malum.
Queritur utrum malum dicat naturam aliquam vel defectum solum.

Malum aliquo modo habet esse et sic sub defectu aliquo modo habet
bonum et ideo non est omnino sine bono. quare non est summe malum et hoc
concedimus sub distinctione tamen. ¶ Aliquid enim dicitur summe malum quia
eo non est peius. et sic est ponere summum malum. sed improprie. Aliter dicitur
summe malum quod nichil habet de bono. et hoc modo non est summe
malum sicut ostendunt rationes. Ad primo obiectum in contrarium dicendum quod
bonum causa est mali eo modo quo habet causam malum. enim sicut dicit Augustinus non habet
causam efficientem sed deficientem. Unde notandum quod duplex est bonum. increatum et hoc
nullo modo causa mali. et bonum creatum quod est ex nichilo et ab aliquo
et quia ex nichilo natum est habere defectum. et ratione eius est defectivum est causa mali. bonum
igitur non simpliciter sed inquantum deficiens causa est mali et ratione defectus non contrarium
bonum malo sed potius causa eius. ¶ Ad aliud dicendum quod bonum et malum sunt
genera sive principia aliorum sed in genere moris solum. Unde simpliciter loquendo
malum non est principium sed solum in genere moris. et hac ratione opponitur contrarie
habet ad bonum quod in eo est principium. ¶ Ad aliud dico quod bonum duplex est. increatum
et huius non per se est contrarium. et creatum et huius potest esse malum contrarium et potest
esse summe malum in genere sui causatum non quia non habeat de bono sed quia
est eo peius. sicut est summum bonum creatum non quia non habeat defectus sed
quia non est bonum creatum melius eo. prout intelligitur est de eis que de contrariis
in genere sicut patet ex auctoritate aliorum. et hoc modo respondendum ad rationem sequentem
cum dicitur quod sicut bonum malo opponitur et magis ad magis et maxime
ad maxime. ¶ Ad aliud dico quod bonum et malum non sunt proprie loquendo
contraria. sed magis se habent per modum privationis et habitus et propter hoc non oportet quod eadem
habeant contraria. et quod dicitur quod sunt contraria respondendum est per interemptionem
vel dicendum quod dicuntur contraria non ratione rei sed magis quantum ad modum huius contrariorum. ¶ Contra
secundum quod sic. enim bonum et unum convertuntur. sed eorum opposita convertuntur. non ens
scilicet et malum. malum igitur vel est non ens vel est in non entitate. quando est hoc privatio
privationem. ¶ Item dicit Augustinus malum est privatio speciei modi et ordinis. igitur
malum est privatio. quare malum non dicit naturam sed defectum et non entitatem. ¶ Item divisibilitas
et mutando proveniunt ex defectu. Unde ea in quibus non est defectus non habent
divisibilitatem. igitur cum malum sit divisibile sicut melius dicitur malum
erit defectus sive ex defectu procedens. ¶ Item sicut dicitur in primo libri sequitur
ex eisdem principiis et per eadem ipsa fit et corrumpitur tamen ars quod non distinguit
tamen se habentibus. verbi gratia ex eo quod est dare cum quando et quantum et propter quid est dandum
fit largus. ex eo non quod est dare cum deficit aliqua circumstantiarum plurium
fit avarus vel prodigus. et constat cum actus dandi sit in virtute et
vitio. manifestum malum non attenditur ratione actus sed ratione circumstantie
debite deficientis. vel idem quod apparet. omnis igitur iudicetur vitium ratione circumstantie
indebite appositione sive debite deficientis constat quod semper causatur ex defectu.
quare non est natura aliqua sed potius privatio. ¶ Item dicitur quod mali homines non sunt
et hoc dicitur non quia homines sed quia mali. quare malum in eo quod malum
privat esse quodcumque modo accipiatur esse. est igitur malum privatio. non est igitur malum
natura aliqua. ¶ Contra. contrariorum sicut dicit ... utrumque est natura aliqua. cum igitur bonum
et malum sint contraria utrumque erit natura aliqua. ¶ Item quod non est natura aliqua non est
in genere. sed quod est in genere est natura aliqua. sed malum cum secundum ipsum quoslibet dicamus
est in genere qualitatis. est igitur natura aliqua. ¶ Item hominum alii sunt boni alii
mali. Unde sicut natura est habitus bonus scilicet virtus est habitus malus. est igitur vitium
sive malum habitus. quare non est privatio. ¶ Item est lux corporalis ut celi. et est
lux spiritualis ut deus sive bonum. est similiter tenebra corporalis. ut terra
et tenebra spiritualis ut malum. ex quo potest sic argui. cum tenebra corporalis
sit naturalis sive natura aliqua et non solum privatio respectu lucis corporalis. similiter
tenebra spiritualis erit natura aliqua et non solum privatio respectu lucis spiritualis.
¶ Item malum est boni corruptio. corrumpit igitur bonum. quare cum privatio
non dicat habitum et contingit malum minuere bonum corrumpendo ipsum
malum non erit privatio. ¶ Item cum augmentum et diminutio sint motus
ad qualitatem. et similiter intensio et remissio sint motus ad qualitatem quos
autem magis supponunt eius quod qualitas. cum secundum quod augmentatur et di
minuitur igitur est mundo plus debet sequi. intenditur vel remittitur. igitur est
cum igitur malum possit intendi et remitti. malum est et ita erit natura
aliqua. ¶ Respondeo quod cum dico malum duo dico rem et malitiam

sub defectu. accipiendo rem subiectam possumus igitur loqui de malo ratione defectus
solum qui est circa rem subiectam. et sic est privatio solum. vel possumus loqui
de ipso ratione compositi et tunc non est natura solum vel privatio solum sed dicit
naturam cum quadam privatione. secundum igitur acceptionem primam. scilicet ratione defectus
in natura non ratione compositi concedo rationes per quas ostenditur quod malum sit
privatio. ¶ Ad illud quod primo obicitur contra respondendum quod duplex est contrarietas. secundum
rem et de tali verum est quod utrumque est natura aliqua. et est contrarietas secundum
modum et hoc modo bonum et malum possunt dici contraria. de tali autem
non tenet quod contrariorum utrumque sit natura aliqua. vel dico quod bonum et malum
possunt considerari secundum esse physicum vel methaphysicum. et tunc non malum est natura
sed nature privatio. vel possunt considerari secundum esse logicum et sic malum potest dici
natura aliqua et esse in genere. et secundum hunc modum respondendum est ad rationem
sequentem. quod obicitur quod vitium est habitus anime sic et virtus. dicendum quod comparatur
ad animam in qua est et sic non est privatio. vel potest comparari ad virtutem et sic est privatio.
¶ Ad aliud dico quod non est simile de luce spirituali ad tenebram spiritualem
et corporali ad corporalem. non enim sic manet neque sustinetur tenebra
corporalis a luce corporali neque sic manet in ipsa. sicut tenebra spiritualis
a luce spirituali. propterea posset dici quod terra nominatur umbra et privatio. Unde
terra est corpus opacum. Unde fortasse sicut dicit ... quod tenebra spiritualis
non est natura aliqua loquendo de ipsa non ratione subiecti sed ratione tenebre. sic tenebra
corporalis loquendo de ipsa non ratione subiecti sed tenebre non est natura aliqua.
¶ Ad aliud dicendum quod malum non agit in bonum per se sed ratione boni in quo
subsistit et manet et propter hoc non oportet ponere quod sit natura. ¶ Ad ultimum
dicendum quod intensio et remissio sunt motus sed hoc potest esse duobus quantum ad esse quantitas
naturale et sic supponunt qualitatem secundum esse naturale. vel secundum methaphysicum
et tunc hoc modo supponunt qualitatem secundum esse methaphysicum. neutro modo intensio
et remissio sunt circa malum sicut malum in quantum malum neutro modo est.
Sed secundum esse logicum potest esse malum. et quo ad hoc esse intensio et
remissio circa malum. sed sic non supponunt eius sive ... quod sic
patet. Opinio que est secundum logicum in genere qualitatis non cum supponit
naturam subiectam possumus enim dicere opinio est cum tamen non est et illorum
que non sunt entia. ¶ Circa secundam partem queritur de duobus modis expositionis
quorum primo de secunda expositione qua dicitur quod agnitio sibi adiuncta idest quedam
huius cognitionem de eo magnum facit ei incrementum. et quod primo utrum
summum bonum increatum possit agnosci. secundo de hoc quod dicitur quod agnitio
augmentat ipsum. Quod autem agnosci non possit videtur. quia plus
distat intellectus creatus ab intellectu increato et plus distat ab eo quam
sensus ab intellectu creato. igitur si sensus nil habet agnoscere de intellectu creato
multo plus neque intellectus creatus de intellectu increato sive de summo bono.
¶ Item istud videtur. quia intelligibile aliquid modo debet esse proportionale
et adequabile intellectui sicut forma materie vel perfectio perfectibili. cum igitur primum
quia infinitum nulli creato cum omne creatum sit finitum sit proportionale vel adequabile
a nullo intellectu creato poterit agnosci. ¶ Item sicut habetur in secundo de
anima. actus activorum sunt in paciente et disposito propter quod cognicionem
faciat intellectus ex parte patientis ad recipiendum ex parte actus ad ...
sed non talem dispositionem potest invenire in primo qui neque primum intellectu huius
potest neque ab eo agnosci. ¶ Item sicut oculus noctue se habet ad lucem
diei sic intellectus noster ad nature manifestissima. intellectus igitur noster
deficit in cognitione manifestissime nature. sed plus distat in infinitum primum ab
intellectu nostro quam nature manifestissima. quare nullo modo poterit agnosci ab intellectu
nostro. ¶ Item quod agnoscitur ab intellectu humano agnoscitur per speciem
sed primum non habet speciem quia non sit ipsum primum ab intellectu humano
non potest agnosci. ¶ Item intelligibile facit intellectum. cum igitur primum sit illud
non potest intellectum facere quare non intelligibile esse vel agnoscibile ab intellectu humano.
¶ Propter hoc concedunt aliqui quod primum non potest agnosci ab anima per se. sed
per suos effectus. scilicet per substantias creaturas in quibus aliquid modo agnoscitur
sicut in vestigio vel in imagine et in eis habet aliquo modo speciem et aliquo
modo similitudinem. Sed contra omnis creatura comparata prime luci sive prime
cause tenebra est vel illius. cum igitur lux non videatur per tenebram neque
prima lux sive prima causa a creatura non agnoscetur. ¶ Item sol

Queritur utrum summum bonum increatum possit cognosci.
Queritur utrum ... cognitione recipiat incrementum.

corporalis et quia ab ipso lumen recipiunt alia corpora
non videtur per illa. sed potius econverso. igitur similiter vel magis sol sive lux spiritualis
prima per creaturas incorporales vel corporales non poterit agnosci. quare
si cognoscitur oportet quod per se agnoscatur. ¶ Contra hoc est quod per se et
intelligitur intellectus est. sed quod maxime ens maxime intelligibile. sed primum sic est maxime
ens est maxime bonum et hoc in maxime intelligibile. igitur ab intellectu
maxime poterit agnosci. ¶ Item quod agnoscitur agnoscitur per suam formam
cum igitur primum tota forma sit id quod est sicut forma. sic dicitur ... maxime erit cognoscibile.
Dicendum forte quod agnitio comparatur ad agnoscibile et ad virtutem agnoscentem
et bonum. Unde est quod quamvis est ex parte rei primum est maxime cognoscibile eo propter
defectum virtutis accidit quod non est cognoscibile vel quod non agnoscatur. Contrarium. unumquodque
per naturam appetit suam ad suum principium unionem vel causam per naturam
igitur potentia cognoscitiva appetit uniri suo esse ut possibile est. sed non potest
uniri nisi per cognitionem. igitur per cognitionem appetit uniri primo. Si igitur non
nichil faceret frustra et frustra est esse ut posset uniri per cognitionem restat
quod ab anima poterit agnosci prima causa. ¶ Ad hoc evidenciam sciendum
quod intelligibile duplex quoddam per naturam quoddam per voluntatem. secundum hoc
quod solet dici quod est species voluntaria et est species naturalis. et dico quod primum
sive prima causa et sic non sit intelligibile vel cognoscibile per naturam per voluntatem
cum non cognoscentis sed ipsius potest esse cognoscibile. Sed voluntarium cognoscibile duplex
est. quoddam quod causa virtutis vel potentie cognoscentis non solum in reducendo eam
de potentia in actum. sed etiam in producendo eam in esse. et tale licet in se est
naturale vel non non possit cognosci ab anima tamen in se voluntarium sive
per voluntatem cognoscibile est. et aliud cognoscibile voluntarium quod causam habet reducendi virtu-
tem cognoscentem de potentia in actum sed non dat esse potentie. et tale sicut ...
prima igitur causa uno modo potest cognosci ab intellectu alio modo non. Alio potest dici
quod in primo prima causa prima nullo modo potest agnosci et hoc est propter suam distantiam
et remotionem suam ab omni creatura. tamen in creaturis vel per creaturas
aliquo modo agnoscitur. et hoc quia quandam comparanciam facit inter
excellentiam intelligibilis primi et infinitatem intellectus humani et
in creaturis habet aliquo modo speciem cum causa aliquo modo relucet in
effectu. et non quod primum dicitur infinitum non propter imperfectionem sed propter incompre-
hensibilem bonitatem et hec infinitas non aufert potentiam finiendi
intellectum. sic igitur per creaturas poterit cognosci ab intellectu humano.
¶ Ad illud quod secundo obicitur respondendum quod sicut est visus in sole corporale
non potest figi immediate sic neque intellectus noster potest figi in luce spirituali
et propter hoc oportet prius intellectum nostrum exerceri in hiis inferioribus et per hoc cognoscere
primam lucem. quod obicitur quod non quia causata est tenebra respectu lucis prime.
dicendum quod non est simpliciter tenebra immo lux sed respectu superioris intellectus vero
est in quodam modo obumbratur lux prima que in se propter suam excellentiam
nimia erat. ¶ Sed contra predicta obicitur. dicit enim dominus omnibus exclusi domini
cognitio naturaliter ab ipso est inserta. igitur non oportet quod per creaturas agnoscatur.
¶ Dicendum quod loquitur ... non de cognitione deliberativa sed de naturali. quod obicitur
quod maxime est cognoscibile quod maxime forma unum est quod est de se. sed ex parte in-
tellectus deficit. quod obicitur quod immo ex parte intellectus cum appetat uniri
primo intellectus per cognitionem. dicendum quod sine dubio naturaliter appetit sed sicut ab
ipso non est quod finiatur et perficiatur per naturam sic ab ipso non habet quod uniatur.
¶ De secundo queritur. Dicitur quod agnitio adiuncta felicitatis maximum facit
ei incrementum sui operis. contra ita dicitur quod per quantitatem ... ... alio
bonorum redditur eligibilius per cognitionem augmentari non potest. ¶ Item quod est
in termino non potest augmentari sed optimum dicitur in termino idest quod dicitur. igitur non potest
augmentari. ¶ Item quod augmentatur ut sic est imperfectum sed felicitas
sive optimum est perfectissimum ut dicitur infra. igitur non potest augmentari. ¶ Item
cum simplex ut sic est non augmentetur. unde nulla additione potest ... augeri
optimum cum sit simplicissimum non augmentatur. ¶ Respondeo quod est loqui
de felicitate secundum essentiam suam. et est loqui de ipsa in comparatione ad actus quam
efficit in nobis. quo ad primum verum est quod non augmentatur. sed quo ad secundum. vel aliter
dico quod est loqui de felicitate sive de optimo increato secundum essentiam eius
et est loqui de optimo creato similiter secundum eius essentiam et

sic neutrum augeri potest. vel potest loqui de unoquoque in quantum dicitur movere
ad eius assecutionem et investigationem et amorem et hoc ultimo modo
utrumque augeri et sic loquitur hic quod patet per illud quod sequitur dicit quod agnitio
est dirigens nos ad assecutionem boni optimi sicut signum ad sagitta-
rium quod debet figi a sagittatore et secundum hanc distinctionem patet
solutio obiectorum. ¶ Sed contra hanc solutionem obicitur quod secundum hoc magis agnoscendo
magis assequeretur et magis appeteret ipsum quod tamen non est verum immo multi
simplices magis assequuntur ipsum quam multi litterati. ¶ Respondendum
quod licet non dicit actum sed apprehendere et verum quod per se loquendo quanto magis
habet cognitionem magis sit aptus ad appetendum. vel dic quod duplex est cognitio. scilicet
simplex et de hac non loquitur et affectiva et de hac loquitur et de ipsa verum. de
alia non exponendo dicit infra cum inquiritur secundum quid perveniatur felicitas
virtus anime. ¶ Expositio littere hec est. Ita dictum est finium ut datum est.
Augustinus. scilicet multis existentibus operibus. idest cum multe sint operationes artes
et doctrine multi sunt fines. quia unicuique respondet proprius finis.
Sed quare in principio ponebatur iiii. ars doctrina opus et prohaeresis hic autem resumit
tamen tria et dimittit prohaeresim quod ... hoc ... modo ista tria in principio libri ubi
immo ponebatur opus. hic autem ponitur quod verum est. Ad primum dicendum quod opus duplex
est ... vel exterius. Dico igitur quod in principio sumebatur opus proponendo exterius et
sic dividitur contra prohaeresim. sed hic sumitur communiter proponendo vel exterius et sic
voluntas ... opus potest dici. Ad aliud dico quod illa tria possunt dupliciter ordinari
vel secundum quod proximo ordinantur ad bonum sive ad felicitatem vel secundum quod prius
disponunt hominem ad boni assecutionem et hoc ultimo modo procedit agendo
sive ars sive doctrina operationem. in primo precedit opus. et sic ordinatur
hic non propter prius ordinem. Deinde ostendit quod prius dictum est. scilicet quod cum sit
multe doctrine vel artes vel operationes multi sunt fines inducens diversis
doctrinis dicens. bene dixi. non. quia medicine finis est sanitas. navium
structure. idest sue que docet componere naves finis est navigatio. Sed contra
non enim navigantes intendunt navigare. sed navigando divitias
acquirere vel aliquid tale. igitur male dicitur. potest dici sicut medicine finis ad signum
... sic navium structure finis debet ad signum non navigo
sed habet aliquis. dicendum quod duplex est ... construendi naves. una propter exercitium
quod maxime sit navigando. alia est ut propter navigationem ad acquirendum
ulterius. sicut faciunt isti mercatores et de structura navium secundum
primam rationem loquitur hic auctor. et quia finis huius potest esse in opere quod propter
opus. idest opus et non habet ponit ei finis. Deinde dicit militaris autem
finis est victoria propter quam milites militant. yconomice. idest sue que docet
dispensare familie domus et regere ipsam finis est dispensare. Sic igitur
patet per inductionem quod multis doctrinis multi respondent fines. et
quod ostendit de doctrinis intellige de artibus et operibus. Sed queritur
hic enumeratur iiii. doctrinas ostendens earum fines diversos quare quantum
distant et penes quid distinguuntur. Dicendum quod omnis doctrina ordinatur
ad aliquod bonum aut interius aut exterius. si respectu boni interioris hoc duplex
vel inquantum habet acquiri et sic medicina. vel inquantum conservari et sic navium
structura. que est ad exercitandum ut per hoc sanitas conservetur. si vero
ordinetur respectu boni exterioris hoc dupliciter quia bonum est hominum cavere ab
exterioris nocivo et sic militaris. et acquirere bonum exterius proficuum
vel utile quod docet yconomica. Consequenter quoniam multitudini doctrinarum respondet
multitudo finium comparat fines inter se ostendens quod finis qui est
continens alios et sub quo alii fines sunt est melior et desiderabilior.
dicens. idest diversi sunt fines sicut diverse doctrine. Augustinus. sed quecumque
doctrine vel artes de numero talium doctrinarum ut sunt iiii. predicte
sunt. idest continentur sub una alia virtute idest arte. Unde alia tullo
habet arte in omnibus. idest generaliter fines talium erunt desiderabiliores. huius de numero
architectonicarum. idest principium operativarum vel speculativarum que sunt sub ipsis. vel huius idest
finibus. quod probat dicens. bene dixi quod sunt propria et desiderabiliores. enim
idest quia illa idest fines principaliorum continentes sub ulteriores sequuntur. igitur horum idest
finium ulteriorum. Sed Augustinus hoc dicat intelligere quandoque una doctrina
contineatur sub altera dicens. quemadmodum frenorum factrix. idest

Sicut ad que dicit frena facere continetur sub equestri. idest
sub arte de instrumentis equestribus et non solum factrix frenorum
continetur sub equestri. immo et alie omnes doctrine de instrumentis
equestribus continentur sub equestri. Sed posset aliquis querere sub
equestri continetur factiva frenorum et equestris continetur ne sub
alia. Dicit quod sic dicens: hec .i. equestris et omnis bellica operatio .i.
omnis doctrina que docet de hiis per que milites debent bella gerere
continetur sub militari. et secundum eundem modum quo particulares doctrine
continentur sub aliis .i. sub universalibus. Sed quia dixit actus esse fines. dicit quod
non est inconveniens si actus dicatur finis operativi. Sive aliquid aliud a(?) sicut in doctrinis
predictis supple aliud aliquid quam actus finis sit dicta. ut patet de sanitate
que habitum dicit et non actum et ponitur finis medicine. Sic finitur
secunda pars prime partis tractatus sic prosequitur in qua ostendit quod oportet ponere
finem sive bonum quod sit optimum et dicit sic. Si finis .i. si aliquis
quod propter se volumus est finis operatorum et propter illum finem volumus alia
et illud finem non volumus propter alia. qui dicit sic est aliquis finis talis.
et quod oporteat aliquem esse finem talem probat dicens et non omnia
operamur propter aliud immo est stare. quod probat dicens quia tunc desiderium
nostrum procederet in infinitum et sic esset vanum quia non tenderet ad
aliquid in quo finiretur. et inane quia non reciperet quod tenderet. sicut
neque aer figuram retinet. Si ergo est aliquis finis quod propter se volumus
et ostensum est quod oportet aliquem talem esse si ergo ita est manifestum est
quoniam hic finis erit bonum et non solum bonum immo optimum et sic ostensum
est quod oportet ponere finem qui sit optimus. Deinde exequitur secundam
partem principalem dicens .i. est finis sive bonum optimum. Ac cognitio
sibi adiuncta .i. cognitio quam facit in anima quia non solum proficit a-
nima secundum partem motivam sed et secundum cognitivam. Faciet .i. ostendit
statim. maximum incrementum eius et aliorum bonorum que solum proficiunt parte
motiva. et nos magis adipiscemur quod oportet adipisci .s. bonum
creatum probat bonum optimum quam per alia quia magis dirigit et
movet nos ad vere volendum et vere appetendum. quemadmodum sagittatores
habentes signum magis adipiscuntur quod oportet cum habent signum quam cum
non habent. et sic legitur secundum primam expositionem. secundum secundam sic .i. oportet
ponere bonum quod sit optimum. Ac per te cognitio sibi adiuncta in homine
operante ad illud bonum maximum facit incrementum eius .i. maximam ha-
bilitatem ad ipsum assequendum. quod probat dicens. quia cognitio dirigit
nos ad illud bonum assequendum. quemadmodum signum sagittatores habentes
illud et hoc ad figendum illud quod volunt figere.

Si autem ita temptandum est et cetera Ostenso
quoniam est quoddam bonum optimum et aliter non staret hominis desiderium sed esset
vanum et inane in hac parte intendit ostendere cuius doctrine sit considerare illud
bonum quod sic est optimum et habet hec pars duas partes. in prima quarum ponit
prohemium huius particule dicens quod declarandum quid sit illud bonum quod sic est optimum
et cuius scientie vel doctrine sit ipsum considerare. secundo dicit et probat quod spectat eius
consideratio ad civilem ibi Videtur utique. in prima parte duo dicit primo dicit
quod declarandum est quid sit illud bonum. secundo dicit cuius doctrine sit considerare de
ipso ibi et cuius disciplinae. pars autem secunda prima duas habet partes in prima
dicit quod est doctrine civilis. secundo probat hoc. quoniam enim. vel aliter et melius ut dicatur
quod illa pars continet partes tres. in prima dicit quod illud bonum est considerare
doctrine civilis quam vocat principalem. secundo ostendit quod principalis est ibi. quoniam enim
tertio ex predictis concludit propositum .s. quod bonum optimum est de consideratione
doctrine civilis superaddens rationem ad hoc probandum. Quare huius. pars autem
secunda continet duas partes secundum duas rationes per quas probat quod civilis
principalis est et principaliorum. quarum prima sumitur ab effectu. secunda a continentia
quam habet respectu aliarum artium ibi Utentem autem. tertia ex continentia
artium specialium ibi huius utique. pars autem tertia secunda pars duas habet
partes in prima concludit quod ex predictis quod illud bonum optimum est de consideratione
doctrine civilis. secundo superaddit rationem ad hoc declarandum. Si enim
Circa primam sic procedit dicens. Si ita est .s. quod sit bonum optimum
temptandum est dicere quid sit illud bonum. Dicit dicit typo idest
exemplariter et universaliter. Vel alia translatio habet loco huius secundum viam descrip-
tionis et exempli et non solum hoc immo est temptandum est dicere cuius doctrine
sit considerare ipsum et sic terminatur prima pars partis. Secundam sic prosequitur dicens
quod illud bonum quod sic est optimum videtur esse de consideratione doctrine principalis et eius
que sic principalis dicens. quod talis est civilis .s. principalis. consequenter probat quod sit
principalis ponens duas rationes ad hoc. prima talis est. doctrina secundum ordinationem
quam oportet esse disciplinam et civitatem et quas doctrinas oportet unumquemque addiscere et
usquequo est principalis. civilis est huiusmodi ergo civilis est principalis. minorem non probat quia
manifesta erat. secunda ratio talis est. omnis ars sub qua sunt et continentur
alie artes est principalis. civilis est huiusmodi. quod probat inducendo in particulares artes
sicut patet in littera. ergo est principalis. et quia similis est comparatio artium particularium
ad artem universalem et finium ad finem. ideo concludit quod cum ars civilis
contineat alias artes quod finis eius continet fines aliarum artium
et sic terminatur secunda pars. secunda autem partem secunde partis sic prosequitur dicens
Quare hoc bonum huius .i. bonum optimum erit de consideratione doctrine civilis huius. et potest
inferri non solum ex eo quod sequitur. Sed est expediens sic. cum finis doctrine
civilis contineat fines aliarum doctrinarum et finis continens alios fines
sit optimus quod est optimum erit de consideratione doctrine civilis. Deinde dat rationem
ad hoc ostendendum dicens quod tale est bonum quod propter se amatur uni homini et civitati
est optimum illi. ergo quod omnes gentes et civitates propter se tenent amare
erit optimum simpliciter. Sed tale est bonum quod intendit doctrina civilis ergo
bonum optimum erit de consideratione doctrine civilis. Sic terminatur tota. ordo
ex divisione patet. Circa presentem lectionem queritur primo super hoc quod dicit
quod oportet declarare quid sit bonum quod est optimum et ideo primo queritur utrum op-
timum quod est bonum creatum possit diffiniri. Secundo utrum per rationem possit
cognosci quid sit vel solum per revelationem. tertio de hoc quod dicit quod summum
bonum .i. optimum de consideratione est doctrine civilis et quod doctrina civilis
est principalis. quarto super hoc quod dicit quod civilis habet declarare quas scientias oportet
unumquemque addiscere et usquequo et de hoc quod dicit quod omnes alie artes sunt
sub civili et fines sub fine eius. quinto super hoc quod illud bonum quod sic
est optimum appellat humanum et deum divinum. Circa primum sic ostenditur
difficultate(?) quoniam quia diffinitio explicat esse rei per partes. cum ergo bonum increa-
tum sit simplex et sine simplicitate et sic careat omni compositione non est diffinibile. Item
omnis diffinitio dicitur causam ipsius diffiniti in aliquo genere esse. sed ergo primum eius
sive bonum increatum nullo genere causalitatis causam habeat nullo modo diffini-
bile erit. Sed contra. Dicit quod oportet declarare quid est bonum quod sic est
optimum. ergo bonum optimum diffinibile. vel non diceret. Si dicatur quod appellat op-
timum non simpliciter sed in genere. unde non supponit pro increato sed pro creato quod est
optimum in genere illud non videtur quia hic appellat optimum in quo terminatur
desiderium nostrum sive humanum. sed non potest terminari simpliciter nisi per optimum
increatum quia ab illo solo habet esse. et unus est fluxus dependentia et
respectus effectus causalibus ad suam causam et ideo videtur quod illud optimum
non supponat nisi bonum increatum. Item et si non dicatur adhuc videtur
quod optimum in genere non possit diffiniri quia diffinitio proprie debet fieri
per ea que sunt de esse. cum ergo de esse boni optimi in genere melius sit prius
eo quia ipsum non esset optimum immo illud esset primo bonum et melius
videtur quod non possit diffiniri. Si dicas quod immo et diffinietur per bonum
increatum quod est causa aliorum hoc non videtur quia non est pars esse neque de esse
optimi in genere. Item cum de aliquo non determinetur de eius consideratione in
scientia neque de optimo esset declarandum neque querendum in hac parte. Contra
quod sicut ostensum est optimum simpliciter sive increatum diffinibile
non est. propter accepto non generale diffinitionis ut dicatur diffinitio non solum pro
propria simpliciter. Sed pro quo ad nos ut per effectus vel signa diffiniri potest et
hoc modo loquitur hic quod patet per hoc quod dicit temptandum est accipere quid sit typo. Unde
non dicit quid est simpliciter sed quid est typo. et loco huius habet alia translatio
secundum viam descriptionis et exempli. vel potest dici quod loquitur de optimo
non simpliciter sive increato sed in genere. et quod obicit quod non quia tale non potest
simpliciter finire neque terminare desiderium humanum respondeo quod duplex
finis vel terminus

Queritur utrum optimum increatum possit diffiniri.
Secundo utrum per rationem vel per privationem summum bonum possit cognosci.
Tertio utrum summum optimum sit de consideratione doctrine civilis vel non.

humani desiderii. unus qui est in via. et de hoc loquitur et hoc
non bonum creatum potest esse finis vel terminus eius. Alius qui est in patria
et sic solum bonum increatum terminus est eius. et de hoc non loquitur
vel dico quod licet non est bonum simpliciter et est bonum sub alio bono. similiter
est finis humani desiderii simpliciter ut bonum increatum et est finis
humani desiderii sub fine alio. et talis potest esse bonum creatum. quod
obicitur quod optimum in genere non potest diffiniri. dico quod immo et diffinitur
per causam sicut optimum simpliciter sive increatum. quod obicitur quod non quia
non est de esse. dico quod aliquid dicitur esse de esse duobus modis. uno mo-
do sicut pars constitutiva rei et sic de ullius esse est. alio modo causa
et dans esse rei et sic potest esse de esse. vel potest dici quod diffinitio per causam
et licet nichil causatum sit prius bonum quam optimum in genere creatum
prius secundum essentiam et sic potest illud notificare et diffinire.
Ad ultimum dico quod quia omnia alia que declarantur in aliis scientiis
aliquo modo ordinantur ad bonum optimum de quo dicit in hac parte
ideo posset videri quod non debet hic scientia separatam neque dividi contra
alias secundum doctrinam dicentem de ipso. Sed sicut omnia ordinantur
ad ipsum sic generaliter cum omnibus debet cognosci et ideo non sic dicto
erat de aliis. et propter hoc de aliis non movet istam questionem. Circa secundum
quod sic causalibus rei per rationem cognitio cognitio quid ipsa sit essentia si-
ne essentia quod patet. quia aliud quid ipsa sit sive et per
rationem non posset cognosci vel comprehendi. Sed ergo essentia prima infinita
est sive bonum increatum non potest cognosci quid est per rationem. Item
nichil est in ipso quod non sit ipsum et ipse est infinitus et immensus sic
unde quantitatem. quod autem tale est per se non cognoscitur quid est. quia
quid non cognoscitur per ea que sunt extra vel potiora rei. ergo non potest
cognosci per rationem quid est. Item propter simplicitatem suam accidit
quod punctus non notificatur quod est secundum suam essentiam nisi per privationem
unde diffinitur sic. punctus est cuius pars non est. Si enim diceret sic punctus
vel est sicut huiusmodi rationem non notificat essentiam puncti. ergo si sim-
plicitas in puncto facit quod cognitio eius quid est assignatur per
privationem multo fortius ratione simplicitatis in infinitum maioris boni
increati non potest cognosci quid est nisi per privationem. et sic videtur quod non
possit sciri quid est deus sed solum quid non est. et in hoc videtur con-
sentire Augustinus et Dyonisius. Sed contra. possumus enim dicere sic
bonum increatum est bonum summum et hoc deum de deo non dicat accidens
quia in primo ultimo accidens est. Sed ergo intelligamus quod est. propter respondi
hic et potest intelligi de bono increato et constat quod dicat per rationem ergo
non solum quid non est et est et quid est secundum veritatem potest cognosci.
Item ratio simplicitatis non aufert unitati quin per rationem cognoscatur ut
si dicatur unitas est principium omnium numerorum vel aliquid tale. ergo
neque propter simplicitatem est quod punctus non possit cognosci quid est per rationem.
Ad horum evidenciam sciendum quod quid sit bonum increatum secundum essentiam
eius non potest cognosci per naturam non dico per gratiam et hoc per rationem sed
per privationem aliorum bene potest cognosci quid non est. et causa est incomprehensio
essentie eius ab intellectu finito tum per aliqua que dicuntur de eo sub aliqua
comparatione ad nos. ut sapientia bonitas vel huiusmodi quasi ut potest cognosci.
Sed hec cognitio non est quid sit ipse neque est hec cognitio est non ratione essentie
sed essentie cognoscimus sed essentiam que operatur non cognoscimus quid sit.
quod primo obicitur quod potest cognosci de eo quoniam est summum bonum. unum est
et potest cognosci esse et esse summum sed quid sit non. vel dico quod summum tamen
de bono increato dicitur per privationem. Summum enim est quo non est maius. Ad
aliud dico quod ratio simplicitatis facit quod non cognoscatur punctus ipse quid est
per rationem neque quod est unitatis assignatur nisi per privationem cum dicitur sic
unitas est initium numerorum. unde per hoc non notificatur essentia unitatis
unitatis sed remanet incognita. Circa tertium sic. nam prima philosophia
est scientia prior et nobilior quibus alia doctrina in ipsa debet esse consideratio
et declaratio eius quod nobilius est quale optimum est. declarari a prima
philosophia et non a civili. unde istud bonum debet esse potius de consideratione prime
philosophie et non de consideratione doctrine civilis. Item prima philosophia dicitur
esse de divinis. Sed dicitur dicitur in littera. bonum divinum
est quod queritur in doctrina ista quare illud bonum debet esse de consideratione
prime philosophie. Item si prima philosophia considerat de omnibus. ergo consideravit de
hoc bono. ergo vel non est de consideratione moralis sive civilis. vel si est de conside-
ratione utriusque quomodo differunt. Item propter quod dicit quod civilis doctrina principalis est aliis. cum
enim prima philosophia procedat per causas altissimas. Item cum probet principia aliarum
omnium videtur quod nobilior sit omnibus aliis et non civilis. Contra. finis
speculative est cognitio sive verum. finis vero civilis bonum immo optimum. Sed
ergo optimum est nobilius vero. et cuius finis melior et nobilior ipsum est no-
bilius et melius. doctrina civilis erit melior et nobilior philosophia prima.
Et ad hoc ultimum dicendum quod scientia dicitur esse nobilior et certior alia tribus
de causis. vel quia de nobiliori et certiori. vel quia modum procedendi habet
nobiliorem. ut hec procedit per causas illa per signa. vel per causas priores illa per
posteriores. vel propter nobiliorem finem intentum secundum scientiam et quantum ad hoc
ultimum potest dici quod civilis dicitur hic principalis et est nobilior quam ipsa quantum ad modum
procedendi prima philosophia nobilior quo ad id de quo dividitur quia loquitur
de illo de quo est utique secundum veritatem eius. et sic si dicatur quod philosophia prima
sit de divinis et ista de divinis in hoc non posset esse sermo. vel possumus
considerare illud de quo est utique non secundum veritatem sed secundum rationem secundum
quam consideratur. Dico ergo quod si philosophia prima considerat bonum divinum considerat
ipsum sub ratione veri. et si civilis ipsum considerat. considerat ipsum sub
ratione boni. et quia ipsum est nobilius consideratum sub ratione boni quam
veri ideo ratione eius de quo est potest dici quod doctrina civilis nobilior est.
et secundum hoc patet solutio omnium obiectorum. Circa quartum queritur sic. cum
omnes alie scientie ordinentur ad civilem ergo de usu et doctrina earum pertinet
dispositio ad civilem. quare et qui debeat eas docere et addiscere per-
tinebit dispositio ad civilem. Item illud idem videtur quia considerare
finem necesse est considerare ea que sunt ad finem sed hec totum spectat ad
finem doctrine civilis et ideo civilis erit hec considerare. Contra. apti-
tudo in civilibus ad scientiam cognoscendam ex subtilitate ingenii secundum diversitatem
existentis in diversis propter quam diversitatem quidam magis apti sunt
ad hoc addiscendum alii autem ad alia. cum ergo hec diversitas attendatur et
esset secundum diversitatem complexionum. complexionum autem diversitas spectat
ad naturalem non ad moralem vel civilem: civilis non erit hoc docere.
Item et naturalis non docet quis homo sit habilis ad bonum suum
ad mores similiter non moralis vel civilis non erit declarare quis homo sit ha-
bilis ad unam suam ad speciales scientias. Item cum talis sit quibus habere scientiam
omnem videtur intentus quod invenit dico quod oportet aliquem addiscere quasdam scientias
aliquem autem alias non easdem. Item unumquodque dicitur in multitudinem secundum numerum.
talis autem multitudo non cadit sub arte neque sub narratione sicut dicitur
infinitis. unde intendit dicere dicens quod docet quas scientias oportet unumquemque
addiscere. Item cum alie artes dividantur contra civilem male dicit quod
sunt sub illa. Item secundum hoc videtur quod sub alternatione sibi omnes alias
scientias quod tamen non dicitur. Ad hoc dicendum quod moralis sive civilis habet ordinare quas
scientias oportet unumquemque addiscere sed non absolute sed prout artes ille or-
dinantur ad civilem doctrinam et cognitionem aptitudinis habetur de ingenio
uniuscuiusque sed non per causam quia hoc spectat ad naturalem magis. sed per effectus sic
videndo quod ille habet rationem magis elevatam vel minus. cognoscet quod aptior
erit ad scientiam talem vel talem. verbi gratia. aliquis habet intellectum magis
elevatum et talis aptior esset ad addiscendum philosophiam primam que est
de substantiis separatis. alius habet intellectum magis inclinatum ad rationem
et hii sunt aptiores ad logicam alii ad imaginationem et hii aptiores sunt
ad mathematicas. alii ad sensum et hii aptiores ad naturalem philosophiam. hanc ergo di-
versitatem cognoscet moralis vel civilis per effectus disputando de singu-
lis cum ipsis. super hoc quod hii magis opera sua et rationes querunt ad hoc
vel ad hoc. Ad aliud dicendum quod si civilis ordinaret ad naturalem tunc bene
obiceret sed non est sic. ergo non determinat hic modo naturali neque per rationes illas.
Ad aliud dicendum et si opportunum esset simpliciter unumquemque omnem scientiam habere
tamen repetitudo ingenii quia est unum quod dicit cum quod oportet unum addiscere unam
scientiam et alium aliam non eandem refertur est ad aptitudinem vel

Quarto utrum civilis habeat declarare quas scientias oportet unumquemque addiscere.
Quinto utrum omnes artes sint sub civili et fines aliarum sub fine eius.
Sexto utrum bonum sic optimum sit divinum et humanum vel non.

In ineptitudinem ingenii. ¶ Ad aliud dicendum quod sicut est considerare
doctrinam tripliciter vel ingenium hominis et primo in cuius consideratione non cadit
arte sic unusquisque. Unde quod dicit quod determinat omne ordinat doctrinam cuiuslibet
quod singulos oportet unumquemque addiscere intelligendum est non in natura specie sed
in natura que communiter in quo omnes conveniunt aliquis. Unde dicit cuiuslibet quicumque talem
talem doctrinam audiat. ¶ Ad aliud dicendum quod sicut intellectus speculativus
per considerationem secundum se vel ut habet perfici per extensionem. Sic dico quod speculative
scientie possunt dupliciter considerari vel ut ordinantur ad perficiendum intellectum speculativum
secundum se et sic dividuntur contra moralem sive civilem vel ut ordinantur
ad perficiendum ipsum ut habet perfici per extensionem [illegible]

[illegible]

Dicetur utique et cetera. Hec est tercia pars

[illegible]

per formam simpliciter. In hoc est differens modus. Sed si consideretur

[illegible]

sunt in simili quadrangulum habet equaliter et sic de aliis. Quod

Secundum doctrina cuiuslibet habeat diversum modum procedendi ab aliis doctrinis.
Secundum in omni scientia sic credendo similiter credenda.
Secundum aliquis erret circa bona iusta

Secundum vitans sic docenda grosse et typo ut dicitur.
Quarto quomodo differt dicere grosse et typo.
Quinto quomodo dicatur modus procedendi in hac doctrina et in typo et in speciebus.
Quomodo secundum doctrinam circa omnia iudicet recte ut dicitur.

Ergo obiciat quod scientie sunt infinite verum est in comparatione ad res tamen in se finite sunt et sic possunt omnia sciri. Ad aliud dicendum quod ...

[illegible]

... singula sic qui dicit ... unusquisque bene iudicat que cognoscit et ille qui est doctus circa singula id est circa aliquas speciales disciplinas bene iudicat singula determinando modos debitos circa illas speciales disciplinas ... qui est doctus id est per se doctus circa omnia id est circa omnes scientias bene iudicat singula determinando modos convenientes circa omnes.

Iuvenis doctrine civilis non est et cetera.

In hac parte ... auctor ... primo determinat de auditore secundo ponens ... quo ad

[illegible]

... syllogismus dialecticus est ex probabilibus ... quodam ...

[illegible]

Utrum auditor doctrine civilis debeat esse puer. ... negat.
Utrum insecutores passionum audiant inaniter et inutiliter doctrinam civilem ...
Utrum ... recta ... vel non recta ... facientibus ...
... cum ... superflue.
Queritur quare non recapitulat de auditore sicut de aliis ... fecit ...

[illegible]

9

Iuuenilis sicut i gen[er]e · i sicut i illis qui s[ecundu]m ire[m] de[cli]ne auulis n[on] g[e]n[er]e
il[l]i n[on] attingunt et tunc i[n]grim[us] e[st] una p[ar]s · l[ite]re sic cognito e[st] iuuenilis q[ui]
i reb[us] g[e]n[er]e q[ui] tota die uarietate[m] ... cognito eo[rum] mentice. [illegible]
hic determinat quib[us] e[st] utile scire doctrinam audiendo[rum] · i[n] doct[ri]ne
... n[on] debet e[ss]e puer auditor. [illegible]

Dicamus autem de re et certa. In parte

[illegible]

sic. In omni creato e[st] co[n]siderare ex quo est et a quo est · z

Ad[...] bonu[m] sit cu[iu]s gra[tia] o[mn]ia op[er]at[ur].
Ad[...] gra[tia] uni[us] z eius de bono · l[ite]r[a] ... o[mn]ia op[er]at[ur].
Q[ui]a q[ui] repetit ... doct[ri]na · i[n]d[e] arte · ... q[ui]lla op[er]at[ur] bonu[m].
Q[ui]a q[ui] sup[er]p[ro]nit ... arte · doct[ri]na · op[er]at[io] ... a ... dua.

ut summum iustum. Ad aliud dico quod aliquorum experti[s] eminentie in divitiis non quia ponant eas esse summum bonum sed quia ponunt eas summum bonum et divitie non sunt duo sed unum. Unde non debet sic argui: quidam sicut experiuntur divitias, ergo summum bonum quia summum bonum ponunt ipsas divitias. Ad quartum sic signum et signatum ad invicem dicuntur ergo ignorato uno ignoratur alterum quare si erraverunt in re vel quo ad rem et similiter quo ad nomen. Quod nomen est signum rei, ergo cognoscenti nomen ut nomen est oportet cognoscere rem et non e contrario quod difficilius est habere cognitionem de nomine quam de re et in nullo debuerunt concordare quo ad nomen felicitatis quam quo ad rem. Quod dicit quod pene concordati sunt in nomine felicitatis et hoc dicit propter quosdam qui vocabant eam prosperitatem et quod ideo quod nomine prosperitatis felicitatem imposuerunt. Ad primum dicendum quod nominibus utendum est ut plures. veritate autem rei non sed sicut sapientes et accepto plurium communis est acceptio quam sapientum non sed … ex hoc accidit quod plus concordati sunt in nomine quam in re felicitatis. plures cognoscunt in uli et ignorant in re et propter hoc quia notitia rei respicit cognitionem rei in uli. sed quiditas rei respicit specialitatem rei et speciem rei … nomen propter hoc in nomine parum concordati sunt quam in quiditate huius summi boni. Quod obicit quod signum et signatum dicuntur ad aliquid et in ignorato uno ignoratur alterum dicendum quod loquitur est de signo et signato dupliciter autem sub huiusmodi rationibus et intentionibus et sic unum est quod obicit vel est loqui de signato vel id quod est et tunc contingit ignorare signatum et discordare circa ipsum licet sit concordia circa signum et notitia. Ad aliud dico quod cognoscenti signum ut signum est oportet cognoscere signatum sed sufficit quod in uli. sed cognoscenti quiditatem rei oportet cognoscere rem in speciali ratione sed autem difficilius. Ad ultimum dico quod quia prosperitas abicit indigentiam in vita et omnem miseriam et felicitas simpliciter omnem miseriam simpliciter abicit ut dicetur postea ideo felicitatem nominamus aliqui prosperitatem. Deinde cum dico sic. an summum bonum sit in omnibus per essentiam probatur male reprehendit ponentem felicitatem seu summum bonum in divitiis. Ubi sciendum quod vel in sua existentia esse est vel defuit simpliciter ut in corporibus vel dependentia … ut in uli sunt limitato essentie unitatis opinionis ut in libro de causis quod ente sumpto sed in primo non hoc est quod primum ad non creatum in sue essentie existentia quod ratione primum est in aliquo vel alio per essentiam eadem ratione in quolibet et ubique et sic summum bonum … per … et in divitiis et in aliis sed. Quod in quantumcumque gradibus perfectionis et nobilitatis creatorum in infinitum excellit creaturam sed intelligentia propter suam … pluralitatem nata est esse ubique et sic non simul et etiam sed vero … in quibus per corporis et ydolum in quibus per medium secundo cum primum quod ad hoc in infinitum excellat creaturas necesse est ipsum esse simul in omnibus et ubique per essentiam. Quod quanto aliquid simplicius est tanto est in pluribus et a pluribus indiget ut habetur in quinto metaphysice sed primum est simplicissimum per essentiam ergo in pluribus erit per essentiam sed qua ratione in uno et in omnibus ergo etc. Quod in omni genere in quo sunt conditiones existendi complete secundum gradus ordinatos in eodem est ponere aliquod completum omnes conditiones illius non secundum omnimoda obtinens perfectionem sed in rebus autem sunt hee conditiones existendi complete secundum gradus ordinatos ergo in omni genere est ponere aliquod completum omnes perfectiones conditiones obtinens secundum omnimoda perfectione. perfectiones autem conditiones sunt hee. est quedam substantia simpliciter separata que habet esse ubique per essentiam sed non simpliciter. et est alia substantia que solum in uno corpore. sed quinta perfectio eius existit per essentiam simul et solum ut anima. et est reperire aliud sicut ulterius quod non propter solam sui simplicitatem sed quia a nullo dependet et ad nulla dicitur simul est in multis per essentiam et similiter ydolum in quolibet per medium. et species in diversis … propter abstractionem eius a materia oportet ergo ponere unum primum excellens sed omnia quod in omnibus et ubique sine aliqua dependentia existat simul et semel per essentiam sed hoc non est nisi summum bonum et ita per essentiam erit in divitiis et huiusmodi. Quod omnis virtus unita maior est se ipsa multiplicata et maxime in substantia simplici sed virtus unitur in essentia eius cuius est una et multiplicatur extra ipsam ergo maior est secundum quod est in essentia eius cuius est quam prout ab essentia procedit sed virtus primi maxime est infinita ergo necesse est eam semper habere unionem cum substantia cuius est. ergo cum sua virtus sit ubique. videtur quod sua essentia cum ei unitur sit ubique. Quod in deo non differt essentia virtus et operatio ergo si virtus ubique est et essentia. Quod omnis substantia que nata est esse in diversis non tota simul si ducatur ad actum existendi in eis aliquo modo recipit mutationem sicut patet in substantia corporis celi et accipiatur mutatio vel … sed primum est substantia nata esse in diversis per essentiam. si ergo non natum esse totum simul in eis si ducatur ad actum existendi in eis aliquo modo recipiet mutationem quod est inconveniens quare oportet quod sit natum esse totum simul in omnibus et ubique per essentiam et sic in divitiis et honoribus et huiusmodi. ex hiis patet quod primum est in omnibus et ubique per essentiam et hoc unum est et concessum a sanctis. Contra omnis motor universi per essentiam ipsi mobili movetur ad motum illius cum ergo primum sit motor omnium universaliter omnibus per essentiam movetur ad motum omnium sed autem falsum immo ipsum est immobile per se et per accidens. Quod omnis cognitio rei vel … decipit sicut cognitio nobilitatis quam existentia eiusdem sive in eadem re secundum substantiam vel essentiam. plus enim decipitur homo existens essentialiter in malum quam secundum cognitionem solum. sed ut habetur in undecimo metaphysice primum intellectus primum vilesceret si cognosceret aliud a se et sed propter rem vilitatem ergo multo plus vilesceret si esset in omnibus per essentiam. Quod aliter de hiis in quibus est per essentiam predicatur quod si primum esset in omnibus per essentiam de omnibus posset predicari quodlibet ergo esset primum. Quod sicut scriptum est omnia facta sunt ex nichilo et in nichil caderent nisi virtus conditoris teneret ea in esse et perpetuari quia sicut creata a se non habent suum esse sic neque continuandum esse. ex quo sic potest argui si per virtutem primi salvantur res in esse ergo si contingeret res corrumpi contingit virtutem primi non manere in eis ergo et essentiam ex quo idem sunt virtus et essentia. Quod ideo quidam posuerunt in huiusmodi rebus esse quam in aliis. Quod que sunt ratio propter quam in divitiis non in uno solo possent omnes ponere esse unum summum bonum quod non est sicut posuerunt diversa plane bona que non sunt. Respondendum quod triplex est aliquid per essentiam in aliquo uno modo pars rei ex quibus alia esse rei constituunt sed rem et actum existendi et sic anima et corpus per essentiam sunt in animato. alio modo sicut forma predicabilis ut genus vel differentia in specie. tertio modo sicut efficiens continens rem et continuans in esse et hoc dupliciter quia quoddam est quod dependet ab eo in quo est quo ad operationem solum ut anima rationalis. quoddam quo ad esse et operationem ut vegetativa et sensitiva et omnibus istis modis unum est quod omne quod est in aliquo per essentiam movetur motu eo in quo est. sed alio modo est aliquid in alio per essentiam sicut efficiens dans et continens esse non dependens ab eo in quo est neque quo ad esse neque quo ad operationem et de tali non est unum hoc modo primum in omnibus est per essentiam. Ad aliud dico quod intelligit perfectio est intellectus et propter hoc quia non perficitur primo nichil intelligit extra se sed primum existendo per essentiam in rebus quod nullo modo dependet ab eis nichil recipit ab ipsis et ideo nullam vilitatem potest contrahere ab ipsis. Ad aliud dicendum secundum distinctionem prius factam. non enim similiter est anima in homine secundum essentiam et primum in omnibus creaturis. Ad primum dico quod primum est agens per voluntatem et ideo sua virtute in omnibus existens rebus continuat res in semper sed quamdiu vult. sed si esset agens per naturam tunc verum esset quod si sua virtus continuaret res in esse non corrumperentur manente eius virtute in ipsis sed non est sic. Contra quod virtus primi est in hac re sed cum sit simplex et simpliciter undique est totum est. tota ergo est in hac re ergo non potest esse simul in alia. Quod ubi primum nunc est in hac re recta existente non est in ea ergo alicubi vel in aliquo prius fuit in quo modo non est et ita aliquo modo mutatum est. Dicendum quod virtus primi tota est in quolibet in quo est. non valet si est tota in hac non est tota in illo immo ratione sue infinitatis in omnibus est. ratione sue simplicitatis

Contra illud quod omnes philosophi ita concordaverunt in nomine felicitatis.
vel posset … dicentes felicitatem esse in divitiis et in aliis bonis nature.
vel via que est a principiis. [struck] … ad principia.

totaliter est in quacumque est. Ad aliud dico quod si primum est in hac re et postea non est in eadem re non existente ex hoc non potest argui mutatio primi quia si res adveniret et primum adveniret in ea sed ex hoc potest argui mutatio rei et patet similiter. Sortes albo sit similis Sortes fiat nigrum sum dissimilis cum prius similis et constat quod nulla facta est mutatio in me. Ad aliud dico quod felicitas est perfectio hominis et maxime secundum animam et quia multiplex est vis anime cuilibet respondet voluptas concupiscibili. irascibili secundum quod attenditur honor reverentia sive timor irascibili respondet. et rationalis secundum quod divitie quia in earum acquisitione est multa delectatio ideo secundum ista ita posuerunt summum bonum vel aliter sicut auctor declarat postea. felicitas est bonum perfectissimum et per se sufficiens et per se eligibile ratione perfectionis ponebant ipsum in honoribus. tales enim qui perfecti sunt honorantur. ratione sufficientie in divitiis. quia per se eligibile et appetibile in voluptatibus per hoc patet propter quid non in uno quod non esset summum sed in diversis posuerunt felicitatem quia non videbant diversas comparatas in summo bono per excellentiam et in aliis bonis non apparebant omnes sed in quodam una ut in divitiis sufficientia in quibusdam alia ut in honoribus perfectio. et in aliis alia ut in voluptatibus electio propter hoc sic diversificantur. Deinde sexto dicit auctor quod omnes hee opiniones sunt vane. contra. istarum opinionum ultima dicit summum bonum esse bonum quod est causa omnibus ut sint bona sed constat quod illud concedet eo dicet postea felicitatem esse causam omnium aliorum bonorum ergo per illa opinione videtur falsum dicendum quod omnes iste opiniones sunt vane. Si dicat sicut videtur velle alia translatio quod dicitur manet non ibi. sed quia non est utile perscrutari et loquitur de ipsis quam hoc est quia tunc cum quis sed non laboret et disputet labor eius esset vanus. Quod quia videtur via sit certior que a principiis vel que ad principia. videtur quod que ad principia quia motus recipit nobilitatem et completionem a termino. ergo cum sit nobilior in via que est ad principia quam que est a principiis et via sui motus erit nobilior. Quod hoc videtur quia scientia cuius dicitur nobilior eo quod docet illud cuius acquisitio et habitus est nobilior ergo similiter cum via que est ad principia doceat cognitionem principiorum que nobiliora sunt et eorum habitus nobilior videtur quod via ista sit nobilior. Quod sicut habitus principiorum intellectus est et per modum simplicitatis est eorum cognitio. unde principia cognoscimus terminis cognitis. sed conclusiones cognoscimus via complexionis et eorum habitus scientia ex quo videtur quod sicut unum est via incomplexionis aliud complexionis sic via que habet principia … conclusiones et vel via que est ad principia erit potior quam via que est a principiis. Contra via que est ad principia est per posteriora simpliciter via que est a principiis per priora ergo certior et nobilior via que est a principiis quam que ad principia. Deinde sicut patuit in expositione littere vel sic secundum quod declarat alia translatio auctor non vult dicere quod omnes iste opiniones in se sunt vane sed vult dicere quod vane est perscrutari et disputare de omnibus illis sed solum de famosioribus. unde alia translatio sic dicit. forsitan autem inquisitio de omnibus opinionibus dare honerosa est et vanis. sufficit enim de famosis harum inquirere aut de quibus putatur quod in ipsis sit argumentum persuasivum non auctor inquirit de omnibus illis sed solum de quibusdam sicut patet postea. Ad aliud dico quod via que est ad principia et que a principiis utraque potest considerari per comparationem ad terminum viarum illarum vel rationis et sic potior et nobilior via que est ad principia. vel per comparationem ad medium per quod procedit via sive ratio et sic via que est a principiis est prior. unde sciendum quod in principiis est duplex via quedam diffinitiva et quedam manifestativa et de hac ultima loquor quia via diffinitiva ad principia cum principiorum hec est per terminos et hec sine dubio prior esset ut obiciebatur sed de hac non loquitur hic. Deinde septimo sic. duplex est vita vita corporis et vita anime. vita corporis anima vita anime virtus sive summum bonum. si ergo ad priorem vitam non requiritur ex parte hominis immo totaliter illa vita est a primo sine hominis cooperatione vel instructione: similiter et ex parte vite alterius. Quod sic videtur quia cum anima vita sit corporis virtus vita anime sicut anima nobilior corpore sic bonum sive virtus nobilior quam anima quod esse nobiliori magis totaliter attribuenda ergo nulla instructio in virtute per exigetur neque assuefactio. Ad primum dicendum quod requiritur instructio et assuefactio in bonis moralibus ad habendum felicitatem non est simile de creatione anime et de felicitate dicta creatio cum procedit creatum essentialiter non habet creatum esse nisi a creatione et quia non est ante creationem a parte eius non potest requiri. sed antequam felix felicitatem est actu existens et ideo non est simile et propter hoc etiam patet quare oportet aliquo modo hominem cooperari ad felicitatem. sed ad creationem vel ad suum primum esse non. cum nundum sit.

Nunc autem ad id unde divertimus et cetera.

positis opinionibus erroneis et dicto quod erronee erant et determinato modo procedendi ad earum reprobationem hic auctor resumit opiniones falsas procedens ad earum reprobationem secundum modum assignatum et dividitur hec pars in duas quia duplex est esse felicitatis sive summi boni. unum secundum rem et naturam. aliud secundum rationem et intentionem et circa utrumque esse erraverunt errores primo ergo reprobat errores circa summum bonum secundum suum esse naturale secundum rem. secundo quo ad esse secundum rationem ibi quod autem. vel aliter et melius loquitur est de summo bono secundum rem et esse suum absolutum et est loqui de ipso per comparationem ad alia bona et relationem ad ea et utroque modo erravit error quam summum bonum. primo ergo reprobat errores quo ad primum. secundo quo ad secundum ostendens quod non est uniformis comparatio summi boni ad alia bona comparata. ibi quod autem. prima pars est de prosecutione. et dividitur in quattuor partes. in prima quasi continuando digressionem factam notat quod redeundum est ad propositum. secundo resumit opiniones prius dictas. ibi bonum autem. tertio auctor reprobat eas. ibi nichil enim. quarto dicit quod etiam hec non est ampliter inmorandum. ibi hoc igitur. pars prima non dividitur. sed secunda partes habet duas primo recitat opiniones aliorum quo ad illud in quo concordant et in quo dicebant verum secundo quo ad illud in quo differebant et in quo errabant ibi. multi autem et cetera. et in illa parte ponit tres differentias vite quia quidam existimabant felicitatem esse voluptatem. quidam honorem quidam virtutem. tertia pars prima habet partes quattuor in prima reprobat opinionem ponentium felicitatem voluptatem secundo honorem ibi quia multi. tertio virtutem. ibi forsitan. quarto pecunias. pecuniosus. prima non dividitur sed secunda habet partes tres. in prima resumit opinionem opinantium felicitatem esse honores. secundo ponit rationes ad eam reprobandam. ibi videtur. tertio infert corollarium consequens ex predictis ibi. manifestum. media pars dividitur in duas quattuor propter quattuor rationes quas ad hoc ponit auctor. pars tertia huius est partes habet partes quattuor in prima dicit quod virtus videtur magis felicitas quam aliquod aliorum predictorum secundo ostendit quod non est felicitas ibi. videtur autem. tertio concludit ex dictis quod nullus debet dicere habentem virtutem felicem esse. sive virtutem esse felicitatem. ibi. ita utique. quarto dicit quod de vita contemplativa quo ad statum sive quod magis credo de vita contemplativa que ad virtutem intellectualem dicetur in sequentibus. ibi. tertium autem. pars autem secunda partes habet duas in prima ponit unam rationem ad ostendendum virtutem non esse felicitatem. secundo quia minor propositionis sunt dubia probat eam et hoc duplici ratione quarum prima incipit ibi. videtur enim secundo. secunda ibi. et cum huiusmodi. pars ultima. tertie partis principalis habet partes duas primo ostendit quod per duas rationes quod pecunie non sunt felicitas et hoc absolute. secundo comparando alia tria scilicet voluptatem honorem et virtutem ad pecunias. ibi. ideoque. prima in duas propter duas rationes. Circa primam partem sic procedit dicens Nunc autem redeamus ad id unde. id est a quo digressimus scilicet ad reprobandum opiniones predictas. sed ubi digressi sunt

a proposito eius quod prius in reprobandis opinionibus dixit quod oportet bene esse instructum in moribus vel a se vel ab alio qui vult audire debitam civilem. et secundam partem sic procedit dicens. bonum et id est non accipiatur expositione felicitatem nisi sine antiqui existimare esse vitam id est antiqui posuerunt quod summum bonum sive felicitas esset vita. et hoc est unum bonum cum vita est animae sicut corporis anima. postea quia in speciebus vitae differebant et excedebant dicit in antiqui existimabant felicitatem esse vitam sed multi quoad numerum et grossissimi quoad studium existimabant felicitatem esse voluptatem et ideo ipsi diligunt et eligunt super omnia vitam voluptuosam. sed quia posset aliquis quaerere est ne solum voluptas vita dicit quod sic dicens. tres autem vitae sunt maxime excellentibus id est a maxime excellentibus poetis et philosophis. Deinde dicit quae sunt in dicens quae nunc dicta est id est vita voluptuosa. et quae civilis id est honor. quia hi maxime appetunt cives et quia per pecunias nisi honorantur cives sunt nichil appetunt divitias. et ideo nomine vitae civilis comprehendit honores et pecunias. Deinde dicit quod tertia vita est vita contemplativa et hanc postea exponit quoad sapientiam vel quo ad virtutem intellectualem sed quia non erat intentio de virtute cum reprobet opinionem ponentium felicitatem esse virtutem postea dicit quod continetur sub vita civili. Et convenit cum honor sive gloria sive bonum apparens virtus non sit tamen secundum veritatem cum [illegible] de virtute civili sive vita civilis. ¶ Respondeo quod sicut est loqui de non ipso non et sic non appetit non bonum vel de [illegible] et sic per naturam maxime inclinantur ad malum. unde in libro secundo dicit quod caute debemus ab his ad quae nati sumus. sic dico de vita civili quod si loquimur de ea quoad cives ut sunt rite dispositi virtutem [illegible]. sed ut sunt prosilii sic honorem sive gloriam. sic terminatur secunda pars primi.

Deinde exequitur tertiam dicens. multi enim et intendit tale argumentum vita voluptuosa est vita pecudum istam vivunt hi felicitas non est vita pecudum immo bonum humanum vel divinum ut visum fuit in primo gradu felicitas non est vita voluptuosa. et dicit quod quamvis tales qui hoc ponunt videantur esse bestiales tamen adipiscuntur gloriam. sicut et tota die accidit quod tales magis veniunt et commendantur. Dicit ergo multi enim quidam quia ponunt vitam voluptuosam felicitatem enim id est quia multi videntur esse bestiales id est ad modum bestiarum viventes. quod eligentes tamquam ponentes eam felicitatem vitam pecudum id est voluptuosam vitam secundum quam vivunt pecudes. et quamvis sic eligant tamen adipiscuntur gloriam vel gratiam et habent in reverencia et magno nomine. Deinde dicit quod felicitas non est honor et primo quia dixit quod vita civilis sive honor ponebatur a quibusdam vita et sic ponebatur esse felicitas dicit quod ita sit et ut hic dicit in quidam posuerunt honorem vitam et sic felicitatem. quia multi magnorum id est rectorum in civitatibus vel magistrorum id est philosophorum patiuntur similia Sardanapalo. sed qui gratiam id est gratiis ab hominibus quaerunt et qui sunt habitu hoc id est honores volunt sibi attribui. civilem enim id est est hic finis. sed honor ponere spectales quasi virtutem intendunt sed pauca sunt. Deinde dicit quod honor non est felicitas et prima ratio est haec honor est bonum secundum apparentiam solum bonum quod quaerimus sive felicitas non sed secundum veritatem ergo honor non est felicitas et istam rationem tangit ibi. videtur autem hoc bonum. sed honor esse bonum magis in superficie id est in apparentia et non secundum veritatem quam bonum quod quaerimus id est felicitas. Deinde dat ad idem secundam rationem ibi videtur autem et est talis honor est in honorante sed felicitas non est in felicitante ergo honor non est felicitas. et hanc rationem tangit ibi videtur autem. haec bonum sive honor magis esse in honorantibus quam in eo quod honoratur. Deinde dat tertiam rationem dicens. bonum autem et est talis felicitas est bonum non huius de genere et quod cum habetur non aufertur de facili sed honor non est huiusmodi ergo et cetera. et hoc tangit ibi. bonum quod existimamus id est super alia existimamus id est felicitas est bonum proprium id est suo genere ex toto a adminutum et est tale bonum quod non aufertur leviter id est de facili sed simpliciter honor non est huiusmodi. Deinde dat rationem quartam

quae talis est. honores quaeruntur ab honorantibus non propter se sed ut credantur boni et gratia virtutis sed felicitas non propter se solum ergo felicitas non est honor. et hanc rationem tangit ibi. amplius autem homines. videntur quaerere honores ut credantur ipsi esse boni. quod probat dicens quia quaerunt honorari a sapientibus et ab illis a quibus cognoscuntur et hoc propter virtutem id est ut credantur virtuosi et ex hoc concludit. quod manifestum secundum hos qui sic quaerunt honores propter virtutem virtus est bonum melius supple quam honor. Deinde dicit quod virtus non est felicitas dicens fortassis aliquis existimabit magis hanc id est virtutem esse finem civilis vitae id est esse felicitatem supple quam existimet de honore. Deinde ostendit quod virtus non est felicitas et est ratio talis. virtus est in ipsorum felicitas non ergo virtus non est felicitas. vel si habeatur hec littera. videtur autem hoc non ipsorum et cetera dicit sic. felicitas non est ipsorum et virtus est ipsorum ergo et cetera. sed quia minor hec scilicet virtus est ipsorum dubia est probat eam dupliciter ratione. prima talis est habentes virtutem dormiunt et vigilant sed tales sunt ipsi ergo virtus est ipsorum. et dicuntur secundum ab operatione propter defectum voluntatis dicuntur dormire propter invalitudinem sustinendi labores non operari propter dispositionem operis. Deinde dat secundam rationem ad hoc quod talis est habentes virtutem contingit pati multa mala et plurima infortunia sed tales sunt ipsi ergo virtus ipsorum est. ex hoc concludit quod nullus felicitabit id est felicem dicet habentem id est illum qui habet hanc scilicet virtutem non in dormientem positionem ad modum angelicorum ebriosorum vel positionem id est non velit sustinere aliquid contra id quod posuit ad quod istud sequitur et tale sustinendo hoc non quia credat sed ut tueatur positionem et hic non sequitur alia consideratio. Deinde dicit quod de huius sufficiat quia satis dictum est de huius in encyclicis id est in dictis famosis de hac materia editis vel exponit alia consideratio. Deinde dicit quod tertia est vita contemplativa de qua fiet scrutatio postea et quomodo exponatur dictum est. Deinde ostendit quod divitiae non sunt felicitas et prima ratio quarta vita est talis. pecuniae acquiruntur per violentiam felicitas non ergo pecuniae non sunt felicitas minor non ponitur sed intelligitur ex opposito pecuniarum ad felicitatem. Deinde dat secundam rationem quod talis est pecuniae quaeruntur propter utilitatem quam habent ad aliud et gratia alicuius sed felicitas non ergo et cetera. Deinde dicit rationem talem ad idem cum prima scilicet voluptuosa vita vita civilis et virtus eligantur propter se pecuniae non. non ergo cum non sint ergo multo fortius neque pecuniae. et dicit quod ista scilicet voluptuosa vita vita civilis et virtus non sunt fines. et etiam id est quamvis multi sermones facti sunt omnino de hoc id est quamvis fuerint multi qui hoc posuerint. sic terminatur tertia pars. Deinde exequitur quartam dicens. hoc ergo relinquatur. ¶ Circa partem istam primo quaeritur de situ huius partis. secundo super hoc quod dicit quod multi irrationabiliter posuerunt felicitatem esse vitam. tertio de divisione vitae. quarto de hoc quod dicit reprobans opinionem ponentium felicitatem esse voluptatem. quinto de huius quod dicit reprobans opinionem ponentium honores esse felicitatem. sexto ponentium virtutem esse felicitatem. septimo ponentium felicitatem esse divitias vel in divitiis. Ad primum sic in primo ethicorum dicitur quod si dicta interrogat cum principia sua non interrogat et reddit causam quia si quis negaret non haberet istam dictam ex quibus procederet contra eum. ex quo patet quod sic accepit istam positionem. nullus fuit hoc ex quibus disputat negantium principia in sua sua. cum ergo ponentes felicitatem esse in voluptatibus vel divitiis ponerent ex quo felicitatem non esse summum bonum et in negabant principia in morali philosophia et quod cuiuslibet principia et per se notum est hominibus. quare tales non debet moralis philosophus disputare. ergo secundum hoc pars non pertinet ad ethicam istam. ¶ Item in principio metaphysicae habetur quod contra negantes principia non est opponendum sed tales negant principia quia ponebant tale quod ex quo sequebatur quod felicitas non esset summum bonum sed contra tales non esset disputandum. ¶ Item supra reprobavit istas opiniones dicens quod omnes hae opiniones sunt vanae et hic reprobat ergo superfluit haec pars ut videtur. ¶ Ad primum dico quod negare principia dupliciter est uno modo absolute et simpliciter ut si quis diceret non de quocumque ponuntur species et genus et contra talem dicta sunt hoc disputare. alio modo non simpliciter non absolute. sed si

Sed si quis dicat aliquid ex quo istud sequitur ut si quis dicat aliquam speciem esse in pluribus quam genus et contra talem negantem principia habet dialecticus disputare. eodem modo dico de morali philosopho. si enim aliquis diceret quod felicitas non esset summum bonum contra talem moralis philosophus non deberet disputare. sed si dicat felicitatem esse divitias vel voluptates propter hoc quod hi existimant summum bonum contra talem est disputare ostendendo quod felicitas non est in huiusmodi. vel quod hi non sunt summum bonum et quod [illegible] sic patet. Si enim quaereretur ab istis est ne felicitas summum bonum diceret quod sic. et ulterius si quaereretur est ne voluptas summum bonum diceret quod sic. unde et si ampliter sequeretur felicitas est divitiae vel voluptas ergo non est summum bonum tamen quo ad illos qui hoc ponebant non sequeretur neque concederent quod sequeretur. ¶ Ad aliud dicendum quod prius reprobavit istas opiniones sed generaliter hic vero reprobat specialiter et ideo non superfluit. vel dico quod prius non reprobavit sed dixit quod erant reprobandae sicut tamen hic autem reprobat et dicit propter quid sunt reprobandae ponens rationes quare ut patet. ¶ Secundo sic. sicut dicitur in secundo topicorum si aliqua dicantur esse eadem considerandum est utrum sic aliqua dissonent quia si sic non erunt eadem. cum ergo felicitas et vita tempore dissonent quia felicitas non est in statu puerili sicut postea probabit neque iuventutis neque senectutis nisi et in morte sed post mortem vita est non sic dissonant in tempore felicitas et vita et ideo non sunt idem. ¶ Item cum felicitas sit ab intellectiva solum vita autem a vegetativa sic et ideo non sunt ab eodem principio felicitas non est vita. ¶ Item eorundem idem est esse sed felicitatis et vitae non est idem esse quod patet quia vita in plantis est et brutis felicitas non sed solum in habentibus rationem. quare felicitas et vita non habent idem esse et ideo non sunt idem. ¶ Item si felicitas et vita sunt idem et vita a natura felicitas a natura ergo sicut omnes homines natura habent quod vivant ita natura haberent quod essent felices. ¶ Praeterea in textu tamen ita reprobat et ostendit quod felicitas non est vita ostendens quod neque est vita voluptuosa neque civilis neque contemplativa ergo vel male facit vel irrationabiliter ponebant ponentes felicitatem esse vitam. ¶ Item si non est felicitas vita sed virtutem sed secundum similitudinem quae est similitudo et ratio propter quam sic confertur nomen vitae. ¶ Ad primum dicendum quod vita sequitur unionem animae cum corpore sed est anima vegetativa sensitiva et intellectiva et secundum hoc est triplex vita. unum in secundo de anima. vivere corporibus dicitur vegetare movere secundum locum et intelligere. prima vita sequitur unionem animae vegetativae cum corpore. secunda sensitivae. tertia intellectivae sed unio animae intellectivae cum corpore duplex est autem quoad essentiam eius et sic etiam et sic unio dat esse commune et cetera. vel quo ad operationes rationis regulatas et hanc unionem dat vitam quae dicitur felicitas et ista vita et felicitas idem sunt et tempore non dissonant sed simul sunt immo idem. sed vita aliis modis dicta et felicitas non sunt idem secundum istam distinctionem patet solutio ad obiecta. hec enim vita et felicitas idem sunt et sunt ab eodem principio et hoc principium sive voluntatem ista vita. ¶ Ad aliud dico quod multi sciunt ut vel saltem quoniam de aliquo ignorantes supposito. sicut per quam naturam eiusdem ut multi scientes sciunt esse hominem ignorant utrum hic vel ille. similiter multi scientes felicitatem esse vitam possunt ignorare cui vita sic. utrum voluptuosa vel civilis. non dico quod Aristoteles removeat a felicitate omnes modos vitae sed quosdam et maxime illos in quibus maxime famosi errabant. ¶ De tertio sic cum sufficientia per se sit proprietas generis summo bono. unde actor in fine ostendet quod felicitas est bonum per se sufficiens videtur cum non sic ponentes proprietatem sit eo cuius est et sufficientia est in divitiis et summum bonum quare reprobat has opiniones. quia similiter perfecto quod est honores est proprietas generis summo bono sive felicitati. ¶ Item si non est in genere quod non sit in aliqua eius specie ergo si felicitas vita erit aliqua istarum cum quod ut prius male ostendit felicitatem nullam esse istarum. ¶ Item cum sanitas sit bonum magis quam voluptas et similiter quia non fuerunt aliqui qui hoc ponerent summum bonum quare opiniones hic reprobarentur. ¶ Ad primum dicendum quod sicut dicitur est bonum corporale et

bonum spirituale sic sufficientiam. unde sufficientia quae est in divitiis est corporalis et etiam sufficientia vero quae est proprietas felicitatis spiritualis est. unde non est eadem. similiter dico de perfectione ut dicatur proprietas summi boni et ut dicatur proprietas honoris. unde non est eadem sufficientia ut est in divitiis et in summo bono neque perfectio ut est in honoribus et in summo bono non secundum nomen. ¶ Ad aliud dico quod sine dubio si autem ponere hic omnes differentias vitae bene oporteret felicitatem esse aliquam istarum sed non omnes enumerat ut patet est sed illas circa quas plures et famosi deviabant. ¶ Ad aliud respondendum quod sine dubio bene fuerunt aliqui qui posuerunt felicitatem esse sanitatem vel fortitudinem et similia sicut patebat in praecedenti lectione sed contra illas opiniones non reprobat in hac parte. et ratio est quia cum superius dixit quod intendentem finem doctrinae civilis oportet bene esse instructum in moribus patet quod felicitas habet acquiri ex operibus voluntariis et rationem regulatis et quia per se patet quod sanitas non dependet ab his ideo patet falsitas talis opinionis et ideo contra tales dedignatur hic disputare. ¶ Item cum supradictum sit quod finis doctrinae civilis est non cognitio sed opus ex hac habetur felicitas quae est finis doctrinae non esse sanitatem propter hoc ergo contra tales opiniones non disputatur in hac parte. ¶ De quarto sic cum sicut dicitur voluptas sit vita pecudum philosophi excellentes non posuerunt ponere felicitatem esse vitam voluptuosam. ¶ Praeterea sapientes non ponunt sine ratione sed nulla ratio posset movere ad credendum quod felicitas esset vita pecudum ergo neque quod esset vita voluptuosa. ¶ Praeterea quae fuit ratio propter quam posuerunt philosophi felicitatem esse vitam voluptuosam. ¶ Respondeo quod philosophi videntes vitam voluptuosam delectabilem esse et intelligentes felicitatem esse bonum quod omnem tristitiam et miseriam auferret et offerret omnem delectationem propter hoc posuerunt felicitatem esse bonum sive vitam voluptuosam. sed errabant quia haec delectatio non est illa immo haec corporalis et momentanea et corporalis illa perpetua et aeterna et spiritualis. ¶ Ad primum ergo obiectum primo dico quod illud quod hic dicitur vitam voluptuosam esse vitam pecudum non dicunt illi sed homines boni. vel dico quod vita ista dicitur vita pecudum non quia homines non vivant vita voluptuosa sed per comparationem. homines enim et si vivant aliqui secundum vitam voluptuosam non tamen omnes immo alii vivunt vita civili alii vita contemplativa. sed pecudes omnes vivunt vita voluptuosa quae non alia. et propter hoc appellatur haec vita pecudum. vel dico quod sicut supra dicebatur in philosophi puer non solum est qui est puer secundum aetatem sed et qui est secundum operationem. sicut qui puerilia operatur sic et hic dicuntur pecudes non secundum aetatem sed homines pecudiales et voluptates ad modum pecudum viventes et talibus bene conveniunt aliqui felicitatem ponere. ¶ De quinto sic. dicitur quod honor est bonum in superficie. contra. cum honor sit reverentia virtutis sit. virtus autem sit bonum secundum veritatem et non in superficie non videtur quod honor sit bonum in superficie. ¶ Item si honor est bonum in superficie sed versus finem huius libri dicit postea quod felicitas est bonum honorabile quia si honor est bonum in superficie solum et felicitas similiter esset bonum in superficie. ¶ Item quod videtur honor debeat soli exhiberi melioribus. quia sicut dicitur in textu honor est exhibitio honoris sive reverentiae alicui in testimonium virtutis. ergo solum reverendis debetur honor sed reverentia est solum vel maiorum ergo et honor. ¶ Contra testimonium virtutis causa est honoris. unde ut virtus testificet honor exhibetur. ergo cum possit esse honor in maioribus et minoribus et paribus et honor potest esse vel horum horum et cetera. ¶ Item dicitur quod honor est solum in honorante sed non videtur quia est testificet honor in honorato et honor esset ex testificatione virtutis honor erit in honorato. ¶ Praeterea in textu est honor cui reverentia exhibetur. exhibetur autem honorato ergo in eo est honor. et hoc videtur quia secundum illum denominatur et dicitur honoratus. ¶ Item ista consideratio vult dicere quod felicitas non est in felicitante sed in felicitato. contra possum dicere quod felicitantis felix est ergo non solum est in felicitato sed et in felicitante. ¶ Praeterea non esset felicitas quia felicitaret nos. ¶ Item cum felicitas sit actus omnium virtutum

aggregatione perfecta. Dicit vulgus maxime debet esse quae est principium et causa omnium bonorum ergo maxime debet esse in felicitate. Item dicit quod felicitas est bonum quod non leviter auferri vult ergo quod possit auferri sed cum difficultate. Sed ergo dicit primo quod felicitas est actus intrinsecus ergo non est actus qui auferri possit. Si dicas quod loquitur de felicitate in vita et talis auferri potest sed cum difficultate. Contra ex sola voluntate in vita quibus potest fieri malus ergo si non est tam facile dicit voluntas potest quod felicitas in vita facile mutabilis et non de difficili. Ad primum dicendum quod honor est exhibitio reverentiae alicui in testimonium virtutis sed haec exhibitio potest esse duplex exterius et sic non est bonum simpliciter nec exhibenti nec ei cui exhibetur. Et sic loquitur hic. Vel potest esse interius et tunc haec exhibitio non tantum est non acquirit ei cui exhibetur sed signum est quod sit virtuosus sed exhibenti si faciat recto fine aliquid acquirit et virtus est vel cum virtute. Dico ergo quod loquitur de exhibitione reverentiae sive de honore primo modo et non secundo. Et constat quod sic non est virtus neque species virtutis sed signum solum boni et hoc modo est bonum in superficie solum. Vel aliter potest dici quod loquitur de honore modo secundo et per comparationem ad exhibentem et sic obiicit quod tunc est virtus et in se verum bonum et non in superficie solum potest dici quod est bonum in superficie duobus modis simpliciter vel in respectu et dico quod honor sic modo et si non sit bonum in superficie simpliciter saltem est tale bonum in superficie respectu felicitatis. Ad aliud dico quod honor exhibitio reverentiae alicui in testimonium virtutis. Bonum autem honorantis dicitur cui ille honor debet exhiberi. Et constat quod non est exhibendus bono quod est bonum in superficie et propter hoc et si honor sit bonum in superficie non propter hoc honorabile sed erit bonum secundum veritatem. Ad aliud dicendum quod honor debet exhiberi omnibus virtuosis in testimonium virtutis eorum quod tamen virtuosi ab aliquo creduntur minus non minores reputentur et ideo reverentur. Vel aliter quod minores debent reputari est quia unusquisque defectus proprios non tenetur ignorare et ideo comparando se aliis quem reputat virtuosum tenetur se minorem aestimare. Ad aliud potest dici quod cum dicitur quod honor est solum in honorante loquitur de honore non ut est passio sed ut est actio. Vel dico quod loquitur hic de honore superficie cum exhibitus aliquid in aliquo acquirit. Et constat quod cum aliquis exhibet honorem alicui non acquirit in exhibitum. Et ei cui exhibetur non per hoc acquiritur. Quod ergo dicit quod honor est solum in honorante intelligendum est sicut in quo acquiritur per honorem. Et secundum istum modum solvendum est ad alia. Ubi enim verum est quod in felice est felicitas et in felicitato est in felice per actum felicitatis non acquirit sed solum in felicitato et ideo solum in eo dicitur felicitas esse. Ad aliud dico quod felicitas quae est in vita non leviter auferri ad obiectum respondet quod sicut dicit postea una hirundo non facit ver nec una dies et similiter beatum quod debet esse nidus animae in quo debet requiescere non fit ex una operatione bona sed ex multis et multo tempore continuatis et ideo cum propter multitudinem operum cum propter confirmationem voluntatis in talibus non de facili mutatur. Quod obiicit quod non est mutabilis nisi voluntate, verum est simpliciter loquendo sed voluntate per assuefactionem et rationem et amorem determinata ad unum non mutatur. Unde dicit auctor postea quod aliquis magis volunt mori quam fugere et dimittere se pugnando. De sexto sic dicit quod virtus est imperfecta sed quod autem dicitur esse imperfecta quia perficit eam quae antiquus meus erant perfecta et tamen similiter felicitas potest dici imperfecta vel quia cum ea adest remanet nec habet eam perfectam. Sed hoc non videtur ut enim haec in toto de sua sua causa est imperfecta virtutibus et utique perfectibilis ergo sicut sua perficit partem speculativam et non relinquit imperfectam sic virtus moralem et non relinquit imperfectam. Item virtus et medium sunt quaedam complementa et incompletum quaedam ergo si omne medium completum et omnis virtus completum ergo completior et perfectior erit virtus. Item quod virtus sit imperfecta probat quod habentes dormiunt et non operantur quod dicit habet sed cum operari proveniat ex indigentia quae est in operante

non operari proveniet ex complemento existente in eo quod per hoc quod habens non operatur quod dicit habet non debet dicere imperfectionem habitus. Item motus est actus imperfecti ergo quod movetur est imperfectum sed quod operatur movetur ergo quod operatur est imperfectum ergo si operari ponit imperfectionem non operari ponet contrarium scilicet perfectionem. Ad primum dicendum quod virtus est imperfectior quia virtus est perfecta habitus ulteriorem perfectionem aliam et in eadem vita scilicet felicitatem. Et quod obiicit quod virtus est perfecta quia anima nata est perfici virtutibus et scientiis potest dici quod appellat virtutem large in parte dividente contra felicitatem dicatur habitus. Vel dico quod ibi utitur nomine perfectionis quod tamen ad primam perfectionem tamen ad secundam ad perfectionem simpliciter et ad perfectionem in re et sic excedens nomen perfectionis potest dici sicut omne motum ponit imperfectionem sic virtus perfectionem. Ad aliud dico quod non operari duabus de causis potest contingere vel propter defectum et debilitatem sibi et de tali non operari loquitur hic et tale est propter imperfectionem. Et est non operari propter defectum indigentiae quia non est indigentia quod per operationem debeat removeri et tale non operari quod solum perfectio et similiter motus qui est secundum indigentiam removendam imperfectionem ponit in eo quod sic movetur et non operari vel non moveri quia non est indigentia propter quod oporteat moveri perfectio esset sed non moveri vel non operari propter impotentiam vel lassitudinem talem ponit imperfectionem. De septimo sic ad eam posuit vitam contemplativam tantum distinctam vitae sive vitam contemplativam appellat sanctos sive virtutem intellectualem quod contra istam opinionem non disputat in hac parte sicut contra alias. Item quod in hac parte ultimo reprobat opinionem ponentium felicitatem in pecuniis. Item dicit quod voluptates et honores per se diliguntur contra honor est bonum in superficie solum et in non per se diligitur. Similiter voluptas vitae est periculum unde per se non habet diligi ut videtur. Responsio ad primum quod si appellat vitam contemplativam sanctorum quam ponentes felicitatem vitam contemplativam non oportuit hic disputare quia manifesta erat falsitas opinionis sicut dictum est in hac lectione. Potest aliter dici quod cum sancta ordinetur ad virtutem quia sicut dicitur in illis ad virtutem requiritur scire velle et immutabiliter operari ostendit quod felicitas non est virtus quia per locum a maiori habetur quod felicitas non est sancta. Item si virtutem intellectualem appellat hic vitam contemplativam patet quod non oportuit ostendere quod non esset felicitas quia ostendit hoc de virtute simpliciter omnium est et de speciebus et ideo sicut neque descendit ad ostendendum quod felicitas non est virtus consuetudinalis sic non oportuit quod descenderet ad ostendendum quod non est virtus intellectualis. Et tunc quod si vitam contemplativam appellat hic virtutem intellectualem quid est quod dicit quod de ipsa postea dicetur usque et de conveniens postea dicetur similiter immo magis quam de intellectuali. Potest ergo dici sic potius de illa quam de consuetudinali. Ad quod hoc dicit quia dixit in praecedentibus quod finis doctrinae huius est non cognitio sed opus. Virtus autem consuetudinalis dicit quod est in opere sed intellectualis virtus non sed magis in contemplatione et speculatione et ideo posset videri quod ad ethicam auditorem non spectaret et ideo sic dicit de contemplativa sive intellectuali. Ad aliud dicendum quod quia minus videbatur felicitas esse in pecuniis quam in voluptatibus vel honoribus propter hoc ultimo reprobavit. Ad aliud dico quod virtute honores et voluptates per se diliguntur sed non propter hoc sunt per se eligibilia. Unde dicit accidit quod aliquis vult aliquod malum propter se et non tamen malum est per se vel propter se volitum. Sic dico hic. Unde non valet honor est bonum in superficie vel voluptas ergo non diligitur propter se. Sed posset sic inferri ergo non sunt diligibilia propter se vel sic ergo a recte disposito non diliguntur propter se.

Quid autem vult commodius est forte scrutari.

Superius reprobavit opiniones erroneas contra felicitatem quoad eius esse absolutum. Hic quoad eius comparationem tamen aliorum specialium ostendens quod non similiter neque secundum eundem modum refertur ad alia bona et dividitur haec pars in duas. In prima comparat universalis investigationis huius opinionis ad opiniones praedeterminatas. Secundo accedit ad investigationem opinionum huius

Qui autem induxerunt ideas. Haec pars secunda habet tres partes. Primo ostendit errorem tam ponentium unitatem esse comparationem boni summi ad omnia bona propter se ut Platonicorum quam ponentium unam esse comparationem boni summi ad omnia bona propter se et aliam ad omnia bona propter aliud et non eandem ad utraque ut Pythagorici. Secundo ostendit quomodo et secundum quam universalitatem comparetur ad alia bona. Aut magis secundum proportionem. Et dicit quod esse hoc non est unum. Sed forsitan. Primo iterum reprobat opinionem Platonicorum secundo Pythagoricorum. Quod autem. Prima istarum cum reliquis praecedentibus sunt de praesenti lectione. Unde in praesenti lectione primo comparat huius opinionum investigationem ad opiniones praecedentes. Secundo accedit ad reprobandum opinionem primam quae fuit praedicta Platonica. Qui autem. Prima istarum partium habet partes duas. In prima comparat universalis investigationem huius opinionum ad opiniones praedictas. Secundo ponit rationem propter quam videtur quod circa istas opiniones non debet facere inquisitionem ad eas reprobandas. Et si onerosa fiat. Et ponit enim ad contrarium scilicet propter quid debet tenere et de huiusmodi se intromittere. Videbitur. Potest autem secunda pars habere partes duas propter duas rationes per quas ostendit non esse uniformem comparationem summi boni ad alia bona et propter hoc neque esse unam ideam. Idem enim in hac lectione est ponere unam esse ideam et uniformem comparationem suam unicam ipsius summi boni respectu aliorum bonorum. Prima ratio incipit ibi. Qui autem. Secunda ibi. Amplius eorum. Et ibi. Quaeret autem. Tunc sciendum quod aliae duae translationes habent. Unde bonos sed non est vis quia in nullo mutatur sententia in textu. Circa ergo primam partem sic procedit. Consulum est quod summum bonum non est in voluptatibus nec honoribus nec virtutibus neque pecuniis sed in quodam communi scilicet universaliter perscrutari et inquirere bonum. Quod est utile scilicet summum bonum. Qualiter dicatur scilicet quomodo comparetur respectu aliorum bonorum. Et appellat summum bonum sive felicitatem bonum universale non per praedicationem sed per continentiam continet enim quodammodo omnia alia bona. Unde Boethius: felicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et dicit scrutari et inquirere. Ut unus sic exponit alius vel scrutari per rationes intrinsecas, inquirere per rationes extrinsecas et apparentes. Et quamvis est scrutari et si scilicet quamvis fiat quod obviat nobis scilicet quamvis aliquis quaerit contra nos ad quid intromittimus nos de hoc immo deberemus supponere et diligere etiam contra. Scilicet quia viri amici scilicet Platonici introduxerunt in bonis ideas et si posuerunt uniformem esse comparationem omnium bonorum ad summum bonum quia non ponebant ideam nisi non ponebant uniformem et unicam comparationem et ideo ex quo ipsi posuerunt videtur potest quibusdam quod contra hoc non deberemus disputare sed cum ipsis supponere. Deinde ponit causam propter quam apparet quod debet se intromittere dicens. Videbitur magis oportere scilicet magis opportunum magis utilitatis absolute scilicet quoad illos qui volunt sequi et tenere simpliciter veritatem. Destruere familiaria scilicet rationes vel opiniones familiarium scilicet proximorum et destruere ipsos philosophos Platonicos maxime scilicet si habetis in ponendo vel aliter sumpsit quam in philosophia quod autem magis debeat eorum opiniones destruere probat dicens. Ambobus enim nobis scilicet et Platonicis existentibus amicis scilicet cum sint amici invicem nos et Platonici magis oportet honorare veritatem in scientiis sumpsit quam eos. Vel sanctis scilicet viris scientibus qui ponunt contra veritatem. Consequenter exequitur partem secundam principalem dicens. Qui autem induxerunt et cetera. Circa hoc ponit rationem Platonica non ponebant ideam suam unionem nisi ante prius et posterius sed cum bonum sit in rebus sicut in quid et quale et sic de aliis praedicamentis constat quod ibi est comparatio secundum prius et posterius ergo in bonis non sunt ponendae ideae nec unicam comparationem suam uniformem comparationem et primam comparationem dicit in. Qui autem. Minorem ibi. Bonum autem. Dicit ergo qui autem scilicet Platonici qui istam opinionem induxerunt non faciebant scilicet non ponebant ideas in quibus ipsi dicebant prius et posterius scilicet non ponebant ideas nisi non ponebant unionem et propter hoc non ponebant ideas numerorum scilicet divinas quia ponebant ibi prius et posterius. Deinde ponit minorem comparationem dicens. Bonum autem dicitur in eo quod quid scilicet secundum substantiam vel essentiam sive identitatem inseparabilem. Sed quem modum dicit Augustinus quod ita est sine potest quod sit inseparabiliter accidunt et in quale sicut cum praedicatur qualitas et in quo sic cum praedicatur quantitas et cetera. Deinde declarat quod dicit per exempla dicens. Bonum dicitur in eo quod

quid scilicet essentialiter. Ut puta scilicet sicut deus. Quia si dicam deus est bonus praedico divinam essentiam. Et intellectus scilicet intelligentia sive angelus dicitur bonus et bonum dicitur in quid non propter hoc quod praedicet essentiam sed propter inseparabilitatem. Et in quali sicut virtutes scilicet sicut cum dicitur virtus est bonum. In quanto mensura et sic de aliis. Cum bonum sic dicatur de rebus omnium praedicamentorum concluditur. Ergo manifestum quod non erit commune in omnibus praedicamentis quod dicatur ad unum et cetera. Quasi dicit manifestum est cum bonum sic dicatur de rebus omnium praedicamentorum non potest habere unam ideam neque uniformem comparationem. Sed in uno solum scilicet sed in posset habere unam ideam quod comparetur solum ad ea quae sunt in uno praedicamento. Deinde dat secundam rationem dicens. Amplius. Et est talis. Quorumcumque est idea una eorum est doctrina una. Sed non omnium bonorum est doctrina una immo nec omnium bonorum quae sunt sub uno praedicamento ergo non omnium erit idea una. Quod autem bonorum etiam quae sunt sub uno praedicamento sunt doctrinae diversae patet per exempla quae ponit. Littera plana est ibi. Deinde dat tertiam rationem ibi. Quaeret autem et est talis. Quaecumque participant aliquid per se sive universale sive secundum ideam unam non differunt in illo sicut patet de ratione hominis et de omni homine. Ergo si bonum omnia participant bonum per se vel universale sive secundum ideam unam non differet in bono. Ergo bonum perpetuum non esset magis bonum bono temporali sicut non album dicitur quod est diuturnum album eo quod est minus diuturnum. Dicit ergo. Quaeret aliquis quid scilicet est homines volunt dicere unumquodque bonum esse bonum per se scilicet exemplar et similiter per se bonum. Deinde manifestat quod appellat dici per se dicens. Ratio una et eadem quae est hominis dicitur per se de homine et in illa homines secundum quod homo scilicet secundum quod habent illam rationem non differunt. Si autem scilicet si in sic quod similiter bonum per se dicatur de omni bono neque bona differunt secundum quod bonum scilicet omnia bona aequaliter participabunt bonum sicut omnes homines rationem hominis. Et si sic non erit magis bonum eo quod in bonum perpetuum scilicet loquendo de bono perpetuo quam de temporali sicut non aliquid dicitur albius quod scilicet quia diuturnius eo scilicet quam illud quod est album una die scilicet cuius albedo tamen duravit per unam diem hoc est littera. Ordo patet ex dictis. Circa partem istam primo quaeritur de ponendo ideas et utrum ponendae sint ideae et utrum una vel plures. Secundo utrum res habeant esse unius in primo quam in proprio genere. Tertio utrum bonum dicatur secundum unam rationem de bono increato et de rebus creatis. Quarto super hoc quod dicit quod Platonici non posuerunt ideas numerorum. Quinto super hoc quod dicit quod bonum aequaliter omne genus et dicitur de rebus omnium generum. Sexto super hoc quod dicit quod quorum est una idea eorum est doctrina una. Septimo super hoc quod dicit quod illud quod per se dicitur non dicitur magis vel minus. De primo sic omnis scientia operans per cognitionem et discretionem in operando habet apud se speciem rei cognitae vel fiendae vel ipsam et exemplar illius rei et speciebus sed primum est huiusmodi ergo cum non habeat apud se species rerum quia non est in ipso quod non sic ipsum erit exemplar et idea rerum. Item sicut dicit Boethius de trinitate primum est forma simpliciter et ideo ipsum est non quod est aliquo modo. Quia non sic tamen id quod est forma. Cum ergo non sit forma nec vel essentialis vel accidentalis et essentialis duplex quaedam quae est pars rei quaedam quae non primum erit forma. Constat quod non accidentalis nec essentialis quae est pars sed essentialis quae est extra sed forma essentialis quae est extra non potest esse nisi sicut idea vel exemplar. Primum ergo erit idea. Item cum cognitio primi non dependeat a rebus quia tunc non cognovisset res ab aeterno neque eis non existentibus non haberet cognitionem de ipsis oportet quod se ipso sive alio vel ad quaelibet rerum sit exemplar vel forma earum et sic idea. Primum ergo idea rerum est et hoc concedo. Sed hoc supposito quaeritur utrum sit idea una vel plures secundum rerum diversitatem. Quod autem una videtur quia si in primo non est quod non sit ipsum idea in primo erit ipsum primum. Cum ergo in ipso nulla sit diversitas neque diversitas erit unica idea. Item si non esset idem quod primum et esset in ipso esset ergo in ipso aliquid quod non est ipsum ergo aliquid esset compositum esset in ipso reperire quod omni caret ratione ergo est ipsum ergo et una sicut ipsum unum est. Item sicut primum idea dicitur rerum cognitarum sic ars dicitur rerum faciendarum. Et sicut res cognitae multitudinem habent sic res fiendae. Ergo sic primum non dicitur plures artes vel plures artes in ipso esse sic nec in primo erit dicere plures esse ideas. Contra primum cognoscit res distincte ergo si cognoscit res distincte oportet quod per ideam distinctam ergo vel omnia cognoscit per distinctionem cognoscit aut vel oportet ponere ideas diversas secundum distinctionem et diversitatem rerum cognoscibilium. Item sicut primum cognoscit res quia est

rerum ydea sic producat res in esse quarum causa est. Sicut possunt dici quod in primo sunt plures rationes quibus res producuntur sic et plures ydee quibus res distincte cognoscuntur. ¶ Tertio videtur quod ista multitudo non a parte rerum quia eadem ydea vel eedem non mutate neque multiplicate que non sunt in deo ab eterno causant in eo. Ergo a parte rerum non causatur multitudo illa. nec a parte primi cum ipsum sit maxime unum et maxime simplex. Unde solus deus est unitas in omni multitudine hec unitate. ¶ Ad horum evidentiam nota quod primum est una ydea omnium. Unde sicut est lux una que videtur in diversis partibus aeris neque multiplicata. Sic est una ydea qua primum cognoscit res non multiplicata nec distincta illa tamen multorum est et diversorum et ratio illorum ydeatorum per diversa multe ydee. Unde sic unius patris paternitas non est in eo una est. ratio non plurium filiorum per diversa multe paternitates sic in proposito. nec fiat vis de exemplo quia non est extremo simile concedo ergo quod primum est ydea et una ydea simpliciter tamen ratione multorum ydeatorum per diversa multe ydee. ¶ Ad hec ergo quod obicitur quod sic non dicuntur plures artes in deo sic neque plures ydee respondendum quod ars non dicit respectum ad rem extra sicut ydea dicitur et ideo non est simile immo sicut ratio in primo dicit respectum ad rem extra faciendam et ipse sunt in primo dicuntur multe rationes sic ydea respectu rerum cognoscendarum et propter hoc in eo dicuntur esse multe ydee ipsum tamen est ydea una. ¶ Ad ultimum respondendum quod illa multitudo ydearum est non a parte primi sed a parte rerum ydeatarum et quod obicitur quod non dicuntur sunt quod unum est in esse actu et extra. Sunt tamen in cognitione primi et dico quod sicut [illegible] movetur secundum metaphoram sed non sic flores et rerum multitudo sed non sunt possunt esse cum multitudine ydearum sed sicut cum dicitur deus creat hoc nichil ponitur in deo sed in re extra. unde debet inferri ergo aliquid fit et non ergo deus aliquid facit sic ab ista dictione multitudinem aliquam importet sic cum dicimus multas ydeas in primo multitudo illa non ponitur in deo sed in rebus quarum sunt ille ydee. ¶ De secundo sic omne incorruptibile univocum est quam corruptibile. cum ergo esse rerum in primo sit omnino incorruptibile esse non eorum in proprio genere sic corruptibile univoce erit esse rerum in primo quam in proprio genere. ¶ Item ad idem esse quod plus abstrahit a materia est esse unius quia esse a forma et quanto plus abstrahit a materia tanto plus accedit ad formam. cum ergo esse rerum in primo plus abstrahat a materia quam esse earum in proprio genere illud esse unius erit. ¶ Contra esse rei in proprio genere potest esse simpliciter esse non rei in primo non. quia tunc sequeretur plura esse ab eterno. ergo hoc est esse secundum quid illud non esse simpliciter. quare esse rei in proprio genere est esse unius. ¶ Responsio dicendum quod comparatio debet esse eorum que univoce dicuntur et quia esse rerum in primo et esse rerum in proprio genere non est esse univocum ideo hoc esse et illud comparari non possunt. vel dico quod simpliciter loquendo esse rerum in proprio genere dicitur unius esse rei. Ad hoc quod obicitur quod non quia illud esse est incorruptibile respondendum quod incorruptibile illud et hoc corruptibile quo ad hoc illud est unius. unde iste propositiones esse incorruptibile est unius quam esse corruptibile intelligende sunt cum hac reduplicatione inquantum huiusmodi sic sed simpliciter non. ¶ Ad illud quod obicitur quod plus abstrahit a materia et esse unius dico quod verum est et quo ad hoc est unius sed simpliciter non. ¶ De tertio sic omne comparabile univocum sed bonum in primo et in creaturis comparabile est. possum enim dicere quod est melius omni creatura ergo est univocum. ¶ Item et si sapientia dicta de intelligentia et de homine dicitur equivoce cum bonitas dicta de ipsis univoce dicitur. ¶ Contra nulla forma predicabilis univoce dicitur de eo de quo predicatur in abstracto et de eo de quo solum predicatur in concreto et ratio huius est quia cum predicatur in abstracto dicit substantiam sed in concreto dicit modum accidentis. nichil autem est commune univocum ad substantiam et accidens. sed de primo predicatur bonitas in abstracto de creaturis in concreto solum quare de hiis non dicitur univoce. ¶ Item secundum auctorem in xi prime philosophie et secundum boetium et secundum augustinum quidquid est in primo est ipsum primum. unde primum est sua sapientia sua potentia sua voluntas ergo si primum est substantia et bonitas dicta de deo substantia sed de creaturis dicta dicitur accidens ex quo sequitur cum nichil sit univocum ad substantiam et accidens et bonitas dicta

de primo dicit substantiam dicta vero de creaturis dicit accidens. ergo de hiis non dicitur univoce. ¶ Item univocum ut sic est ponit equalitatem sed magis et minus privant eam ergo quod dicitur univoce ut sic est oppositum ei quod dicitur cum magis et minus. ¶ Ad primum dicendum quod nichil dictum de primo et de creatura dicitur secundum rationem unitam simpliciter. Unde concedo quod bonum dictum de hiis non dicitur univoce non tamen dico quod in se tota sit equivocatio immo analogia et dicitur per prius et posterius et concedo rationes ad hoc que concludunt quod non est simpliciter equivocum. tamen si velimus extendere nomen equivoci secundum quod extendit cum dicitur eius dicta de omnibus equivoce possem concedi quod equivoce dicitur sed tunc non est verum quod dicitur. Solum univocum comparabile immo equivocum comparari posset. quod obicitur quod licet sic sapientia dicta equivoce de intelligentia et homine non tamen bonitas. ergo similiter et si de primo et de homine dicatur sapientia equivoce non tamen bonitas. dicendum quod non est simile. est autem quare sapientia dicitur equivoce de intelligentia et anima est quia homo non acquirit scientiam nisi sensu et sine medio corpore. intelligentia vero non. sed bonitas in homine et intelligentia eodem modo [illegible] quia a primi bonitate. si ergo verum diceretur quod similiter in primo esset bonitas causata ab alia priori bonitate tunc diceretur univoce sed non est sic. quod obicitur quod univocum ponit equalitatem et magis et minus privant. dicendum quod univocum simpliciter privatio requirit et magis et minus ponit etiam neque repugnat comparatio secundum magis non est simpliciter univocum sed non est analogum repugnat. ¶ Sed contra hoc est quia si dicatur sortes est bonus plato est bonus. bonum dictum hinc et inde dicitur univoce possum tamen dicere sortes est magis bonus quam plato. ergo quod simpliciter univocum est potest comparari. propter hoc dico quod faciendo univocum in eo quod est univocum non est univocatio proprie nisi in rebus eiusdem generis sicut animal ad hominem et asinum. color ad albedinem et nigredinem. unde bonum non est univoce dictum sed denominative est. ergo univocum sed non univoce dictum et quod dicitur quod univocum requirit et ponit equalitatem verum est de univoco et univoce dicto. sed univoce dicto non univoco sed denominative dicto non. ¶ De quarto dicit commentator platonici posuerunt ydeas in quibus erat univocatio. numerus autem cum sit species quantitatis univoce dicitur videtur quod secundum istos platonicos deberent esse ydee numerorum. ¶ Item si dicatur quod numerus non habet ydeam quia est prius et posterius in numeris quia naturaliter duo sunt priora duobus tribus et tria quatuor constat quod similiter natura prius est linea superficie et superficies corpore ergo secundum hoc non erunt ydee in continuis sicut nec in numeris. preterea cum de omnibus numeris sit ratio una et eorum debet esse una ydea ergo erit ydea numerorum. ¶ Respondendum quod est numerus numerans et hic est in anima et ab anima et hic forte non est quantitas vel species quantitatis et est numerus numeratus qui nichil aliud est quam multitudo rerum numeratarum et hic est quantitas et forte loquitur hic commentator de numero quantum ad has duas rationes. et non solum ut est quantitatis species. vel dic quod numeri dupliciter possunt comparari vel ad suum superius et sic est una ydea numerorum vel inter se et sic non est una ydea quia naturaliter unum est prius duobus et duo tribus et quod obicitur quod similiter linea est prius superficie dico quod non numerus enim unus fit ex additione alicuius numeri super se ut additione duorum ad duo fit quaternarius sed neque sic fit ex additione linee ad superficiem superficies vel corpus et ideo non est simile. ¶ Ad aliud dico quod de omnibus numeris ut participant rationem sui generis est ratio una et ydea una ut visum est. sed si accipiuntur solum secundum rationes proprias et ut inter se comparantur non per numerum eorum et generationem in suo superiori sicut est. ¶ De quinto sic. Dicit quod bonum predicatur in eo quod quid est et in quanto et in quali etc. et primo queritur utrum bonum predicet essentiam et videtur quod sic. Dicit enim augustinus omnia inquantum sunt bona sunt ergo sicut esse dicit essentiam rei sic bonum ergo sicut cum dico homo est non predicatur accidens sed essentia vel essentiale similiter cum dico homo est bonus non predicatur accidens sed essentia vel essentiale. ¶ Item dicit boetius mali homines non sunt ergo malicia privat esse rei ergo non est accidens quia accidens semper potest esse sine subiecto ergo nec bonum accidens est quare semper dicit essentiam. ¶ Item ad idem dicit augustinus quanto magis mali fiunt tanto minus [illegible] sumus malicia

ergo minuit esse ergo bonitas perficit et complet ex quo sic arguitur. cum nullum accidens perficiat vel compleat esse. bonum autem perficit et complet esse quia malum privat ipsum ergo malum non est accidens ergo est essentia et predicat essentiam. ¶ Contra omne sine quo esse rei vel est vel intelligitur ut sic est est accidens sed esse rei et si non sit sine bono potest tamen intelligi non bono cointellecto ergo bonum accidit. ¶ Item ad idem substantia vel essentia ut sic est non dicitur magis vel minus. bonum autem dicitur magis et minus. ¶ Item substantie nichil est contrarium bono autem est aliquid contrarium ex hiis videtur bonum esse accidens. ¶ Sed tunc videtur quod ratio auctoris non valeat quia non sequitur si aliquod accidens predicatur de diversis subiectis ut album de homine et de agno quod propter hoc dicatur equivoce. quare similiter si bonum predicatur de substantia qualitate et quanto non propter hoc equivoce dicetur. ¶ Preterea queritur. Dicit quod bonum predicatur in quid. hoc quid autem dicit substantiam vel veritatem aut secundum modum solum. si secundum veritatem hoc nichil est quia nullus ponit bonum in genere substantie. si secundum modum contra. quid secundum modum substantie reperitur in omni genere ergo quod secundum modum non habet divisionem contra aliquod predicamentum. unde quando hic non posset dividi contra aliquod predicamentum. ¶ Preterea dicit bonum dicitur in quid in quali et in ad aliquid quare non dicit sic et in quanto. cum et postea exemplificet de bono in quantitate sive in quanto. ¶ Preterea cum prius sit ad aliquid quam qualitas quare prius ponit in quali quam in ad aliquid. ¶ Preterea exemplificat de bono in quid dicens ut deus angelus et intelligentia que ergo utrum hec quid sit eiusdem rationis et si non quando distinxit. ¶ Item dicit quod bonum predicatur in quali ut cum dicitur virtus est bonum. contra bonum est quid genus virtutis ergo non predicatur sicut accidens de virtute sed sicut quid. ¶ Item accepit actione unum modum iuxta qualitatem quare plures iuxta quantitatem et non unum solum. ¶ Item quare ponit iuxta tempus et locum quam iuxta alias species quantitatis. ¶ Item queritur non facit mentionem hic de actione et passione neque de situ neque de habitu sicut facit de aliis sex predicamentis. ¶ Ad primum istorum dicendum quod bonum predicat accidens et non substantiam suam essentialiter et hoc quia refertur ad rem alterius generis et hoc intellige quando predicatur de creaturis. quando enim predicatur de primo dico quod tunc non predicat accidens quia primum substantia non potest esse sicut voluit tamen boetius quod augustinus sed predicat essentiam quia quidquid dicitur de ipso ipsum est sicut vult augustinus et sicut etiam videtur velle auctor in xi prime philosophie. ¶ Ad primum obiectum dicendum quod cum dicit omnia inquantum sunt bona sunt licet ly inquantum dicat reduplicationem essentie tamen hic non dicit reduplicationem essentie ut essentia est sed ut causa est. unde sensus est. omnia inquantum sunt bona sunt idest omnia eo quod sunt sunt bona quia suum esse causa est sue bonitatis. unde sicut non sequitur triangulus inquantum triangulus habet tres etc. ergo habere tres est de essentia trianguli sicut nec in proposito. ¶ Ad aliud dicendum quod malicia privat esse rei non sicut principium vel causa sed sicut per se accidens cum deficiat ostendit defectum sibi. unde sicut destructio albi destruit agnum non quia albedo essentialis sit agno sic destructio boni ponit destructionem rei non quia sit principium vel de esse rei sed quia est per se accidens ipsi rei. vel dico quod est esse rei primum et absolutum et est esse rei in ordine et relatione ad finem quo ad primum mali homines possunt esse quo ad secundum non. ¶ Per eundem modum respondendum ad aliud quod obicitur quod tunc si esset accidens non oporteret quod esset equivocum quia non sequitur si aliquod accidens predicatur de diversis subiectis quod propter hoc sit equivocum. Responsio dicendum quod est accidens commune et de hoc verum esset. et est accidens proprium et ex propriis principiis rei causatum et de hoc non est verum immo oportet quod si sint diversa subiecta de quibus primo predicatur quod illud sit equivocum. ¶ Ad aliud dicendum quod cum dicitur bonum dicitur in quid hoc quid dicit substantiam non secundum modum sed secundum veritatem dicitur tamen substantiam secundum veritatem dupliciter vel quod est substantia secundum veritatem vel quod est ex principiis substantie et in substantia est. et cum dicitur deus est bonus hoc bonum predicat essentiam suam substantiam secundum veritatem quia bonum vel substantia est. cum vero dicitur angelus est bonus vel intellectus bonum dicit substantiam secundum veritatem quia consequens ex propriis principiis substantie ipsi substantialiter adherens. hoc modo dicit augustinus quod anima est sua potentia quia inseparabiliter et per se ei adherent. et nota quod cum dicitur angelus et intelligentia hec et potest accipi expositione et tunc unum duo nominant. vel copulative tunc dicitur quod angelus accipitur pro intelligentia separata. intellectus pro ipsa anima. et tunc diversificabitur. quia cum

dico deus est bonus simpliciter dicitur substantia. cum dico intellectus et angelus comparatur substantialiter ex principiis substantie eius in substantia. sed differt ut sicut angelus est substantia simplex sic bonitas dicta de eo predicat bonitatem correspondentem et sicut intellectus vel anima non est nisi actus corporis sic bonitas dicta de intellectu notat bonitatem [illegible]. ¶ Ad aliud dico quod bonum de proprietate sua et propria ratione dicitur ratione quantitatis quia tamen in quantitate manet et de quantitate prius dicta ideo et si hic in divisione mentionem non faciat tamen postea exemplificat. ¶ Ad aliud dico quod bonum per se dicit qualitatem relationem non nisi aliquo modo comparatum et non ad ipsum fiat aliqua additio secundum rationem intelligendi et propter hoc prius dixit in quali quam in quanto vel in ad aliquid. ¶ Ad aliud dico quod cum dicit auctor in quali ut virtutes non vult dicere quod bonum predicatur in quali de virtute sed quod virtus dicta de eo ut si dicam homo est virtuosus dicit qualitatem. Sed contra dictum est superius quod si dicam angelus est bonus et intellectus similiter hoc est bonus quod bonum dicit quid. ergo cum bonum sit genus virtutis et virtus similiter de hiis dicta dicit quid. ¶ Item si homo est bonus aliqua bonitate est bonus quia non est ponere genus preter speciem et in [illegible] vel virtuosus vel aliquam habet hic bonitatem et constat quod illa essentialis est. ¶ Responsio dicendum quod bonitas est duplex naturalis et acquisita. naturalis causatur ex propriis principiis rei et simul est et inseparabiliter cum re. et de ista loquitur cum dicit quod bonum predicatur in quid. et non sequitur si istud bonum dicit quid quod propter hoc virtus dicat quid. sed si loqueretur de bono acquisito non diceret unum et si illud esset quid et virtus. sed non est quid sed accidens. ¶ Ad aliud dico quod omnes species qualitatis et qualitas et quantitas et relatio similiter comparantur ad substantiam. sed quantitas et species eius non similiter. Dico ergo quod rationes boni et comparationes in qualitate et quantitate et ad aliquid accipiuntur secundum diversas harum comparationes ad substantiam et quia tam qualitas quam quelibet eius species similiter comparatur ex parte qualitatis non accipitur nisi una ratio boni. sed quantitas secundum genus et secundum alias suas species non similiter comparatur. immo cum quantitas simpliciter comparatur ad substantiam ut in qua est preter istam comparationem locus et tempus comparantur ad substantiam sicut que mensurant et sic ab aliquo mensurantur. cum locus conservat tempus non vertitur et mutatur et propter hoc iuxta quantitatem sumuntur diverse rationes boni. et propter hoc patet quare posuit iuxta istas duas species quantitatis que sunt tempus et locus que iuxta quantitatem ut quantitas est addunt ad substantiam istas proprias comparationes quas non habent alie species quantitatis. ¶ Ad aliud dico quod per ad aliquid possunt intelligi actio et passio situs et habitus in omnibus enim istis [illegible] quidam respectus supra rem. vel dic quod auctor non intendit hic enumerare omnia predicamenta sed solum intendit ostendere quomodo bonum non habet unam ydeam quia predicatur de rebus diversorum generum et ad hoc ostendendum sufficit ostendere in duobus vel in tribus [illegible] ostendere in omnibus. ¶ De sexto sic. Dicit quod quorumcumque est ydea una eorum est doctrina una. contra. que sunt sub uno predicamento habent unam ydeam sed tamen certum est quod eorum que sunt sub uno predicamento doctrine sunt multe. et sic videtur hic esse dicendum. ¶ Item cum numerus et magnitudo sint sub uno genere et sic habent ydeam unam deberent habere doctrinam unam. ¶ Preterea in primo elenchorum dicit quod si omnia essent eiusdem generis non propter hoc esset scientia una omnium que sic ergo non si habent unam ydeam non propter hoc scientiam unam habent. ¶ Item numerus et magnitudo sunt res logice et sunt res mathematice que non habent ydeam et scientiam unam ut sunt res mathematice sicut ut sunt res logice. ¶ Preterea quare sic mathematice potius accipiuntur secundum has species quantitatis quam secundum alias. ¶ Responsio dicendum quod quorum est scientia una eorum est ydea una. et que sunt sub uno predicamento habent ydeam unam inquantum sunt sub illo predicamento tamen que sunt sub uno secundum diversas comparationes habent esse ad diversas ydeas et ultimum ad diversas causas et sic est intelligendum illud quod dicitur preterea. ¶ Ad aliud dico quod numerus et magnitudo secundum esse logicum unam habent ydeam et unam scientiam. sed secundum esse mathematicum neque habent doctrinam unam neque ydeam unam. et ratio huius est. primum enim ad quod terminatur numerus et magnitudo

[U]num est secundum quantitatem. Et hec secundum esse logicum. Sed non est unum ad quod stat numerus et magnitudo secundum esse mathematicum, immo numerus stat ad unitatem, magnitudo ad punctum. ¶ Ad aliud dico quod esse sub uno genere predicabili non facit esse unius scientie, sed esse sub uno genere subiecto. Vel dicendum quod non dicitur ibi quod talium non sit scientia una, sed dicit quod non est necesse unam esse scientiam. ¶ Ad aliud dicendum quod mathematice dicuntur quia considerant formas coniunctas abstractibiles. Sed constat quod forma abstracta sive abstractibilis non est forma specialis aut sic de esse rei. Forte abstractio duplex est: aut secundum intellectum tantum, vel quod forma illa abstracta non habeat propria principia secundum que non dependeat ad sensibilem, et talium non est scientia mathematica. Sed forme abstractibiles habentes propria principia per que non dependent possunt habere et facere scientiam unam mathematicam. Huiusmodi autem sunt numerus et magnitudo. ¶ De septimo sic dicatur quod illud quod dicitur per se de aliquo non dicitur secundum magis vel minus. Contra: rectum vel curvum per se dicuntur de linea, una tamen dicitur magis recta vel curva quam alia, unde non videtur esse verum. ¶ Item sic ignis per se dicitur de luce, flamma et carbone, quia sunt eius species, et ignis lux est magis ignis quam ignis flamma et flamma quam carbo; videtur quod nichil impediat quod in illud quod dicitur per se dicatur magis et minus. ¶ Ad primum dicendum quod dissolvendum(?) et non alia est passio linee et per se dicitur de linea, et quod ostendit quod dicitur magis et minus unum est ipsum divisum super hoc, sic non est passio. ¶ Ad aliud dico quod illud quod dicitur quod lux est magis ignis quam flamma, sciendum quod hoc dicitur ratione effectus alicuius ipsius ignis. Ignis enim lucere est et ardere, et ratione huius actus qui est lucere magis est lux ignis quam flamma vel carbo, et sic loquitur philosophus.

Probabilius autem et cetera. Reprobata opinione Platonicorum ponentium bonum summum habere uniformem comparationem ad omnem differentiam boni, hic reprobat opinionem Pythagoricorum ponentium aliter et dividentium bonum in bonum secundum se vel propter se et in bonum propter aliud, et ponentium quod summum bonum uniformiter comparatur ad omnia bona propter se vel secundum se, et similiter comparatur uniformiter ad omnia bona propter aliud. Sed simul ad omnia ista bona, scilicet propter se et propter aliud, non ponebant uniformiter comparari. Et hoc facit in prima parte huius lectionis. Secundo ostendit quomodo bonum summum sive bonum simpliciter ad bona specialia comparatur, ibi: Aut magis. Tertio dicit quod non est intentionis(?) cognoscere ydee ipsius boni, ibi: Sed forsitan. Prima iterum pars dividitur in duas. In prima comparat opinionem Pythagoricorum dicens quod est probabilior et quod isti Pythagorici fecerunt tractatum de bono universali. Secundo ponit opinionem Pythagoricorum, ibi: Bona autem. Tertio positam reprobat, ibi: Dividentes. Ista pars vero dividitur in tres partes. In prima, quia dividebant bonum in bonum secundum se vel propter se et bonum propter aliud, ostendit quod peccatum erat in hac divisione. Secundo ostendit quod bonum non dicitur univoce de omnibus bonis que ipsi ponebant bona secundum se, sive quod ad ipsa non comparatur summum bonum uniformiter, ibi: Si autem et hec sunt. Tertio ostendit quod neque ad bona propter aliud, ibi: Non autem videtur. Pars principalis dividitur in duas. In prima dicit quod comparatio vel unitas boni comparati ad hoc est secundum proportionem solum. Secundo dicit quomodo est unitas proportionis, ibi: Sicut enim. Pars ista prima dividitur in duas. In prima dicit quod non est immorandum hic inquirendo de ydea boni et quod istud spectat ad aliam scientiam. Secundo dicit quomodo conveniens erit inquirere de ipso, ibi: Non tamen(?) ... probat hoc ibi: Probabilitatem habet. Pars prima dividitur. Primo dicit quomodo est in presenti doctrina illud relinquendum. Secundo dicit ad quid doctrina talis consideratio magis proveniet, ibi: Aliis. Pars ista in qua dicit quomodo erit considerare conveniens de ipso dividitur in duas. In prima dicit quomodo erit considerare conveniens de ipso. Secundo probat quid est conveniens, ibi: Velud enim. Pars vero in qua probat quod considerare ydeam sive univocationem boni non spectat ad doctrinam istam dividitur in duas. Primo dicit hoc esse probabile sive habere probabilitatem. Secundo ponit rationes probantes, ibi: Videtur autem. Hec pars habet duas partes secundum duas rationes, per quas ostendit quod non pertinet talis inquisitio ad doctrinam istam. Prima supra est ab eo quod est ... huius doctrine sive a fine, secunda a simili, ibi: Aut quod plurales(?). Pars prima habet duas. In prima ponit rationem; secundo quomodo ostendit quod ista consideratio non

[s]pectat ad doctrinam istam. Secundo, quia aliquis posset propter hoc credere quod nullam utilitatem conferret huic doctrine, ostendit quod immo et quod non est conveniens hoc ex toto ignorare, ibi: Sed forte. Pars alia in qua ponit aliam rationem que sumpta est a simili non dividitur, quia non facit ibi nisi ponere duo illa. ¶ Circa igitur primam partem sic procedit dicens: Pythagorici videntur dicere de ipso, scilicet bono, id est de univocatione sive uniformi comparatione boni simpliciter vel summi boni ad alia, probabilius, scilicet quam Platonici. Pythagorici dico dicentes quod bonum unum, id est uno modo, supremum est in sustoichia, id est in ordinatione et uniformi comparatione bonorum. Dicitur enim sustoichia a sin quod est con et stoichos quod est positio vel status. Sic igitur dicebant quod bonum uno modo habet ydeam unam, alio modo non. Qui scilicet Pythagorici fecerunt rationem de omni bono separatim, id est propriam et specialem doctrinam. Et hoc dicit ut ostendat quod scientes erant in cognitione ydee boni, quia non quorumlibet est facere tractatum vel tradere doctrinam nisi eorum qui sunt scientes et experti circa rem. Deinde ponit opinionem horum Pythagoricorum dicens quod isti dixerunt bona que diliguntur secundum se, id est propter se, secundum unam ydeam, id est dixerunt quod bonorum secundum se est una ydea, id est univocatio et uniformis comparatio. Deinde dicit quod bona que sunt factiva bonorum sicut bone operationes, illa bona dicuntur alio modo, id est illa habent ydeam unam non eandem sed aliam. Et idem est ac si diceret quod bona propter se habent ydeam unam, bona propter aliud unam et non eandem; unde non est una ydea communis bono propter se et propter aliud, sed alia est boni propter se, alia boni propter aliud. Et appellat bona factiva bona propter aliud sive que ad aliud ordinantur. Et nota quod factivum boni dupliciter est: aut directe aut indirecte. Dicitur quando removet illud quod prohibet bonum accidere, et hoc notat cum dicit: Factiva autem et conservativa aut contrariorum prohibitiva. Que sunt bona propter aliud, id est propter bonum quod efficiunt et non propter se, hec magis dicuntur alio. Et nota quod effectivum directe duplex est: quoddam quod solum efficit sed non conservat, quoddam quod et efficit et conservat, et hoc notat cum dicit: Factiva autem et conservativa. Hoc dicto excludit opinionem eorum dicens quod manifestum est quod secundum illos bonum dicitur dupliciter. Et manifestat quomodo dicens: Et hec quidem sunt bona secundum se, id est bonum uno modo dicitur de bonis propter se; altera autem propter hec, id est quedam sunt bona propter aliud et de illis dicitur bonum alio modo. Deinde ostendit quod divisio ista non est conveniens, quia eadem bona que sunt bona secundum se possunt esse propter aliud bona, et ideo habebunt aliam ydeam et aliam, et hoc est inconveniens, quia inane est ponere ydeam aliam et aliam ipsius boni quia bonum propter se et quia bonum propter aliud. Dicit igitur: Dividentes igitur bona que sunt secundum se, id est propter se, ab utilibus, id est a bonis que sunt bona propter aliud (utile enim ad aliud refertur), intueamur si bona secundum se dicuntur secundum unam ydeam, supple, et dicamus quod sic. Unde dicit: Secundum quam utique ponet aliquis, quasi dicat quomodo est dicere de ipsis bonis secundum se ut dicamus quod dicantur secundum unam ydeam. Deinde exponit quid appellet bona secundum se dicens: Aut, id est quecumque persequuntur etiam solitaria, id est etiam separata in eis salutem et finem. Unde idem est ac si diceret quod bona secundum se sunt ea que nos appetimus propter se et in quibus ponimus salutem. Deinde manifestat per exempla que sunt ista bona secundum se et que persequimur ut solitaria dicens: ut puta sapere, videre, voluptates et honores. Et hec sic distinguit: sapere et videre ex parte intellectus, voluptas et honor ex parte intellectus affectivi. Et videre movet vel disponit ad sapientiam sicut voluptas movet ad honorem vel aliud bonum quod intenditur ab homine. Aut intenditur ab ipso per se non relato ad alium, aut prout ad alium refertur. Si ut ad alium refertur, honores; si per se et absolute vel tantum secundum partem rationabilem, sic sapere, vel sensibilem apprehensivam ut videre, vel sensibilem motivam ut voluptates. Deinde dicit quod ista ponet aliquis ut bona secundum se quamvis persequimur hec propter aliud, quasi dicat hec possunt dici bona propter se et propter aliud. Ex hoc concludit quod non est aliud bonum propter aliam ydeam, quia ista ut ponunt cum sint bona secundum se habent unam ydeam et cum sunt bona propter aliud aliam habent ydeam. Et ideo dicit: Aut, id est cum ita sic non est bonum aliud propter ydeas et propter hoc quod habeant ydeam aliam et aliam. Et ex hoc concludit dicens

quod propter, id est cum ita non sit aliud bonum et aliud quia alia et alia ydea, inanis est ydea boni, id est inane est et inutile sic dividere bonum et propter talem boni divisionem ponere ipsius aliam ydeam et aliam. Deinde ponit secundam rationem per quam ostendit quod bona secundum se non habent unam ydeam dicens: Si autem et cetera, talem rationem: Si bonorum secundum se est ydea una ut ipsi ponunt, oportet in omnibus illis rationem boni esse eandem sicut ratio albedinis est eadem in cerusa et in nive. Sed istorum bonorum que bona sunt secundum se non est ratio eadem in quantum sunt bona; ergo neque ydea eadem; ergo non omnium bonorum secundum se est ydea una. Ex hoc concludit quod bonorum secundum se non est bonum commune secundum ydeam unam, immo hec omnia dicuntur bona quodam modo, id est aliquo alio modo. Dicit igitur: Si autem et hec, id est si videre et hec sunt de numero eorum que sunt bona secundum se, supple, et propter hoc habent unam ydeam, tunc rationem boni oportet apparere, id est ponere vel assignare eandem in omnibus istis, quemadmodum eandem rationem que est albedinis oportet assignare eandem in cerusa et in nive, supple, si dicam cerusa est alba et nix est alba. Et est cerusa vel genus terre vel spuma argenti cocti. Sed bonorum et sapientie et voluptatis diverse sunt rationes secundum quod bona sunt. Ex quo concludit igitur bonum non est commune aliquid secundum unam ydeam. Deinde ostendit quod non omnia bona propter aliud habent ydeam unam, et innuit talem rationem: bona habentia unam ydeam sunt eque bona; sed bona propter aliud sive bona a casu non sunt eque bona; ergo bona propter aliud sive a casu non habent ydeam unam. Minorem probat dicens: bona propter aliud dicuntur magis vel minus bona secundum approximationem maiorem vel minorem ad bonum propter se. Sed bona propter aliud non omnia equaliter approximant; ergo non omnia equaliter bona. Dicit igitur: Non autem videtur bonum esse, id est convenire eque vel equaliter huiusmodi bonis que sunt bona a casu, id est propter aliud bonum ad quod adveniunt, supple, et ideo non possunt habere ydeam unam. Et quod non sit in eis eque bonum probat dicens: Sed bonum est in eo esse, id est per illud esse quod est ab uno principio effectivo, quasi diceret quod secundum quod magis vel minus approximant ad primum principium effectivum secundum hoc est vel magis vel minus bonum; vel secundum quod videtur omnia perficere vel conferre ad unum finem, scilicet quasi diceret quod secundum hoc magis vel minus sunt bona secundum quod magis vel minus approximant ad principium effectivum vel ad causam finalem. Et dicit perficere vel conferre, et differt, quia perficere dicit approximationem ad finem per opus, conferre approximationem ad finem per esse. Deinde exequitur partem secundam dicens: Sicut et est signum(?) ..., quasi diceret quod bonum non est unum per equalitatem sed magis secundum proportionem. Deinde dicit quid appellat unitatem proportionis dicens quod si diceret sic: sicut visus est potentia in corpore, id est in oculo, ut lumen totum per partes, sic intellectus est potentia in anima, quasi diceret non est ... sic et sic est unum proportione. Post hec exequitur tertiam partem dicens: Sed forsitan hec, scilicet investigatio de ydea boni, est relinquenda et sollicitudo circa hoc, quia diffinire de huiusmodi, quomodo bonum sit unum proportione, et similiter de ydea, id est utrum unam habeant ydeam, hoc erit proprium alterius philosophie, quia prime, scilicet quia bonum quod per se et bonum quod consideratum sic est unum in se aut separabile quod non acquiritur in homine per operationes, tale bonum; unde subdit: neque habitum homini. Unde idem est ac si diceret quod tale bonum est relinquendum, quia istud bonum non dicitur ut debet acquiri ab homine et haberi ab eo per operationes. Deinde dicit quomodo erit conveniens inquirere de ipso dicens quod utique, id est in presenti doctrina erit commodius cognoscere illud bonum existens tale quale videtur aliquis, id est in habitibus ad sensibilia bona, quasi diceret quod commodius erit scrutari de bono sensibili et operabili. Vel secundum alium modum vult dicere quod illud bonum commune non debet considerari in hac doctrina ut predicabile de aliquo sed ut habet comparationem ad bona sensibilia et operabilia. Et quod sit utile cognoscere bonum simpliciter in relatione ad bona sensibilia declarat dicens enim, id est quia nos habentes bonum simpliciter velud exemplum in operibus nostris, id est quando operabimur bona, magis sciemus que bona nobis et magis inveniemus ea per cognitionem quam habebimus de bono

simpliciter. Et hoc patet sic: Sciendo enim quod largus est simpliciter qui dat danda et retinet retinenda, quando hoc scio facilius acquiro habitum largitatis per operationes bonas quas facio. Et hoc est quod vult dicere. Consequenter dat rationem ad ostendendum quod considerare sic bonum ratione univocationis sive magis proprie non spectat ad doctrinam istam dicens: Sermo supple quo diximus hoc non spectare ad doctrinam istam habet quandam probabilitatem, id est apparet quod sic verius. Et videtur dissonare talis inquisitio a disciplinis moralibus. Est igitur ratio per quam hoc probat talis: omnes concupiscentes et inquirentes bonum ut removeant simpliciter indigentiam relinquunt cognitionem ydee vel univocationis ipsius. Sed in doctrina civili concupiscimus et inquirimus bonum ut removeatur indigentia; ergo in doctrina civili relinquenda est cognitio ydee sive univocationis ipsius boni. Dicit igitur: Sermo ut habet probabilitatem, quia talis scrutatio videtur dissonare a disciplinis supple moralibus, quod probat dicens quod omnes concupiscentes bonum, id est habentes bonum concupiscibile et inquirentes per operationem bonum quo indigent, id est bonum quod cum habent removet indigentiam, et hoc est bonum non in intellectu sed in actu, omnes magistri(?) tales relinquunt cognitionem eius, scilicet ydee vel univocationis ipsius boni. Deinde quia propter hoc credet aliquis quod male fecisset dicendo de ydea vel univocatione boni, dicit tamen non est rationale tale auxilium non esse ignotum, et ideo est rationale omnes artifices omnino ignorare et non inquirere illud. Et appellat cognitionem ydee vel univocationis boni auxilium, et hoc quia istud prestat quandam facilitatem et habilitatem ad operandum. Deinde dat secundam rationem que talis est: ad artem textoriam vel medicinalem vel militarem nichil proficit in eis cognoscere univocationem vel ydeam; ergo nec similiter ad artem civilem. Quod autem ad medicinalem nichil proficiat declarat dicens: medicus intuetur sanitatem non in universali sed magis in materia, non hominis et non hominis in universali sed magis forsitan huius hominis, id est hominis in particulari. Quod probat quia singulariter medicatur, id est per medicinam curatum. Sic ergo patet quod medicina respiciat singularia sive particularia, sed ydea vel univocatio communicat universalem. Hic deinde imponit finem huic parti dicens: Et de hiis quidem in tantum dictum sit, quasi dicat sufficiant que diximus de hiis. ¶ Circa partem istam primo queritur super quandam dictam in precedenti lectione, videlicet quomodo est scrutari utrum bonum dicatur univoce et de ydea boni quando querit utrum summum bonum sit in divitiis, honoribus et voluptatibus. Secundo de hoc quod dicit quod Pythagorici probabilius dicebant quam Platonici, et de hoc quod dicit quod fecerunt ... sive ... vel tractatum de omni bono. Tertio super hoc quod reprobat divisionem Pythagoricorum in bonum propter se et propter aliud. Quarto queritur cum primum sit ydea rerum utrum sit ydea aliquarum rerum naturalium et artificialium, rerum completarum et incompletarum. Quinto utrum isti Pythagorici posuerunt numeros principia rerum, quid ad hoc movit eos. Sexto utrum bonum sit unum proportione sicut dicit in littera. Septimo super hoc quod dicit quod medicus sive medicina intuetur sanitatem non de homine simpliciter sed de hoc homine. ¶ De primo sic arguitur: cuius opinio plures et magis impedit scrutatio est commodior. Sed opinio que est quod bonum sit in divitiis, honoribus et voluptatibus magis et plures impedit quam opinio ponentium bonum habere unam ydeam et univoce dici, unde dicit supra quod isti insecuti sunt propter divitias et propter honores ponentes illa esse summum bonum; ergo illius opinionis scrutatio commodior est in hac doctrina. ¶ Item sicut dixit prius, finis doctrine civilis est non cognitio sed opus; ergo error vel opinio que plus impedit rectam operationem sive recte operari commodior est eius scrutatio in doctrina morali vel civili quam que impedit cognitionem. Sed opinio vel error circa ydeam magis impedit rectam cognitionem, opinio vel error circa summum bonum respectu divitiarum, honorum vel voluptatum magis impedit rectam operationem; ergo scrutatio vel inquisitio huius erroris commodior est in hac doctrina. ¶ Item considerare bonum secundum rationem ydee est considerare ipsum sine relatione ad bona sensibilia, sed considerare ipsum utrum sit in voluptatibus, honoribus vel divitiis est ipsum considerare in relatione ad bona sensibilia; sed ista in presenti

Leone dicit quod commodius est ipsum sanctitati ad bona sensibilia et ita contradicit ei quod ibi dicitur. Contrarius error ex quo sequitur detrimentum nobilitatis ubi magis est reprobandus et utilius est eam reprobare quia illius detrimentum peior est quanto illud est melius. Sed error circa bonum rationem ydee vel universalis erat philosophorum non enim vulgus curat de ydea sed philosophi et sapientes. error vero circa bonum respectu divitiarum vel honorum est proprie vulgi quod patet quia primus error detrimentum et inflat nobiliores quare reprobatio illius in doctrina commodior erit. Ad hoc dicendum quod sanctitatis vel inquisitio erroris commodior est in doctrina dupliciter uno modo quia plures errant circa illud alio modo quia meliores errant circa illud et primi. primo modo commodius predicare contra errores [illegible]

[illegible]

quoad illud de quo est sententia. vel quoad illud circa quod. ut dicitur quod loquitur est de medicina dupliciter. uno modo ut est scientia. alio modo ut est operativa. primo modo est de universali et circa universale. secundo modo circa singulare et hoc modo loquitur hic.

Rursus autem revertamur et cetera.

Superius reprobavit opiniones aliorum mentientium de felicitate tum dicendo felicitatem esse quod non erat tum dicendo eam aliter comparari ad alia bona quam comparetur. In hac parte exequitur de felicitate secundum veritatem et opinionem propriam. et primo determinat de felicitate quo ad eius substantiam. secundo quoad proprietatem sibi ex natura propria convenientem ostendens quod felicitas est bonum non laudabile sed honorabile. ibi. Determinatis autem. et primo determinat de felicitate quo ad eius substantiam [illegible]

[illegible]

16

In medicinali et similiter in reliquis artibus simpliciter. Sed ibi est aliud et aliud finis. Post hoc dicit quid est bonum sive finis uniuscuiusque artis vel operationis dicens quod gratia uniuscuiusque bonum. Et debet legi interrogative et est sensus: quid appellas bonum uniuscuiusque artis vel operationis? Et respondet dicens: aut signum est solventis vel respondentis: illud cuius gratia omnes operantur reliqua quae ipsi operantur simpliciter finis est uniuscuiusque artis vel operationis. Et ex hoc sequitur quod finis uniuscuiusque artis vel operationis est illud cuius gratia unusquisque artifex operatur. Ergo finis vel bonum simpliciter est illud cuius gratia omnes operantur simpliciter. Et ideo concludit: quare si quis est finis omnium operabilium, bonum erit operatum illud, id est illud est bonum quod nos intendimus acquirere per operationes. Et dicit autem quod si plura sunt bona quod unumquodque sit finis. Sermo, id est doctrina nostra permutans ista plura deveniet ad hoc tamquam ad primo inventum et per se secundum perfectam determinationem. Deinde quia dixerat quod illud cuius gratia reliqua operantur finis est et non erat planum quomodo quaedam propter alia operantur, manifestat hoc dicens quod temptandum est illud explanare. Deinde dicit quod cum sint plures fines semper quosdam eligimus propter alia, sicut patet quod aliquis eligit citharizare et eligit divitias, scilicet citharas sive citharizare propter divitias eligit. Similiter aliquis eligit organa, id est deductiones quae fiunt per organa saltando vel aliquid tale faciendo manibus vel pedibus et divitias, scilicet deductiones illas sive ludos eligit propter divitias. Deinde dicit quod omnes sunt fines, scilicet citharizatio, deductio per organa et divitiae, scilicet tamen [?] finium ille qui est optimus, id est melior ille perfectus videtur et alii non sunt perfecti fines. Ex quo concludit: quare si, id est quia in genere finium unum solum est perfectum simpliciter, id est quod quaeritur simpliciter secundum determinationem istam. Et si dicatur quod immo plura sunt perfecta, dicit quod id quod de illis bonis est perfectissimum, id est tale est quod quaeritur secundum determinationem istam. Et ex hiis omnibus quae praedicta sunt potest colligi ratio ista: cum plures sint fines sicut plures artes et operationes, ille finis propter quem aliae artes et operationes est optimus et perfectissimus. Hic dimittit illa per quae procedit investigando et narrando. Et dicit felicitatem sive bonum quod quaeritur esse bonum optimum et perfectissimum. Post hoc dat rationem ad ostendendum quod sit bonum perfectissimum et innuit talem rationem: bonum eligibilius respectu aliquorum est perfectius respectu illorum; ergo bonum quod est eligibilius simpliciter erit perfectissimum simpliciter. Quod autem eligibilius sit simpliciter probat tali ratione: illud quod semper propter se est eligibile et numquam propter aliud est eligibilius simpliciter; sed sola felicitas est eligibilis propter se et numquam propter aliud; ergo sola felicitas est eligibilis simpliciter. Quod sola felicitas sit propter se eligibilis semper et numquam propter aliud probat dicens quod etsi voluptas et honor aliquando eliguntur propter se, non tamen semper, immo aliquando eliguntur gratia felicitatis. Dicit ergo: perfectius autem dicimus, quasi dicat: nos dicimus id quod est prosequibile secundum se perfectius eo, id est quam illud quod est eligibile propter aliud, quod illud dico existens de numero eligibilium propter hoc, id est propter illud propter se eligibile. Deinde concludit: et simpliciter perfectum, id est perfectissimum erit quod erit eligibile simpliciter. Hoc supplendum est: quod propter se. Hic dicit quod felicitas est bonum quod semper propter se est eligendum et numquam propter aliud, et dicit sic: talis autem felicitas videtur esse, tale quod semper est eligibile per se et numquam propter aliud. Quod probat ab effectu dicens quod eam semper propter se eligimus et numquam propter aliud. Sed posset aliquis dicere: nonne et voluptatem et honorem et hic eligimus per se? Dicit quod sic, et si nullum aliud bonum sequeretur; sed non semper, immo aliquando eligimus ea gratia felicitatis. Nos dico tamquam suspicantes, id est credentes beati, id est beatos esse per haec. Et dicit quattuor: voluptates, honores, intellectum et virtutem. Et distinguuntur duo prima quantum ad sensitivam, duo alia quantum ad rationalem. Scilicet voluptas quantum ad sensitivam concupiscibilem, honor quantum ad sensibilem irascibilem. Intellectus vero accipitur hic pro scientia et dicitur hic quantum ad rationalem speculativam, virtus quantum ad rationalem activam. Ostenso sic quod felicitas est bonum perfectissimum ostendit consequenter quod est bonum per se sufficiens dicens: videtur autem quod bonum, scilicet felicitas, eutharchia, id est per se sufficientia, notandum [?] causa, quasi dicat: felicitas videtur esse bonum per se sufficiens. Deinde probat hoc dicens: perfectum enim, et intendit sic arguere: bonum temporale

hanc conclusionem [?] non ponit sed satis intelligitur: quod felicitas est eligibilius simpliciter, ergo est perfectissimum simpliciter.

dicimus per se sufficiens quod sufficit ad vitam salutarem habentis et amicis ipsius habentis, quasi dicat: illud bonum temporale dicimus per se sufficiens quod tollit ullam penitus indigentiam per se vel per amicos; sed felicitas est tale bonum quod tollit ullam penitus indigentiam per se vel per amicos. Hanc non ponit sed ratione similitudinis intelligitur. Ergo felicitas est bonum per se sufficiens. Deinde quia aliquis posset credere quia non est aliquis sufficiens in temporalibus nisi et quibuslibet amicis tam remotis quam propinquis haberet sufficientiam temporalium, dicit quod istud non requiritur quia sic contingeret procedere in infinitum et non posset aliquis esse sufficiens in temporalibus. Deinde dat secundam rationem quae talis est: bonum quod secundum se circumscripto omni alio facit actum eligibilem et nullo indigentem est bonum per se sufficiens; felicitas est huiusmodi; ergo est bonum per se sufficiens. Dicit ergo: bene dico quod felicitas videtur bonum per se sufficiens. Enim, id est quia bonum perfectum simpliciter temporale dicimus per se sufficiens quod sufficit simpliciter ad vitam salutarem, id est ut salubriter vivat. Et hoc dico non de solo qui habet vivente sic salubriter, sed parentibus filiis amicis et civibus simpliciter sic viventibus per illud bonum sic sufficienter salubriter. Sed posset aliquis quaerere ad quid oportet quod bonum temporale ad hoc quod sufficiens sit removeat indigentiam ab habente per se et per amicos. Et reddit causam dicens quod natura civilis, id est naturalis affectio quam habet homo civis erga amicos est horum, id est indiget sufficientia bonorum temporalium non solum per se immo etiam per amicos. Deinde dicit quod horum, scilicet amicorum, sumendus est terminus, quasi diceret: ad hoc quod bonum temporale sit sufficiens non oportet quod extendatur ad remotos, sed sufficit quod ad propinquos et familiares, quia aliter procederet in infinitum. Deinde dicit: sed hoc rursus scrutandum, id est inquirendum, scilicet utrum felicitas sit bonum per se sufficiens, et vult quod sic. Sed quia illud bonum ponimus per se sufficiens quod solum, id est circumscripto omni alio facit actum, id est voluntatem vel intentionem ab homine eligibilem et nullo indigentem. Et dicitur facere actum eligibilem propter plenitudinem bonorum, nullo indigentem propter separationem malorum ab ipso. Deinde dicit: talem autem dicimus esse felicitatem, simpliciter quod actum faciat per se eligibilem et nullo indigentem. Post hoc ostendit quod est bonum maxime eligibile et dicit sic: amplius autem dicimus eam omnium eligibilissimam. Deinde ponit rationem ad hoc ostendendum quae talis est: bonum quod non habet connumerari cum aliquibus bonis sed per se solum existere est bonum eligibilissimum; sed felicitas est huiusmodi; ergo est bonum eligibilissimum. Minorem probat dicens quia si posset connumerari cum aliquibus bonis esset eligibilior se ipsa sola existente per additionem boni superadditi quod totum faceret maius et magis bonum. Deinde ponit recapitulationem dicens quod felicitas existens finis operum videtur esse quid eligibilius de numero omnium bonorum et quid perfectum et quod per se sufficiens. Deinde dicit quod illud videtur esse concessum quod concessum est felicitatem esse optimum. Dicit ergo: amplius dicimus felicitatem esse eligibilissimam omnium. Deinde probat hoc dicens: et non connumeratam, quasi dicat: quasi dicimus ipsam non connumeratam, id est non debere connumerari aliis virtutibus, quia cum in se contineat omnes, est enim status omnium bonorum aggregatione perfectus, ut faciamus nimium cum ipsa. Unde subdit: Sed dicimus eam esse solam per se, id est non connumerabilem cum aliquibus bonis. Quod probat dicens: connumeratam vero, quasi dicat: bene dico quod non potest connumerari cum aliquibus bonis quia si esset connumerata, id est connumerabilis, tunc esset eligibilior cum illo bono quam ipsa per se sumpta quantumcumque esset illud bonum cum quo connumeraretur. Quod probat dicens: quia cum minimo bonorum, id est et si minimum bonum adderetur cum ea superaugmentata esset, et sic fieret totum maius sive melius. Quod probat dicens quia superhabundantia boni fieret per illud bonum quod superadditur. Deinde recapitulat dicens quod de numero bonorum illud bonum quod est eligibilius et quod est perfectum et quod est per se sufficiens illud magis videtur esse felicitas, felicitas dico existens finis operationum. Deinde dicit quod illud videtur esse

concessum dicere, simpliciter concesso felicitatem esse optimum sicut ostensum fuit in principio, quasi diceret: ex quo prius ostensum fuit felicitatem esse optimum, ex hoc satis potest haberi et ipsam esse bonum perfectissimum, per se sufficiens et per se eligibile. Hec est sententia. Ordo patet. ¶ Primo quaeritur utrum plures conditiones vel proprietates sint determinandae de felicitate. Secundo utrum iste et penes quid accipiantur. Tertio utrum felicitas creata magis debeat dici finis quam increata vel econverso. Quarto utrum felicitas debeat dici bonum perfectissimum. Quinto utrum per se sufficiens et utrum sufficientia felicitatis debeat redundare a patribus in filios. Sexto utrum felicitas sit bonum eligibilissimum. Septimo utrum aliquod bonum possit connumerari cum felicitate. Octavo utrum felicitas debeat dici [illegible] propter hoc quod dicit quod non est connumeranda cum aliis virtutibus. ¶ De primo sic: cum felicitas sit bonum simplex a simplici, aut ut simplex est relegata est omnis multitudo, videtur quod non debeant esse plures conditiones vel proprietates felicitatis. ¶ Item cum omnis multitudo ex incompletione et imperfectione procedat, felicitas autem est bonum non solum perfectum immo et perfectissimum, non videtur quod eius debeant esse plures proprietates sive conditiones. ¶ Item inferius autem determinans proprietatem felicitatis quae debetur ei secundum se unicam determinat et non plures, ostendens quod est bonum honorabile non laudabile; quare similiter hic unicam et non plures debet determinare. ¶ Contra: sicut dicit Boethius, felicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus; ergo felicitas continet omnia bona; felicitas non erit quid simplex. ¶ Item cum felicitas in se comprehendat omnia bona et sic bona diversa, quare ratione eorum ponit hic proprietates quasi differentes. ¶ Ad primum dicendum quod multitudo potest esse aliquid multiplex, aut sicut partium in toto, aut sicut proprietatum vel quasi proprietatum in subiecto vel quasi in subiecto, aut sicut effectuum in causa. Primo modo a simplici in quo simplex relegata est multitudo. Secundo modo non dicendo, quia multitudo proprietatum vel quasi proprietatum potest attendi vel esse propter diversa principia ex quibus subiectum componitur, et hoc ut patet quod in homine sunt color et figura [?] et humor [?], et multitudo istorum procedit ex compositione. Vel potest esse multitudo illarum proprietatum vel quasi proprietatum, et attenditur non a multitudine principiorum subiecti vel quasi subiecti, sed prout propter diversitatem compositionis vel actuum a subiecto vel quasi a subiecto exeuntium, sive propter diversas comparationes illius subiecti vel quasi subiecti ad res alias, quemadmodum dicimus quod in primo sunt differentes potentia sapientia bonitas. Et hec multitudo non privat simplicitatem in aliquo. Tertio modo non privat multitudo simplicitatem, immo unumquodque quanto simplicius tanto in pluribus est et a pluribus indiget. Dico ergo quod multitudo conditionum quas hic determinat ponit multitudinem modo ultimo et penultimo solum, et propter hoc nichil impedit quin conveniat felicitati talis multitudo licet sit quid simplex. ¶ Et dico ad aliud quod multitudo primo vel secundo modo dicta ponit imperfectionem in eo in quo est; sed multitudo modo ultimo vel penultimo dicta non, sed potius perfectionem vel notat. ¶ Ad aliud dicendum quod felicitas dicitur status omnium bonorum aggregatione perfectus non quia componatur ex omnibus sicut totum ex partibus, sed quia in eius collatione omnia bona conferuntur. Vel potest dici quod dicitur status omnium bonorum aggregatione perfectus non quia contineat omnia bona, sed quia sicut dicit auctor [?] perfecta oportet ad hoc quod aliquis felicitatem habeat non in vita sua continue et non una die et multas operationes bonas, immo omnes quae ordinantur ad virtutem operatus sit vel fuit. Unde dicit inferius: una hirundo non facit ver nec una dies, et ideo dicit quod similiter una bona operatio non inducit felicitatem sed multae et continuatae in vita perfecta, et per hoc patet responderi ad aliud. ¶ De secundo sic: cum Boethius ponat quinque proprietates sive conditiones felicitatis, scilicet potentiam, sufficientiam, reverentiam, claritatem et voluptatem sive iucunditatem, igitur videtur iste ponere tantum tres. ¶ Item cum felicitas sit beatitudo per virtutem, sicut sunt quattuor virtutes sic debet ponere ad minus quattuor proprietates. ¶ Item cum felicitas sit status et secundum diversitatem bonorum deberet ponere diversitatem proprietatum et sic ultra tres plures. ¶ Praeterea cum inferius determinet unicam, ostendens

quod est bonum honorabile et non laudabile, male ponit hic plures. ¶ Item Augustinus de felicitate ponit tres conditiones dicens: felicitas est maxima excellentia, maxima veritas et maxima bonitas; quomodo ergo different hec tres ab illis. Item penes quid accipiuntur iste tres conditiones. ¶ Ad horum evidentiam sciendum quod felicitas creata comparatur ad primum cuius est effectus, sicut dicetur postea, et comparatur ad animam quam perficit. Et quia in primo est potentia, sapientia et bonitas sive voluntas, per comparationem ad primum ratione potentiae debetur felicitati quod sit perfectum bonum; tunc enim potens est opus perfectum facere. Per comparationem ad ipsum ratione divinae vel sapientiae sufficientia, ratione vero bonitatis electio. Et propter hoc ista tria determinat de felicitate et non plura. Vel aliter: sicut anima est vita corporis sic felicitas vita animae, et ideo sicut anima comparatur ad corpus in triplici genere causae, efficientis, formae et finis, sic et felicitas respectu animae. Secundum ergo quod comparatur respectu animae in genere efficientis dicitur perfectum; inquantum comparatur in genere formae dicitur sufficiens, forma enim continuat rem et abicit ab ea indigentiam; inquantum in genere finis dicitur eligibile. Et sic patet horum distinctio et numerus. ¶ Ad illud quod obicitur quod Boethius ponit quinque, respondent quidam quod proprietates quas ponit Boethius sunt proprietates beatitudinis sive felicitatis non quae est vera felicitas sed quae est apparens; sed quas hic ponit sunt felicitatis sive beatitudinis verae. Vel potest dici quod iste quinque reducuntur ad istas tres, quia sufficientia duobus modis dicitur: uno modo specialiter, et tunc sufficiens dicitur qui non affectat vel indiget pecuniis, et sic dividitur contra claritatem. Alio modo sufficientia attenditur non solum quantum ad habundantiam temporalium, sed quo ad nobilitatem famae et gloriae. Dico ergo quia potentes solent revereri, reverentia reducitur ad perfectum hic. Item quia et gloriam et famam vel formam requirit pecunia donat sufficientia de qua loquitur Boethius, et claritas reducitur ad sufficientiam, voluptas vero sive iucunditas ad electionem. ¶ Ad aliud respondendum quod si iste differre accipientur per comparationem ad virtutes vel ad bona per quae acquiritur felicitas plures esse possent, sed non sic est, sed sicut visum est. ¶ Ad aliud dicendum: sicut dicimus quod sapientia, potentia et bonitas primi unum sunt et idem in se vel in primo, per comparationem tamen ad effectus diversos sive per comparationem diversam primi esse ad res dicuntur diversa, sic iste tres proprietates forte unum sunt et idem, sed secundum diversas comparationes animae ad felicitatem sortiuntur ista diversa nomina. Honor ergo sic loquendo de proprietate ut in felicitate est continet ista tria vel est ista tria, sicut dicimus quod sapientia, potentia, bonitas primi sunt unum. ¶ Ad aliud respondendum quod tres proprietates quas assignat Augustinus accipiuntur secundum comparationem felicitatis ad potentias animae: et maxima excellentia secundum quod comparatur ad potentiam irascibilem, maxima bonitas per comparationem ad concupiscibilem, maxima veritas per comparationem ad rationabilem. Sed differunt quia hic ponuntur et accipiuntur a parte felicitatis in triplici comparatione ad animam secundum se; ideo non oportet quod sint eaedem neque quod una ad alteram reducatur. ¶ De tertio sic: si finis et bonum idem et magis bonum magis finis, magis autem bonum est felicitas increata quam creata, ergo magis finis. ¶ Item cum omne causatum quia causatum habeat imperfectionem et omne imperfectum quia imperfectum intendit uniri ut perficiatur ad aliquid a quo est quod est perfectum vel simpliciter vel in genere, ergo et felicitas creata; quare cum felicitas creata sit aliud a quo est et cui appetit uniri per naturam ut possibile est, magis est finis. ¶ Contra: primum sive felicitatem increatam diligimus ut nos felicitet et nos conservet; ergo magis diligimus felicitatem nostram vel conservationem quam primum. Sed hec sunt causata felicitas; ergo creatum et bonum creatum magis est ponere finem quam increatum bonum. ¶ Item si amor est vis unitiva, ubi est maior indivisio ibi est plus de amore; sed unumquodque magis est indivisum a se quam a primo, quia vel cum se ipso facit unitatem, sed cum primo facit binarium; ergo magis amat se, ergo suum esse vel conservationem plus intendit quam intendat primum.

Respondeo quod bonum increatum magis est finis simpliciter. Aliam tamen renuenti possibile est aliquid aliud magis esse finem. Sicut dicimus quod voluntarium simpliciter est bonum simpliciter, aliquam tamen nullum potest esse voluntarium. Ad obiectum quod diligimus primam causam ut nos felicitet, dicendum quod sed si licet dicatur causa amor est passivus, secundum caritatem huiusmodi licet, sed tunc non sequitur quod magis amamus bonum creatum. Primum enim diligimus propter se, sed nullam creaturam propter se amore dico ordinato. Vel dicendum quod duplex est amor hominis, naturalis et deliberativus. Et naturali amore forte diligimus primam causam ut nos felicitet et ut conservet nos in esse, sed non amore deliberativo; et qui amore deliberativo magis diligeret suum esse vel voluntatem suam peccaret. Sic ergo patet quod simpliciter loquendo magis est finis felicitas increata. Plus enim per amorem deliberativum unitur creatura rationalis primo esse quam sibi ipsi, et loquor de creatura rationali recte appetente et ordinate. ¶ De quarto sic. Cum dicatur felicitatem esse perfectissimum, aut loquitur de felicitate creata aut de increata. Quod de creata videtur per hoc quod dicitur quod istud bonum bonum est operari, et constat increata non potest esse operatio. ¶ Item istud videtur per hoc quod appellat felicitatem in pluribus locis bonum humanum, quia solius hominis est sive rationalis creaturae; felicitas autem increata omnium est, tamen sic omnium causa et finis, et ideo non est dicenda bonum humanum. ¶ Et hoc supposito quaeritur utrum felicitas creata sit bonum perfectissimum. Quod non videtur, quia omne creatum deficiens est per naturam, sicut dicit Damascenus, Plato et Dionysius ultimo. Ergo creatum perfectissimum. ¶ Item perfectissimo nichil est perfectius, sed constat quod felicitate creata increata perfectior, ergo non est perfectissimum. ¶ Contra sicut dicit Dionysius, boni est bona facere, melioris meliora, optimi optima; ergo similiter perfecti perfecta, perfectioris perfectiora, perfectissimi perfectissima. Ergo cum felicitas creata sit ab increata et increata perfectissima, et creata perfectissima. ¶ Item cum increatum non sit finis felicitas increata non erit finis; ergo non est perfectum bonum, ergo increatum non est perfectum. ¶ Respondeo quod loquitur de felicitate creata et illa dicitur bonum perfectissimum. Sed perfectissimum dicitur aut simpliciter aut in genere, et dico quod esse creatum non operatur sed est perfectum simpliciter; competit tamen perfectum in genere, et perfectissimo simpliciter nichil est perfectius. Sed sic solum primum est perfectissimum. Sed perfectissimo in genere bene potest esse aliquid perfectius, sicut patet quod primo in genere potest esse aliquid prius simpliciter. Et sic dicimus felicitatem creatam esse perfectissimum. ¶ Ad illud quod obicitur quod perfectissimi est perfectissima facere, dicendum quod verum est in genere non simpliciter. Verum est referendo non ad rem factam sed modum faciendi; verum est quod ea quae causa perfectior facit facit in meliori et perfectiori quam ea quae facit ars vel natura. ¶ Ad aliud dico quod si finem sic principium quod est increatum non est finem neque perfectum, sed si finem et perfectum sive nomen quod est increatum potest dici perfectum et est finem. ¶ De quinto sic. Nichil quod dependet ab opere humana est per se sufficiens, quia per se sufficiens alio non indiget, et maxime et si verum sit quod creatura per se sufficiens ut possibile est creatore indigeat, non tamen aliqua creatura indiget. Cum ergo felicitas indigeat operibus virtutis quibus per illas in nobis acquiritur, videtur quod non sit per se sufficiens. ¶ Item cum bonum sit sui diffusivum et magis bonum magis est sui diffusivum, ergo si bonum temporale fiat sufficientia a patribus in filios multo plus et bonum perpetuum quod est felicitas. ¶ Item duplex est remuneratio, temporalis et aeterna. Ergo si remuneratione temporali huiusmodi pertendit a patribus in filios multo plus et remuneratio aeterna. Sicut ergo rex remunerat temporaliter filios in patribus, sic et prima causa felicitabit filios in patribus. ¶ Sed contra. Cum felicitas sit bravium sive meritum pro virtute et virtus dependeat ab operibus quae sunt vel debent esse in medietate et cum delectatione et caritate, cum hoc non sunt a patribus in filios, neque felicitas similiter deveniet a patribus in filios. ¶ Respondeo quod de felicitate est loqui dupliciter: secundum substantiam creatam, et sic nullo modo dependet ab opere nostro sed solum a prima causa.

Vel quoad eius actum qui est felicitare vel perficere hominem, sed tunc dicendum est quod actus ille est alicuius sicut efficientis et sic potest in genere, et sic non dependet a nobis vel sicut recipientis, et quantum non recipit in aliquo non disponitur per opera bona quae ad hoc dependet ab operibus nostris. Dependentia ergo ista non removet sufficientiam simpliciter, sed dependet primo vel secundo modo. Primum enim licet non possit dare gratiam non creaturae non dicitur dependere a creatura. ¶ Ad aliud dicendum quod sine dubio felicitas non diffunditur a patribus in filios, quia non anima patris est anima filii nec ex anima. Item quia non operatio patris est operatio filii vel eius. ¶ Ad aliud dicendum quod sine dubio magis bonum magis est sui diffusivum, sed sicut lux corporalis lucet superioribus, non tamen omnes illuminantur quia non omnes recipiunt, sic et spiritualis. Praeterea bonum temporale respicit corpus, bonum spirituale respicit animam; et quia corpus filii est corpus vel ex corpore patris, anima non filii non est anima patris nec ex anima patris, ideo et si bonum temporale diffunditur a patribus in filios non tamen bonum spirituale. ¶ De sexto sic. Dicit infius eligibile est consiliabile determinatum consilio; ergo quod non est consiliabile non est eligibile. Sed felicitas non est consiliabilis, probat infius dicens quod ullus consiliatur de fine, unde dicitur quod rhetor sive civis non consiliatur si bonam dicendi faciet. Ergo cum felicitas sit finis videtur quod non sit bonum eligibile. ¶ Item consilium est ignorantiae vel quia ignorantia, et ideo dicit Damascenus quod consilium non est in Deo quia neque ignorantia. Ergo cum felicitas sit bonum nulli ignoratum, immo omnibus constat de eius bonitate, videtur quod felicitas non sit bonum consiliabile et ideo nec eligibile. ¶ Item infius dicit quod voluntas est finis, electio vero eorum quae sunt ad finem; cum ergo felicitas sit finis et non ad finem, electio non erit felicitatis. ¶ Sed contra. Cum bonum sit electum ergo magis bonum magis electum et maxime bonum maxime electum, et ideo felicitas maxime eligibilis erit. Et ad idem possunt adduci fere omnes considerationes tertii Topicorum quae ostendunt magis eligibile. ¶ Item ibidem habetur: finis magis est eligibilis quam ea quae sunt ad finem, et sic cum felicitas sit maxime finis est maxime eligibilis. ¶ Respondeo quod electio potest esse finis sive felicitatis, et similiter consiliabile potest dici vel eligibile. Et ad hoc quod obicitur dicendum quod consilium duobus modis dicitur: uno modo inquisitio de re dubia utrum sit appetenda vel assequenda vel non, et tunc electio respondens consilio praesupponit incertitudinem de re quam habet eligere, et sic non dicitur felicitas bonum eligibile. Alio modo consilium appellatur consensus in rem aliquam appetendam vel assequendam cum discretione procedens, et tunc electio erit finis consensus procedens iuxta consilium huiusmodi; et sic dico quod consilium non supponit ignorantiam, et de consilio hoc modo non loquitur Damascenus nec iuxta consilium hoc modo accipitur electio in sequentibus cum dicitur quod voluntas est finis, electio vero eorum quae sunt ad finem. Sed isto secundo modo accipitur electio in tertio Topicorum cum dicitur quod finis magis est eligendus quam ea quae sunt ad finem, vel posset dici quod electio et primo modo potest esse de felicitate et similiter consilium. Et quod obicitur quod non quia consilium est propter ignorantiam, dicendum quod et si non sit consilium vel felicitatis non dubium vel ignorantia, respectu tamen modi assequendi eam potest esse dubium et ignorantia. ¶ De septimo sic. Dicitur quod felicitas non connumeratur cum aliis virtutibus et per hoc videtur velle quod felicitas sit virtus. Sed contra infius dicit quod felicitas est bravium virtutis; ergo non est virtus. ¶ Item si esset virtus et non sit ponere genus praeter speciem, esset ergo aliqua species virtutis ulla non potest aptari. ¶ Item virtus est animae, ut patet in quinto secundum philosophum, sed felicitas ut patet est etiam separare sicut postea dicitur; ergo non sit idem. ¶ Item virtus est habitus a quo quis est bonus et opus eius bonum reddit; huius ergo virtutem ut patet non operatur hoc felicitatem, et sic felicitas non est virtus. ¶ Respondendum si loquatur de virtute secundum essentiam vel substantiam potest dici virtus felicitas, sed loquendo de ea secundum rationem et comparationem quam addit super essentiam vel substantiam quia hanc non addit felicitas, non est felicitas virtus. Et sic loquitur infius diffiniens virtutem, et quod dicitur quod non quia tunc esset

aliqua species virtutis, respondendum quod in distinctione specierum virtutis attenditur non solum substantia vel essentia sed etiam inclinatio vel relatio ad opus. Posset tamen dici quod non sequitur felicitas non connumeratur aliis virtutibus, ergo est virtus, et tunc debet sic exponi: felicitas non connumeratur aliis habitibus qui quidem sunt virtutes.

Desideratur autem et cetera. Quoniam

dicit supius dictum finem felicitas est bonum humanum et dicitur humanum quia homini naturaliter inest, in hac parte intendit inquirere secundum quam potentiam habeat felicitas inesse homini. Et primo dicit quod oportet dici manifestius de felicitate quid perfectum sit; secundo dicit quomodo dicetur manifestius: *fiet autem*; tertio ostendit quod oportet ponere opus proprium hominis per simile: *utrum ergo*, et hoc facit ut per hoc habeatur quod ad illud per quod inest homini opus hominis proprium inest homini felicitas; quarto ostendit quod illa opera propria non inest secundum vegetativam neque sensitivam: *vivere quidem*; quinto concludit quod oportet quod secundum rationalem suam secundum vitam habentem rationem: *relinquitur*. Sed quia vitam habens rationem duplex, dividit eam removens propriam operationem hominis ab vita rationali sive habente rationem sicut obediens rationi et attribuens vitae rationali quae dicitur rationalis sicut habens rationem intelligens. Sed quia haec potest esse activa et speculativa, ostendit cum haec quam activa est quia principalior et non speculativa, et hoc facit sexto ibi: *huius autem*. ¶ Ad primum ergo sic procedit dicens: *Desideratur*, id est oportet dici manifestius de felicitate, supple quam praedictum sit; et appellat hic dici manifestius quia prius determinatum est de ipsa secundum se, hic autem de ipsa per comparationem ad nos. Deinde dicit quomodo manifestius dicetur de ea dicens: *fiet autem hoc*, id est de ea dicetur manifestius, *si sumatur hominis opus proprium* supple quod convenit homini inquantum homo. Sicut est opus proprium *citharistae* inquantum citharista, et sicut opus proprium *fabrefacientis statuam* supple inquantum huiusmodi, *et omnis artifici* sicut est opus proprium cuilibet artifici. Et dicit quod omnium generaliter quorum est opus aliquod proprium, *bonum* eorum supple proprium *videtur esse in opere* proprio artis eorum, quasi diceret cum proprium bonum uniuscuiusque insit secundum opus proprium uniuscuiusque, similiter felicitas cum sit opus proprium bonum hominis inerit secundum opus proprium hominis. Unde dicitur: *videbitur utique bonum esse in homine* supple quod proprium bonum eius, scilicet felicitas, inerit secundum propriam operationem suam secundum illud secundum quod est propria operatio hominis. Et hoc dico dicit auctor: *utrum est aliquod opus proprium hominis* inquantum homo. Post hoc autem exequitur tertium praedictum dicens quod aliquis *quaereret utrum textoris aut coriarii*, id est operatoris corrigiarum, *sicut opera* aliqua propria *vel operationes et hominis ullum sit opus proprium*, sed *sit natum pigrum*, id est non sit eius aliqua propria operatio. Quasi dicat: istud quaereret aliquis, utrum sit aliquod opus hominis proprium inquantum homo, sicut corrigiarii est opus proprium et sicut textoris. Post hoc respondet dicens: *aut sicut* respondit *aliquod opus videtur solum*, id est proprium hominis, *quemadmodum oculi* supple habent proprium opus *et manus et pedes et universaliter singule particularum* supple habent proprium opus, videntur inquantum proprium opus hominis. *Praeter haec omnia*, id est praeter opera singularum particularum, ex hoc concludit dicens quod *quis*, id est quilibet, *ponet opus hominis aliquod* quod sibi erit supple proprium vel si sibi legatur discretive. Deinde exequitur quartum praedictum dicens ostendens quod illa propria opera non inest secundum vegetativam neque secundum sensitivam, et per hoc relinquitur quod secundum neutram inest homini felicitas. Et primo ostendit quod non inest secundum vegetativam, secundo quod neque secundum sensitivam: *sequens autem*. Dicit ergo: *vivere quidem commune est*, id est convenit supple homini *et arboribus*. *Quaeritur*, id est ergo *non est exquirendum hoc esse proprium hominis*, scilicet vitam vegetabilem *et nutritivam*, et ex hoc intendit ulterius habere cum felicitas sit bonum proprium hominis quod non inerit secundum vegetabilem. Et dicitur vegetabilis inquantum dat vitam nutritivam vel in quantum conservat. Argumentum ergo quod innuit est tale: cum

vita vegetabilis sit communis homini et plantae et felicitas est proprium bonum hominis, non inerit homini secundum vegetativam. Post hoc ostendit quod neque secundum sensitivam dicens quod *sensibilis vita sequens*, id est quae est posterior vegetabili, erit alia supple quam illa secundum quam inest felicitas, quod probat dicens: *quia haec*, scilicet sensibilis, *videtur esse communis homini et equo et bovi omni* quasi alii. Et intendit dare talem rationem: felicitas est bonum proprium hominis; sensibilis non est propria hominis sed communis omni alii, ergo secundum sensibilem non est felicitas. Post hoc exequitur quintum praedictum dicens sic: cum felicitas non insit secundum vitam vegetabilem nec sensibilem et non est in homine alia vita nisi rationalis, concludit: *relinquitur* ergo tamquam propria vita hominis *vita operativa habentis rationem* supple inquantum operativa, id est relinquitur autem quod vita propria hominis erit vita rationabilis et secundum illam inerit felicitas. Sed quia vita rationalis dicitur dupliciter, dividit eam dicens quod quaedam est vita sive potentia quae dicitur rationabilis quia obediens rationi, et sic irrationabiles potentiae sive virtutes possunt dici rationabiles supple, et secundum rationalem hoc modo non inest. Sed alio modo dicitur rationabilis quia est habens et intelligens, et sic proprie dicitur vita rationalis. Sic enim nota est quinta pars. Post hoc exequitur sextam ostendens quod cum rationabilis proprie dicta dicatur dupliciter, speculativa scilicet et activa, *ponendum est* supple felicitatem inesse *eam*, id est per illam quae est secundum activam, id est inest secundum activam non secundum speculativam. Quod probat dicens *enim*, id est *quia haec*, scilicet activa, videtur dici principalior supple quam speculativa, et ab hoc intendit sic arguere: felicitas est bonum principalius in homine; ergo secundum potentiam vel potentiam principaliorem habet inesse. Principalior autem est activa quam speculativa; ergo secundum speculativam non inest sed secundum activam. Haec est sententia et litterae expositio. ¶ Circa praedictam istam primo quaeritur utrum felicitas sit corporis vel animae vel coniuncti; secundo utrum sit operatio propria unicuique hominis; tertio utrum insit secundum potentiam rationabilem activam sicut dicitur; quarto utrum sit eadem cum vita naturali secundum speciem; quinto utrum activa speculativa principalior sit sicut dicitur. ¶ De primo sic. Augustinus: beatitudo omnium in aliquo est quia anima naturaliter capax est beatitudinis, valens eam sumere per illuminationem gratiae per quam illuminatur, corpus eius solum in communione. Ergo beatitudo per se est animae. ¶ Item Augustinus: beatitudo est plena conformitas imaginis creatae ad increatam. Sed sicut vult Augustinus homo non est imago imaginis increatae nisi per animam et maxime secundum rationalem quae ad potentiam superiorem; ergo secundum illam proprie erit felicitas et sic felicitas proprie est animae. ¶ Item cuius est appetitus rei alicuius eiusdem est ipsam habere quod appetitur dum habetur. Ergo cum appetere beatitudinem sit per se animae, eius per se erit beatitudo. ¶ Item Augustinus de spiritu et anima: beate vivere nichil aliud est quam velle creatoris quibus bonis gaudere; gaudium autem per se est animae; ergo et beata vita sive beata vita. ¶ Item Augustinus de civitate Dei: angeli ideo dicuntur beati quia Deo adhaerent; similiter ergo adhaerentia hominis ad Deum facit hominem beatum, sed haec adhaerentia non potest esse nisi per cognitionem et amorem; cum ergo haec sint animae, beatitudo sive felicitas per se erit animae. ¶ Item cum virtus disponat ad felicitatem, in eodem debet esse virtus et felicitas, sed in libro sequenti auctor volens ostendere quid sit virtus enumerat ea quae sunt in anima non in coniuncto ut per hoc habeatur quid est virtus; quare virtus est animae non coniuncti; ergo et felicitas. ¶ Item infius dicit quod homines beati dicendi sunt ut angeli; ergo cum homo non sit ut angelus nisi ratione animae, beatitudo erit per se animae. ¶ Sed autem magis sit corporis videtur eiusdem debet esse praemium cuius est meritum; ergo cum corpus mereatur plus, et felicitas primo erit corporis quod primo meretur. Videtur quia cum immediate operans magis meretur secundum opinionem quam quae remote, sed virtutum consuetudinalium immediatum principium est corpus effectivum vel virtutes corporales ut sensibiles corporis quam anima, quia iste

Iste virtutes acquiruntur per operationes corporis et si mediante imperio partis rationabilis ergo magis meretur beatitudinem secundum illas corporis vel virtutes corporales. Item cum dicitur quod homo hominem generat et sol non dicitur tamen homo filius solis sed hominis et hoc est quia homo est causa proxima et magis determinate ad hoc sed huius ergo similiter cum talibus virtutibus homo per corpus immediatius operatur quam per animam debent dici iste virtutes corporis et non anime quare et felicitas gratia earum. Item eiusdem debet esse actus primus et actus secundus sed vita naturalis est qui actus primus felicitas vero secundus vita spiritualis. sed vita prima est corporis physici quia eiusdem est potentia cuius est actus sed potentia vivendi corporis physici. anima est actus corporis physici organici potentia vitam habentis ergo et actus vivendi erit corporis quod est felicitas. Item Ad autem sic coniuncti sic ostenditur cum per se et primo est mixtum ei per se et primo est primum. sed mixtum est per se coniuncti. unde cum est dicere quod corpus per se miscetur non quod anima per se miscetur. ergo beatitudo per se erit coniuncti. Item dicitur summum bonum est quod omnia garpisunt (?) sensibilia similiter et intellectualia cum intelligibilibus. ergo si summum bonum est hominis erit hominis ut conveniat cum huius omnibus. sed ratione coniuncti ergo felicitas est coniuncti. Item ad idem omnis pars extra totum habet esse dependens et diminutum ergo cum anima nata sit esse pars hominis ipsa per se habet esse diminutum et solum in toto complexum (?). ergo cum felicitas sit habiens omnem complementum felicitas erit anime solum in coniuncto et non per se. Item decimo nono de civitate dei summum bonum hominis quo fit homo beatus ex utriusque rei bonis scilicet corporis et anime constare dicitur ergo et coniuncti erit. Item Ad horum evidentiam sciendum quod beatitudo proprie loquendo est coniuncti et non anime per se nec corporis per se sed coniuncti. et esse coniuncti est dupliciter aut coniuncti id est quod ratione alicuius partis primo sic dicitur est quod esse hominem convenit sorti (?) ratione coniuncti vel ratione coniuncti id est quod primo ratione alicuius partis ipsius coniuncti. sicut esse coloratum convenit sorti sed ratione corporis. sicut non convenit eidem sed ratione anime. hoc modo dicimus quod felicitas est coniuncti quia est anime in coniuncto et per animam habet eam coniunctum. quod ergo obicitur quod anime est per se. sciendum quod aliquid esse anime est dupliciter. vel anime ut est extra corpus et a corpore separata vel anime ut est in coniuncto sed tamen per animam. hoc autem ultimo modo potest dici felicitas anime per se et non primo modo. Item Ad primo obiectum dicendum quod etsi anima naturaliter capax sit beatitudinis tamen quia hoc habet in coniuncto ideo coniunctum beatitudinem habet quasi per animam. Similiter quod dicitur quod per animam ymago creata est et conformatur plene ad ymaginem increatam per hoc enim non concluditur quod beatitudo sit solius anime sed quod sit ab anima sive per animam in eo in quo est. Similiter ad aliud dicendum quod coniunctum appetit sed per animam habet quod appetat et ideo coniunctum habet felicitatem quasi per animam. Item Ad aliud dicendum quod sicut dictum est quod coniunctum cognoscit licet per animam similiter et diligit sic et coniunctum habet deo adherere. Similiter dicendum quod si vivit multum per animam non tamen est anime separate vel post acquisitionem tantum sed anime in coniuncto. Item Ad aliud dicendum quod homines beati dicuntur esse sicut angeli non quia beatitudo sit hominis ratione anime ut est separata sed quia sicut angeli nichil paciuntur a quibuslibet contrariis sic nec homo beatus. Item Ad illud quod obicitur quod deberet esse magis corporis respondeo quod corpus non meretur per et ad hoc intelligendum quod meritum debetur per se consensui in opus bonum. unde non debetur operi exteriori nisi sicut signo. secundum quod dicit [illegible] quod delectatio et tristicia in operibus est signum habituum sed rationi moventi et regulanti et in bono consentienti. Ad quod ergo dicitur quod corporalis operatio est causa proxima dico quod non immo non est causa sed signum sed consensus rationis in opus bonum vel malum proprie causa est. unde nec opus exterior causa est virtutis sed solum sicut minister. ratio vero dirigens et consumans per se causa est. et per hoc patet solutio ad aliud licet enim corpus et virtutes corporales proximo operentur opus exteriorem quia tamen opus exterior causa non est sed solum signum sicut

postea dicitur ideo non determinatur non felicitas secundum illam. Item Ad ultimum dicendum quod vita prima per se est anime et sicut sibi et sicut efficientis et ideo felicitas primo est anime ut sibi et si coniuncti sed est per animam. quod obicitur quod corporis est potentia ad vitam dicendum est verum est non sicut efficientis nec sicut sibi primi sed sicut ab alio recipientis verum est quod corpus vitam recipit et ab anima et quod dicitur est secundum veritatem licet philosophi non attendentes quod corpus quod non est corruptibile possit fieri incorruptibile dicerent forte sicut videtur velle Commentator quod felicitas sit anime per se et non coniuncti nisi animam in coniuncto et tunc secundum ipsos ad rationes que ostendunt quod felicitas sit coniuncti deberet responderi et primo ad primum dicendo quod etsi coniunctum meretur quia tamen anima utitur corpore sicut ministro et sic coniunctum meretur non sibi sed anime sic in primo (?) anime operatur ideo non oportet quod coniunctum felicitetur. dicitur enim per de operibus que anima facit ratione corporis quod non [illegible] in illis unquam sic non corpus in eis quod facit mota ab anima vel imperio anime. Item Ad aliud diceret philosophus quod si dicatur quod omnia appetunt summum bonum et quod homo appetit dicendum quod appetitus ille est alius rationis et equivoce dicitur et sic non oportet quod homini conveniret per illud per quod convenit cum omnibus creaturis. Item Ad aliud diceret forte philosophus quod anima non dependet essentialiter a corpore nisi ratione operum que immediate corpore debet exercere et ideo acquisitum habitum non debet sive perditum si corpori non unitur. Item Ad aliud dicendum quod illud quod dicitur summum bonum constare ex bonis anime et corporis non dicit Augustinus secundum veritatem sed solum recitando opinionem aliorum sicut ibi patet. vel dicendum quod si ex dicitur causam materialem non quo ad esse sed quo ad [illegible] non enim beatitudo est illa bona sed ex illis bonis resultat. Item De secundo queritur sic sicut habetur in principio secundi physicorum et in secundo predicamentorum potestates rationales eedem sunt oppositorum ex quo videtur cum homo non habet operari per potentiam rationalem equaliter oppositas operationes erunt hominis inquantum homo. Item Ad idem si una esset operatio hominis inquantum homo sed una operatio non est simul bona et mala. ergo vel semper operatur bonum vel semper malum. Item substantia composita ex diversis ad opposita moventibus non est determinata ad unam operationem sed homo est substantia composita ex corporali et spirituali natura que movent ad contraria. corpus enim sive virtutes corporales movent ad bonum ut nunc. anima vero hominis ad bonum simpliciter. ergo non erit determinata operatio una hominis inquantum homo. Item Sed contra cum sit substantia una semper et actum unum habet suum terminum debet esse eius operatio una inquantum est homo sicut inquantum est homo est unum ens. id est unum habet esse quod concedendum est. Item Ad primo obiectum dicendum quod potestas rationalis dupliciter potest considerari aut inquantum est ens sive natura. aut inquantum est eligens sive deliberans. primo modo potestatum rationalium est una operatio. secundo modo non sed oppositorum est una operatio. vel potest dici quod aliqua operatio dicitur hominis dupliciter aut sicut eius quod potest homo operari aut sic eius quod dirigit hominem per naturam in finem per naturam intentum primo modo non est unius sed oppositorum. secundo modo est solum unius et hoc modo dicitur operatio una hominis inquantum homo. Item Ad aliud dicendum quod si homo componatur ex corporali et spirituali substantia quia tamen non est homo a corporali sed a spirituali substantia ideo etsi contingat ipsum operari ratione illius substantie corporalis quia tamen ab illa non est homo non tamen erit una operatio eius inquantum homo. Item De tercio sic dicit Augustinus quod visio est tota merces sed tamen vult quod beatitudo sit visio boni increati sed contingit quod visio refertur ad cognitionem ergo et beatitudo erit per se cognitive. Item Ad idem facit verbum apostoli dicentis hec est vita eterna ut cognoscant te et quem misisti Ihesum Christum ergo in cognitione consistit vita eterna sive beatitudo. Item contra cum bonum sit obiectum potentie motive et esse eamdem potentiam habet esse generis et speciei ut simul habebit esse in motiva sive felicitas. Item cum natura ordinetur ad bonum sicut et scire ad veritatem et eadem debet esse operatio obiectorum actuum

et potencialitas (?)

et potencialitas ergo cognoscitiva ad motivam ergo motiva dignior ergo secundum illam habet merces. Item actus particularis potencie est actus anime secundum partem sed felicitas est actus anime non secundum partem quia tunc esset alius actus anime secundum totum qui esset perfectior ea ergo non erit actus particularis potencie sed anime secundum omnem eius potenciam sive secundum se totam. Item Augustinus de moribus ecclesie. beatus est qui cum cognoscit optimum et amat cognitum et habet ipsum cognitum et amatum ergo beatitudo non solum perficit cognitivam non solum motivam immo est utrumque. Item Respondeo dicendum quod beatitudo non determinatur in anima secundum aliquam eius partem sed secundum se quia anima per se beata est unde per totum influit ad partes et non econverso. unde actus concomitantes felicitatem ut cognoscere vel diligere bene possunt esse in parte cognitiva vel in parte motiva sed beatitudo est tocius anime et ipsius secundum se. quod ostenditur quod visio est tota merces et visio est cognitive Respondeo quod duplex est visio simplex et hec cognitive est. et hec non est tota merces. et est visio affectiva et hec non solum est cognoscitive immo et cognitive et motive et hec potest dici tota merces. et eodem modo respondendum est ad secundam rationem. vel dicendum quod visio dicitur esse tota merces quia in visione incoatur inicium mercedis et amor potest dici tota merces quia in amore consumatur. unde secundum istas appropriationes potest dici felicitas esse cognitive vel esse motive sed non simpliciter ut visum est. quod ostenditur quod bonum est per se motive respondeo quod quod bonum est motive quia in ea consumatur. perfecta felicitas addit ultimum bonum ratione cuius additi potest se extendere ad potenciam aliam quam bonum simpliciter vel per se dictum. Item De quarto sic formatur vel actuum specie differentium si una est naturalis et alia cum ergo vita prima sit actus naturalis felicitas autem non non erunt eadem vita in specie. Item si felicitas et vita naturalis essent una vita eorum opposita essent mors una. ergo secundum hoc idem esset dicere aliquem esse mortuum et esse infelicem. hoc est falsum ergo primum. Item cum felicitas et vita naturalis differant tempore non erunt una vita. et hoc concedo. Item Sed contra idem manens idem natum est semper facere idem. Si ergo prima causa causa est vite naturalis et causa felicitatis cum semper maneat idem vita naturalis et felicitas sunt idem. Item cum causa materialis sive recipiens scilicet anima et causa efficiens scilicet prima causa sint idem in vita naturali et felicitate videtur quod vita naturalis et felicitas sint idem. Item Respondeo dicendum quod ista propositio idem manens idem semper natum est idem facere locum habet in agente per naturam non in agente per voluntatem quomodo prima causa agit. Item Ad aliud respondendum quod si causa prima sit causa efficiens felicitatis in nobis non efficit tamen eam in nobis nisi dispositis per bonas operationes unde recipiens differt hinc et inde anima enim per se non est cui confertur felicitas sed anima disposita per bonas operationes. Item De quinto sic potencie nobilioris est actus nobilior. sed actus speculative nobilior est quam active. speculatio enim minus dependet a re extra quam opus quod est actus potencie active quare potentia speculativa nobilior est quam activa. Item cum vita contemplativa sit melior quam activa et speculativa plus accedat ad contemplativam quam activa videtur quod potentia speculativa nobilior sit quam activa. Item huius gratia queritur utrum vita sit prior contemplativa vel activa vel civilis. dico enim accipio activam hic. quod contemplativa videtur quia contemplativa ordinat immediate hominem in deum sed civilis non sed ad proximum et ulterius ad deum. Item quod proximius est fini melius est et magis eligendum. sed vita contemplativa proximior est fini. scilicet felicitas consistit enim in cognitione primi sive summi boni vel dilectione sicut est felicitas. civilis autem magis attenditur in regendo vel regulando virtutes sensibiles per imperium rationis ut sic homo bene ordinetur ad se et ad proximum. et sic contemplativa erit nobilior civili sive activa. Item bonum quod nulla difficultas

sequitur magis est bonum quam quod habet. sed in acquisitione virtutis contemplative nulla vel parva difficultas sequitur quam virtutis vite civilis ergo illa melior. Item contra plura bona paucioribus bonis magis sunt eligenda sed in virtute civili attenditur recta ordinatio hominis ad se et ad proximum et ulterius in deum sed per intellectualem sive contemplativam non nisi ad deum ergo et cetera. Item cum virtus sit circa bonum et difficile supposita eadem operatione in specie et eadem affectione ex parte operantium solum difficultate maiori concomitante aliquem magis meretur quam maior difficultas concomitatur in operando. et verum est quod homines qui multum siciunt vel multum esuriunt magis dicimus mereri abstinendo quam qui non sunt huius ergo si difficultas maior in bene operando concomitatur activos magis quam contemplativos dummodo tamen eandem operationem faciant ex eadem caritate et affectione magis merentur activi quam contemplativi et seculares quam religiosi quod sine preiudicio ad plenius concedo. unde credo quod si idem operatur quis in seculo et in religione si tamen ex eadem caritate vel affectione operaretur propter difficultatem maiorem que concomitatur operationem secularis et magis meretur et magis a domino commendatur. plus enim credo remunerandum esse militem qui contra incursus hostium intollerabiles custodit castrum quam qui de rebus domini sui vel sic firmavit castrum suum quod incursus hostium non timuit et propter si non esset bonum inveniri ad minus magis est probata bonitas istius et sic domino suo magis debet esse accepta. Item Ad hoc ergo quod primum obicitur quod activa nobilior est quam speculativa et actio active supponit cognitionem antecedentem quod ostenditur quod non quia cognitio sive speculatio minus dependet a re extra Respondendum bene verum est quod minus dependet et quantum ad hoc est nobilior sed non simpliciter immo actio active quia magis ordinat nos ad summum bonum. Item Ad aliud respondendum quod vita contemplativa etsi concedatur quod est melior quam activa tamen non plus convenit speculativa sive speculativo cum contemplativa sive contemplative quam cum activa speculativo enim de qua hic loquitur nichil aliud est quam actus potentie speculative discernentis verum a falso. Item Ad aliud concedo eo modo quo visum est quod vita activa melior est contemplativa et accipit contemplativa et activa eo modo quo dicta et concedo rationes ad hoc. Item Ad primo obiectum respondeo quod eo ipso quod ordinat nos tunc in deum reliqua non ex hoc accidit quod maior difficultas est in vita ista tamen propter repugnanciam virtutum vel potenciarum sensibilium tum propter adversitatem exteriorum delectabilium se offerentium et ad contrarium moventium. Item Ad aliud respondendum quod sine dubio vita contemplativa proximior est fini et quantum ad hoc magis est eligenda sed ratione difficultatis concomitantis vita activa facit eundem finem plenius participare. Item Ad aliud dicendum quod illa consideratio boni quod nulla difficultas sequitur melius est debet intelligi non comparando ad bonum alterum sed ad se ipsum cum difficultate habitum ut sit sensus hoc bonum per se magis est eligendum cum non habet difficultatem quam facile possit conservari quam ipsum cum difficultate. ista quod facile potest adventu in divisis bonis comparando manifeste habet instanciam. vel dicendum quod ista consideratio non ponit magis eligendum simpliciter sed quo ad hoc solum.

Si autem opus et cetera. In hac parte auctor ostendit secundum quod bonum meretur felicitas anime secundum partem intellectivam activam et primo ostendit quod meretur homini secundum bonum quod est virtus et si plures virtutes oportet quod secundum optimam. secundo ad maiorem huius evidenciam dividit bonum hominis ut adiciat et perfectius ostendat quod meretur secundum virtutem. ibi videtur autem. et pars ista secunda habet duas partes in prima ostendit quod oportet dividere bonum hominis ut hoc perfectius ostendatur secundo dividit et ostendit per quod bonum meretur ibi. Distributis prima pars cum precedenti est de presenti lectione et dividitur prima pars quia primo dicitur quod si est aliqua propria actio anime ipsa est que ordinatur ad felicitatem et dicit quod loquitur de actione anime vel hominis studiose operantis. secundo quia actio bona primo inducit virtutem dicitur quod in unoquoque determinatur proprium bonum. scilicet felicitas secundum propriam virtutem ex propria operatione consequenter ibi. unumquodque et dicit tertio ibidem quod si plures acquiruntur plures virtutes dicendum est felicitatem meretur secundum optimam

tertio ne aliquis crederet quod sufficeret una bona operatio vel plures in uno tempore dicit quod non, sed requiruntur multe operationes et in multis temporibus. amplius. Quarto recapitulat ibi circumscribitur. postquam secunda parte in qua dicit quod oportet dividere bonum hominis dividit primo cum dicit quod oportet ipsum dividere. secundo dicit quod in uno est cum hoc et hoc probat per simile ibi tempore. tertio ne aliquis crederet quod propositum vellet sub tali investigare istud removet ibi oportet meminisse. quarto dicit quod circa principia sufficit dare cognitionem non subtilem sed verisimilem et apparentem ibi nunc autem. quinto dicit necessitatem quare fiat cognitio principiorum respectu eorum que determinantur in scientia ibi per se. sexto dicit quod de isto bono non solum scrutandum est per rationem ad bona apparentia de quibus conclusum est quod non sunt felicitas ut voluptas et divitie sed per rationem ad virtutem secundum quam dicit esse felicitatem intendit ibi scrutandum. Dicit ergo quod si actio anime simpliciter operantis secundum rationem est opus hominis hominis simpliciter consimiliter nos inquirimus i. dicimus illud opus s. anime secundum rationem esse genere hoc i. genere felicitatis et sic felicitatem inesse secundum illam. quasi diceret operatio recta anime vel hominis hec est bonum per quod felicitas inest homini. et dicit secundum rationem quo ad rationalem bene operantem vel non sine ratione quo ad sensibiles bene operantes sicut cum imperatur a ratione cum obediunt vel genus hoc. alia littera quasi diceret talis operatio est conveniens felicitati. Secundum quod sunt eiusdem generis hec inter se generaliter. Deinde ne crederet aliquis quod loqueretur de opere hominis universaliter coarctat dicens et hoc studiosi quasi diceret non dico quod omne opus hominis sit genere felicitatis sed opus hominis studiosi i. studiose operantis. Deinde quia aliquis posset querere utrum sit aliud opus hominis simpliciter et hominis studiosi ostendit quod sic sicut est aliud opus cithariste et studiosi citharoede quia opus citharoede est citharizare simpliciter sed studiosi citharoede opus est citharizare bene et dicit quod sicut est ex parte citharoede quod similiter est ex parte hominis unde dicit si autem ita quasi diceret si ita differt opus citharoede simpliciter et citharoede studiosi similiter ex parte hominis ita quod opus secundum rationem erit opus hominis simpliciter sed opera bona seu optima cum ratione erunt hominis studiose operantis. sic terminatur prima pars. Secundam sic prosequitur dicens bonum unumquodque i. bonum quod est unicuique s. felicitas perficitur quando omnia s. homines circa sunt et sic dicit bonum unumquodque perficitur i. unumquodque secundum propriam virtutem i. secundum propriam operationem quasi dicat virtute quia virtutem efficit nobis vel secundum propriam virtutem i. secundum virtutem unicuique convenientem ex propria actione bona unicuique. Deinde concludit dicens quod ex quo bonum humanum s. felicitas quasi dicat humanum participatione est actio anime i. per actionem anime inest cum ut in medio habitus actus ex actione tunc oportet quod felicitas insit secundum virtutem et dicit quod si plures virtutes reperiantur in homine debet esse inesse secundum optimam non quia optima sine omnibus aliis posset inducere felicitatem cum felicitas sit status omnium bonorum aggregatione perfectus sed per dominium quia ut principalior magis hoc dominium intervenit primum s. felicitatis. Secundam partem sic prosequitur dicens quod operationes oportet continuari et non solum esse unam operationem sed oportet multas esse operationes et in vita perfecta i. in omni tempore in quo homo habet vitam perfectam i. quando potest operari. et hoc dicit quia cum homines sunt debiles vel impotentes non sic tenentur operari. Deinde ostendit quod plures operationes requiruntur quia una hirundo non facit nidum quasi diceret sicut ad constructionem nidi non sufficit una hirundo sic ad acquisitionem boni habitus in quo anima debet quiescere. Sicut hirundo in nido non sufficit una operatio neque una die i. neque hirundo nidum facit operans una die sed in multis diebus et ex hoc concludit quod similiter una dies i. operatio unius diei vel parvi temporis i. plures operationes in parvo tempore felicem non faciunt et quod hoc sit intentio patet. Unde alia translatio dicit sed per actionem unam studiosam non acquiritur beatitudo quemadmodum non

per unam hirundinem fit nidus nec per unam diem temporis compositio est. Deinde recapitulat dicens quod bonum sic circumscribitur i. sic circumscriptione notificatur felicitas. et appellatur hic circumscriptio apparens et grossa notificatio rei. et dicit quod sic oportet notificare principia et non subtiliter. et dicit quod non sufficit sic dicere sed iterum oportet rescribere i. iterato scribere per quod sive per quod bonum insit felicitas. sic terminatur prima pars. Secundam sic prosequitur dicens quod videtur esse hominis i. pertinere ad hominem deducere i. dividere ea simpliciter homini que bene se habent. quasi diceret videtur pertinere ad doctrinam istam dividere bona hominis et dispositione circumscriptione i. apta manifestatione particulas i. diversas potestates in distinctione boni humani. Tertiam partem sic prosequitur dicens quod homo inventor est talium et cooperator tempus quasi diceret quod homo immorando multo tempore in cognitione bonorum et invenit ea bona i. cognoscit et ea comparat i. habet ea. quasi diceret homo laborando multo tempore circa ista bona et cognoscit et operatur sive bene ipsa. quod probat per simile dicens quod artium facta sunt additiones temporis i. secundum quod in maiori tempore studuerunt philosophi secundum hoc magis perfecte artes condiderunt quod probat quia artes condite in principio sine condicionis incomplete condite sunt sed postea per multum temporis et studium complete sunt tradite et vult dicere quod similiter cognitio et operatio boni prima erit et debilis nisi multum tempus et magna diligentia adhibeatur. Quartam partem sic prosequitur dicens quod in omnibus simpliciter que dicuntur in presenti doctrina oportet meminisse prius dictorum i. eorum que in principio diximus determinantes modum procedendi. Deinde dicit que sunt predicta quorum oportet meminisse dicens quod certum i. certa et necessaria declaratio et non similiter querenda in omnibus que dicuntur sed in singulis dictis oportet inquirere certitudinem secundum exigentiam materie vel sibi et secundum quod doctrina requirit. Deinde ostendit quod certitudo non est similiter querenda in omnibus dicens quod rector i. magister legum et geometer si utique inquirunt certitudinem linee sive de linea differenter inquirunt quod probat quia hic i. rector inquirit rectitudinem de linea prout est utile ad opus i. prout refertur ad actionem suam et ad affectum quia querit rectitudinem linee ne si credatur esse recta que non est recta per hoc [illegible] alius sicut accidit in divisione agrorum vel mansionum individuarum. hic autem geometer inquirit certitudinem de linea inquantum quale quid i. inquantum est passio linee certa ex propriis principiis ipsius et demonstrabilis de ea. quod probat quia geometer est inspector veri non boni sicut rector et dicit quod sicut est in hiis sic in aliis est faciendum ut s. in doctrina non determinetur aliquid nisi secundum quod doctrina exigit et hoc est quod dicit neque pluralis operibus i. quod necesse sit ad doctrinam presentem fiant extra opus i. extra necessitatem operis vel doctrine et quod hoc sit intentio patet per aliam translationem que dicit non oportet autem in omni eo quod querimus inquirere certitudinem uno modo sed oportet ut sit certificatio in unaquaque arte secundum subiectam materiam in ipsa et inquantum pertinet illi arti. multe namque artes conveniunt in speculatione de rebus eisdem differunt tamen in magis et minus ut carpentarius et geometer inquirunt cognitionem recti anguli. unum carpentarius non inquirit de ipso nisi inquantum est utilis in arte sua. geometer vero simpliciter est enim inspector veritatis. Quintam partem sic prosequitur dicens quod nunc i. in presenti doctrina non est relinquendum simpliciter quod determinetur de proposito. non est querenda causa similiter in omnibus i. non oportet quod causa querenda in quibusdam sufficiens est i. sufficit ad bene notificandum demonstrare aliquid i. cognoscere apparere et sensitive ipsum dicere. et dicit quod sicut est quod sufficit sic notificare dicens prima i. sicut esse principia i. circa cognitionem principiorum maxime principia sunt et prima et hoc dicit quia aliquid quod in doctrina aliqua est principium in doctrina posteriori est conclusio et non est sicut conclusio sed sufficit ipsum sic dicere cognitione verisimili et apparenti. Deinde manifestat quod

appellatur esse principium dicens quod principium appellatur sicut hoc primum quod est per se nota omnes alias movet generales mediores. Deinde dicit quod principiorum quedam cognoscuntur inductione i. per inductionem in pluribus singularibus et quedam sensibus i. quedam sunt principia que extra singularia non habentur et illa nota sunt quia visa sunt in sensu. hec autem i. alia cognoscuntur per assuetudinem vel alio modo. Tertiam sic prosequitur dicens quod temptandum est persequi i. determinare persequendo singula simpliciter que determinantur in doctrina ista secundum quod nata sunt i. secundum quod necessaria eorum determinatio in presenti doctrina. et studendum est i. diligentia apponenda ut fiat bene prout doctrina requirit. quia principium i. cognitio principiorum facit magnum influxum i. certitudinem et manifestationem in se et auxilium i. certitudinem et manifestationem quo ad nos ad sequentia i. ad ea que sequuntur in doctrina post ipsa principia et dicit quod cognitio principiorum est plus quam dimidium notitie totius doctrine quia cum principia nota sunt manifesta s. omnia que sequuntur ad principia. Circa sextum sic prosequitur dicens quod scrutandum est i. inquirendum de eo i. de vero bono quod est felicitas non solum ex conclusionibus i. non solum per comparationem ad bona apparentia de quibus conclusum est quod non sunt felicitas sicut voluptates et divitie sed ex dictis i. sed per comparationem ad actiones anime secundum rationem et ad virtutes et dicit auctor quod huic bono vero omnia consonant i. consentiunt et concordant et ipsum verum bonum dissonat falso i. a falso bono sicut dicitur et voluptates et huiusmodi sic terminatur sententia. Primo queritur utrum felicitas insit anime secundum actionem anime vel virtutem. secundo utrum verum sit quod ad felicitatem acquirendam plures requiruntur operationes. tertio quia dicit quod vero bono omnia concordant queritur utrum creatura possit ultra vel supra se diligere primum bonum et verum s. increatum bonum. De primo sic arguitur in parte sequenti dicit quod felicitas non est secundum virtutem immo cum sit nobilius quolibet bono humano ostendit quod non inest secundum aliquod bonum hominis [illegible] ergo ostendit hic quod est secundum virtutem suam sed anime bonam actionem. Item sicut vult Augustinus temporale non est causa eterni sive perpetui cum ergo felicitas sit bonum perpetuum bona actio sive ut bonum temporale bona actio sive virtus non erit causa felicitatis. Item cum felicitas insit homini secundum aliquam non erit secundum anime actionem cum anime actio non sit causa unius. cum rei una est causa secundum idem ergo esse. Respondendum quod felicitas est per anime actionem sive secundum virtutem. Sed notandum quod hec propositio secundum potest dicere causam efficientem et sic non inest felicitas secundum virtutem nec secundum anime actionem sicut dicit postea vel potest dicere causam materialem et hoc dupliciter quia vel inest secundum actum vel sicut dispositionem et sic est dicere quod inest secundum virtutem vel anime actionem et per hoc patet solutio ad primum equivocatur enim accipiendo hec propositio secundum cum dicit inferius quod felicitas sit ultimum bonum hominis inest et hic cum dicit quod felicitas est secundum anime actionem sive secundum virtutem et per idem apparet solutio ad secundum. Ad secundum dicendum quod etsi temporale non sit causa perpetui vel eterni quantum sit per causam efficientem tamen inest prout esse temporale licet eius esse sit perpetuum. Circa tertium quod sicut cum unius causa sit una sicut virtus vel felicitas una est sic debet habere unam operationem sicut causam non ergo requiritur multitudo operationum ad virtutem. Si dicas quod multe operationes sunt una causa. contra prima operatio aut causat virtutem aut non si sic habetur propositum si non pari ratione neque secunda neque tertia et sic multe operationes non causant virtutem. Item cum tamen possit una operatio in aliquo bene disponere quod multe in alio male vel minus bene disponere sicut patet est in habitibus intellectualibus quia videtur quod qua ratione multe bone operationes causant habitum bonum in aliquo quod eadem ratione in alio una bona operatio causa sit habitus boni. Item una mala operatio sufficit ad malum habitum quare similiter una bona operatio sufficiat ad habitum bonum. Respondendum quod ad virtutem multe operationes requiruntur multe dico vel secundum numerum vel secundum reputationem

quia si plures numero in eo enim qui precipuus est una bona operatio multe est secundum reputationem et plures operationes bonas facit. Ad primo obiectum respondendum quod sine dubio unius inquantum unum causa est una et ille multe operationes et si sint multe sunt tamen una causa ipsius virtutis sive felicitatis. Ad aliud respondendum quod licet neutra per se inducat habitum tamen secunda tamen vel quarta adiuncta precedentibus potest inducere habitum non per se sed cum aliis. Ad aliud dicendum quod quantumcumque sit homo bene dispositus semper repugnat in eo spiritus adversus carnem caro enim et vires sensitive semper movent ad bonum ut nunc quietum est de se et non rectificatur communiter per rationem semper movent ad bonum ut prius et quia sic est nullus est ita bene dispositus in quo sufficere possit una operatio bona nisi in quocumque sufficiat quantalibet multitudo operationum ad habitum immo in quibusdam plures in quibusdam pauciores requiruntur et loquor secundum philosophum quia forte secundum theologum secus est. Ad aliud dicendum quod si vires sensitive ita per se movent in bonum sicut est dicere quod per se movent in malum forsitan sufficiat una operatio ad habitum bonum sicut ad habitum malum sed non est sic. forsitan tamen nec ad habitum malum sufficit secundum philosophum una operatio mala. De tertio sic sicut videtur velle Anselmus natura quidquid appetit appetit reflectendo ad se et propter se ergo si diligit bonum increatum diligit ipsum reflectendo ad se et in propter se ergo se magis quare per naturam creatura rationalis non potest diligere summum bonum ultra se. Item ad idem dicit b. omnis actus naturalis tantum hic est reflexus in se ergo et actus dilectionis naturalis ergo non diligo per naturam summum bonum sed in ratione quod est sibi commodus quare se magis et non summum bonum supra se. Contra dicit Anselmus quanto aliquis videt meliora bona tanto magis diligit illa ergo si per naturam potest creatura cognoscere summum bonum esse melius omni alio et se ipso per naturam potest ipsum magis se ipso sive supra se diligere. Item bonum est ratio diligendi ergo magis bonum magis erit ratio diligendi. Si ergo per naturam potest creatura cognoscere summum bonum esse magis bonum se ipso per naturam poterit ipsum supra se diligere. Item cum deus sit bonum increatum magis sit necessarium creature quam creatura sibi ipsi magis per naturam hoc diligit a creatura quam creatura a se ipsa. Respondendum quod naturali dilectione nulla creatura potest diligere bonum increatum supra se. Ad primo obiectum dicendum quod si magis magis bonum magis sit diligendum per naturam sed non secundum actum nature creatura magis diligit ipsum quia in dilectione naturali non est mera libertas immo semper tendit in suum commodum et quidquid diligit vel appetit diligit vel appetit referendo ad se et similiter respondendum est ad alia duo que sequuntur et si enim per naturam cognoscat creatura summum bonum esse summe diligendum et supra se non tamen in hoc quia quod facit vel appetit facit vel appetit propter se.

Distributis autem bonis et cetera. In hac parte dividit auctor bonum hominis ut adiciat et ostendat per quod bonum inest homini felicitas et primo ponit divisionem bonorum hominis secundo ostendit secundum que insit. Quare utique. tertio convertit se ad opiniones precedentes que dicebant quod felicitas esset in divitiis vel honoribus vel voluptatibus et dicit quod ea que circa felicitatem videntur esse videntur existere circa hec. videntur autem. quarto dicit ut opinionum magis sit eligenda concordia. Dicentibus in prima parte primo ponit divisionem secundo comparat dividentia inter se secundum nobilitatem maiorem vel minorem. quedam. tertio per appositionem operationes. secunda parte inquantum ostendit quod felicitas est secundum bona anime dividit in duas primo concludit ex predictis quod felicitas inest secundum bona anime secundo ponit auctoritatem ad hoc quorundam dicentium quod bona vita et bona operatio felicitas est. concordat [illegible] per tantum continet prius [illegible] in prima dicit auctor quod bona que

20

attendunt in felicitate uidentur esse in hiis que dicta sunt .s.
in diuiciis honoribus et volup. secundo ponit opiniones huius questionis
tercio dicit quod et si hec dicentes haberent racionem tamen omnes peccabant
de utroque. circa et ultima particula non diuidit. ¶ Circa primum sic
procedit dicens. Distributis bonis .i. cum bona hominis distribuantur
.i. diuidantur per tres differencias et exponit que sunt ille tres differencie dicens
hiis .i. quibusdam dictis exterius hiis autem circa animam et circa corpus
qui dicit cum quedam sunt bona hominis exteriora ut diuicie quedam
circa animam ut sciencie et uirtutes quedam circa corpus ut sanitas
cum ita sit nos dicimus ea bona que sunt circa animam principali-
ora esse illis que sunt exterius uel que sunt circa corpus. Deinde dicit
quod operaciones et actus alias opponimus illis operibus que sunt secundum
animam et appellat operaciones alias que sunt ab anima sensitiua que quidem
possunt dici corporales. operaciones circa animam que sunt secundum animam
intellectiuam sic nominat principaliores. Deinde exequitur secundam dicens
questione uero. et intendit dare racionem ultimam cum bona secundum animam
sint principaliora et felicitas sit bonum principalius magis habet inesse secundum
illa. Deinde probat illud dictum quorundam dicencium quod bona uita
et bona opera esse est felicitas quia hec sunt que necessitatem ad
inducendum felicitatem et constat quod bona uita siue bona
opera bonum dicuntur anime. Dicit ergo questione. quasi dicat cum bona per
animam sint principaliora ut dicunt philosophi secundum hanc opinionem
illis que dicit quod bona anime principaliora sunt ut certe .i.
que opinio est uera uel ueteratam .i. ab antiquis approbatam et
concessam a philosophis. recte autem .i. recte concessa est ut tamen dicitur
quod operaciones anime dicuntur finis non per generacionem sed per dignitatem
qui dicit quod operaciones anime inducunt finem .i. felicitatem et hoc dico
dicit auctor dum illa opera anime sit circa animam .i. non acquirat
bonum anime et non exterioribus bonis .i. dum non sit propter bona exteri-
ora et hoc dicit quia operaciones exteriores dum fiunt gracia bonorum tem-
poralium non possunt esse cum felicitate. Deinde dicit quod huic ser-
moni concordat opinio illorum qui dicunt bene uiuere et bene
operari esse felicitatem. quod probat quod felicitas dicitur esse bona
opera et bona uita qui dicit hec sunt idem quia que de necessitate
bona uita et bona opera inducunt felicitatem circa tamen sic procedit
dicens quod circa ea que dicta sunt. ut circa uoluptates honores et diui-
cias uidentur esse ea que queruntur circa felicitatem. .s. perfectio sufficiencia
et eligibilitas et ideo dicit quod hiis .i. quibusdam felicitas ui-
detur semper. hiis .i. aliis uidetur felicitas esse prudencia aliis
uero sapiencia. et aliis uidetur sapiencia cum uoluptate uel prudencia
cum uoluptate uel aliquid tale. et dicit quod alii putauerunt
felicitatem esse habundanciam exteriorem .i. bonorum exteriorum. que .s.
est in diuiciis uel honoribus. Deinde dicit quod multi philosophi et ueteres
siue sapientes quia in antiquis est sapiencia dicunt quedam
horum. hec autem .i. quedam alia dicunt pauca sed tamen nobiles .s. nobili-
tate ingenii. post hoc dicit auctor quod de utroque horum est racionabile
quod dicatur opinionum istarum unaqueque racionabilis quia non ponebant
sic sine racione. sed tamen peccare .i. peccatum est in uniuersali .i. in una
quaque istarum opinionum est peccatum simpliciter. sed plurima .i. plures
istarum opinionum uerum est esse directa .i. directas et ueras
in quid .i. secundum quid. qui dicit licet unaqueque istarum opinionum
simpliciter falsa sit tamen secundum aliquid est ibi ueritas. et quod sic de-
beat legi patet per aliam translacionem que dicit et non peccabant
aliquis eorum in toto eo quod credidit de hoc sed ipsi recte sapiunt
aut in re una eius de quo dixerunt aut in pluribus. Circa quartum
sic procedit dicens quod ipse magis concordat dicentibus .i. illis qui
dicunt felicitatem esse uirtute quemdam .i. inesse secundum uirtutem quam-
dam quod dicit quod felicitas est status omnium bonorum aggregacione perfectus
uel uirtutem quamdam .i. inesse secundum uirtutem quamdam scilicet secundum
perfectissimam et hec per ... uel diuinum. Unde dicit quod ipsa
felicitas est actio .i. fit nobis per eam uirtutem que est secundum se
ipsam .i. que est uera et simpliciter uirtus. ¶ Primo queritur in
hac parte de diuisione bonorum quam hic ponit. secundo utrum anima separata
possit mereri uel demereri. tercio utrum in ea separata maneant uirtutes.
quarto utrum secundum eam anima separata possit operari. quinto super
hoc quod dicit quod ea que sunt circa felicitatem uidentur esse circa honores et diui-
cias
et huiusmodi gracia quod uerum male dispositus secundum appetitum appetens diuicias
super omnia appetat super omnia summum bonum. sexto super hoc quod dicit
quod omnes iste opiniones fuerunt racionabiles. septimo super hoc quod dicit
quod concordat dicentibus felicitatem esse uirtutem. ¶ De primo sic cum esse unum
eius ponat bonum tamquam per conuertibilitatem sicut hominis est unum
esse sic bonum unum et sic sicut esse hominis non diuiditur per differencias plures
sic nec bonum hominis cum bonum hominis sit quod est propter hominem uel quod est ab
homine sed propter hominem non potest esse nisi racione corporis uel anime cum de esse eius
non sint plura neque ab homine similiter uidetur quod tamen debeant esse
bona distincta. ¶ Item cum diuisio debeat fieri primo per duo membra hic
deberet poni diuisio boni per duo membra. ¶ Preterea istud uidetur quia in
precedentibus ubi auctor diuidebat bonum diuidebat in bonum propter se et
propter aliud et ita ponebat bimembrem diuisionem unde similiter
et hic debet ponere bimembrem. ¶ Preterea queritur quid appellat
hic bonum secundum corpus si sanitatem et huiusmodi contra. non possumus dicere
corpus hominis esse sanum uel egrum sed ipsum hominem ergo hoc non erit
corporis sed coniuncti. Similiter queritur quid appellet bonum anime si
scienciam et uirtutem hoc non uidetur. Dicit enim Aristoteles qui dicit animam scire
uel intelligere. dicit eciam texere uel edificare ergo sicut texere uel edifi-
care est coniuncti sic et scire et intelligere. ¶ Preterea coniuncti operari
bonum uel malum ergo cum uirtus generetur et saluetur ex bonis operibus uirtus
erit coniuncti. ¶ Preterea dicit quod operaciones alias opponimus illis que sunt
circa animam non uidetur hoc uerum quia in quarto libro de anima dicit quod delec-
taciones quedam sunt corporales et quedam alie et appellat alias
que sunt ab anima non ergo opponitur hiis que sunt circa animam. ¶ Responsio. dicendum
est bonum naturale et est bonum acquisitum bonum naturale potest esse unum
sicut et esse unum et istud conuertitur cum esse uel ente sed non bonum acquisitum
de quo loquitur hic et nota quod bonum naturale duplex primum scilicet totum
et consequens scilicet secundum partem. appello bonum naturale partium siue
consequens quod primo respicit partes hominis sicut habitus naturales
anime uel habitus naturales corporis. appello autem bonum naturale totum
quod respicit ordinem hominis secundum se siue secundum quod homo et bonum
naturale hoc ultimo modo unum est non primo potest esse plura. ¶ Ad
aliud dicendum quod bonum hominis sine dubio duplicatur est uel quod est
propter hominem uel quod est ab homine sed siue sic siue sic potest esse bonum
hominis interius uel exterius. si interius uel a parte anime uel a parte corporis et ideo
triplicatur potest accipi bonum hominis siue dicatur bonum hominis
quod est ab homine siue bonum hominis quod est propter hominem et per hoc patet
solucio ad aliud hec enim diuisio potest reduci ad diuisionem bimembrem
hoc modo bonum hominis aut est interius aut exterius petit subdiuidi potest
interius in bonum anime et bonum corporis. ¶ Ad aliud dicendum quod bonum
potest diuidi per comparacionem ad illud quod est et hoc modo diuiditur hic
et quia homo indiget bono interiori et exteriori et interiori
duplicatur ut uisum est ideo bonum sic diuidi potest per differencias tres.
aliter potest diuidi bonum per comparacionem respectu finis et quia sic
omne bonum uel est finis uel ordinatum ad finem hoc modo diuiditur
per differencias istas bonum propter se bonum propter aliud. ut dicatur bonum
propter se quod finis est bonum propter aliud quod comparatur ad aliud sicut
ad finem. ¶ Ad aliud dicendum quod bonum circa corpus appellatur hic bonum
non quod est corporis per se sed coniuncti racione corporis. Similiter bonum
anime dicitur hic non quod est anime per se sed coniuncti racione anime. et
sic sanitas potest dici bonum corporis. et sciencia uel uirtus bonum anime.
¶ Ad aliud dicendum quod hoc nomen animale potest accipi et denominari ab
anima uel ab alio. si ab anima sic accipitur in libro quarto et non sed
si ab alio sic accipitur hic et tunc opera animalis appellantur hic
que debentur homini in quantum animal et quia anima sensitiua et potencie eius possunt
dici corporales tum quia mediante organo corporeo operantur et quia eciam organo cum corpore generantur et corrumpuntur
sic possunt dici quod opera alia opponuntur operibus anime hominis. ¶ De secundo
sic. omne mouens coniunctum alicui mouenti ad finem plus
potest separatum quam coniunctum ergo cum anima coniuncta corpori sic coniuncta
mouentia ad finem quod quidem de natura sua appetatur sicut quod ad quod mouet
quia de natura sua mouet ad bonum simpliciter. corpus uero ad bonum
ut nunc plus poterit ad bonum simpliciter separata quam coniuncta ergo si coniun-
cta potest mereri multo plus et separata potest. ¶ Item ex unione mo-
tori cum mobili fit motus in actu sed in motu ad uirtutem anima
mouet se per suam uoluntatem ergo si uoluntas anime unita est
anime separate sicut et in coniuncto poterit bonum operari separata sicut
coniuncta. ¶ Item quanto perfectius uirtus minus abstracta tanto uirtus magis ab-
stracta. ergo cum anima uel uirtus anime separate magis sit abstracta quam
uirtus anime uel anima in coniuncto si in coniuncto potest mereri multo plus et
separata. ¶ Item ut habetur ab Aristotele in topicorum quarto secundum appetitum
omnes dicuntur boni uel mali cum ergo in anima separata remaneat ap-
petitus uidetur quod anima separata secundum illum appetitum possit mere-
ri et fieri bona. ¶ Contra uero habetur in tractatu de anima. anima creata
est imperfecta scienciis et uirtutibus perfectibilis autem hiis et ideo unitur
corpori ut eo mediante sibi acquirat scientias et uirtutes ex quo
si per se posset frustra uniretur quare cum hec unio non sit frustra
restat quod per se non potest mereri uel demereri. ¶ Item cum in perpetuis non
differat actus a potencia et omne quod est in statu merendi est in
potencia ad premium suba ut est perpetua non potest esse in statu merendi ergo cum
anima separata sit suba perpetua ipsa separata non potest mereri.
¶ Item sicut dicit Messalac in libro de causis per operaciones que sunt cum delectacione
et tristicia et hec ex parte operantis sed cum delectacio et tristicia quamuis sic
oportet quod a principiis contrariis causata sunt sed anima separata non est
constituta ex contrariis sed coniuncta .s. ex corporali et spirituali substancia
siue ex corruptibili et incorruptibili quare separata non merebitur sed solum in
coniuncto quod concedendum est. ¶ Ad primo obiectum dicendum quod mouens
ad finem duplex est. est enim quoddam mouens ad finem aliquis ab
eo differens secundum esse et non solum secundum essenciam et de isto uerum
est aliud mouens ad finem differens ab eo secundum essenciam non
tamen secundum esse et tale non plus potest separatum quam coniunctum et hoc est
quia illo mouente ad finem potest uti sicut instrumento et hoc
modo se habet anima respectu corporis. uel aliter mouens ad finem duplex
est quoddam quod non est natum nec ordinatum ad alterum et de istis est
uerum. est aliud quod est natum et ordinatum ad alterum sicut autem
corpus ad animam et de istis non est uerum. ¶ Ad aliud dicendum quod loquendo
de uoluntate dupliciter aut inquantum est sicut natura et sic semper est
coniuncta uoluntas mouens anime quam mouet et in anima separata.
aut inquantum est uoluntas .s. sicut deliberans et eligens et hoc modo non est
semper in anima ut cum est coniuncta neque secundum appetitum talem ap-
petit anima separata sed solum in coniuncto et secundum talem appetitum
est mereri. quod obicit quod uirtus magis abstracta potest quicquid potest minus
abstracta dicendum quod uirtus est cum uirtutes ille sunt in eodem et simili-
ter operantur. uel dico quod si uirtus anime in coniuncto per se sine corpore haberet posset
et uirtus anime separate. sed non est sic. ¶ De tercio sic. sicut dicitur in
sequentibus ex eisdem generatur et conseruatur uirtus sed ergo in anima separata
non manent operaciones ex quibus uirtus generetur neque ex quibus conseruetur
et si sic uirtus non manebit in anima separata. ¶ Item ad idem uirtus
est habitus a quo quis est bonus et opus eius reddit bonum ergo habens
uirtutem essencialem est bonum operari ergo et posse mereri cum ergo anima
separata non possit mereri ut prius ostensum est non poterit habere uirtutem.
¶ Item forma composita siue forma totius non manet in partibus
disiunctis hoc patet separata est anima a corpore non corpus dicitur
homo non anima dicitur homo cum ergo uirtus sit forma composita sicut et minus
actus est compositi sicut non manet humanitas in anima separata sic nec
uirtus. ¶ Sed contra quod corrumpitur corrumpitur a contrario uel quia ex contrariis uel propter
defectum eius in quo est sed uirtus per se est anime. si ergo in separacione
anime a corpore corrumperetur uirtus uel hoc esset a contrario. quod non potest esse quia con-
trarium non aduenit nisi per contrarias operaciones nec quia ex contrariis componatur.
Item neque per defectum eius in quo est cum in illa separacione anima
non corrumpatur quare manebit uirtus in animam separatam. ¶ Item destructa
unione anime ad corpus non propter hoc a corpore separantur corporis proprie-
tates immo remanet album uel nigrum longum uel breue quare similiter
poterunt remanere disposiciones que proprie sunt anime que sciencie et
uirtutes poterunt remanere in anima separata. ¶ Cum supposita sub-
racionabili uirtus et macium inmediate et que contrarie opponuntur secundum
dictum in primo Perihermeneias quod par et impar est contrarie in genere si anima
separata non esset uirtuosa esset ergo uiciosa quod esset inconueniens supposito quod
male operaciones non precesserunt relinquitur ergo quod in anima separata erit
uirtus et hoc concedendum est. ¶ Ad primo obiectum in contrarium dicendum quod cum dicitur
ex eisdem generatur et conseruatur unumquodque dico quod uerum est ubi illud
generatum indiget conseruante sed quia omnis habitus anime sepa-
rate incorruptibilis est ideo non indiget conseruante et ideo et si in anima
separata non sint iste operaciones nichilominus ibi poterit esse uirtus. preterea sciendum
quod duplex est causa siue medium quo ad fieri et hoc non consistente
nichilominus potest res existere. sicut patet si deficiat sensus uisus non tamen propter
hoc deficit sciencia de colore. sed bene uerum si prius non haberet sine uisu non
acquireret et hoc modo sunt operaciones cum uirtutis et ideo non ad esse uir-
tutis nec ad conseruacionem eius requiruntur sed si esset cum secundum esse et cetera
bene obiceret. ¶ Ad aliud quod ostendit quod habens habitum essencialem
est operari dicendum quod si habet locum non habens est cum possibile ad finem sed sic
non est cum est in anima separata. uel dicendum duplex est opus quoddam est in quo
operans habet aliquid mouens ad finem et secundum hanc potest mereri
et hec non est in anima separata. aliud est in quo operans nichil habet
quod moueat ipsum ad finem et hoc non est principium merendi et hec est
in anima separata. ¶ Ad aliud dicendum quod forma consequens compositum
duplex est quedam naturalis et quedam acquisita naturalis non manet
sed acquisita duplex est quedam que acquiritur in composito sed racione corporis
et hec potest remanere cum corpore quedam gracia anime et hec potest manere
cum anima sic autem est uirtus. ¶ De quarto sic actus est perfectio potencie
ergo cum habitus se habeat in medio potencie uel actus. actus erit perfectio habitus
ergo sine actu habitus est imperfectus si ergo in patria nichil est imperfectum
ibi non erit habitus sine actu quare si anima separata habet uirtutem
necessario operabitur secundum eam. ¶ Item ad idem frustra est potencia
quam non sequitur actus ergo frustra esset habitus in patria non sequeretur actus
uel aliquod opus ipsius ergo si nichil est ibi frustra oportet quod anima habens habitum
uel uirtutem ibi operetur secundum eam. ¶ Item ubi nullus est defectus
ibi implentur omnis potencia sed in patria nullus est defectus cum ergo complecto
potencie uel habitus sit per actum in patria erit semper habitus cum actu.
¶ Item in perpetuis non differt esse et posse. sed habitus omnis anime se-
parate est perpetuus ergo ibi non differt posse habitus ab ipso esse. sed habitus
semper habet potenciam ad actum ergo ibi est semper cum suo actu.
¶ Sed contra cum in anima separata non sit motus concupiscencie car-
nis. actus uero castitatis est moderare concupiscenciam carnis
anima separata non operabitur secundum castitatem. Similiter cum fortitudo
attendatur in sustinencia difficilium uel aggressione terribilium
cum in patria sine anime separate non obiciantur ista terribilia siue difficilia
anima separata secundum fortitudinem non operabitur. Similiter cum opus uel actus
iusticie sit reddere unicuique quod suum est cum anima separata non pos-
sit uti hac actu quia non proprium ibi ab alio auferre uidetur
quod actus iusticie non poterit operari. similiter cum actus prudencie

accendatur. In discretione boni a malo ibi autem nichil erit malum a quo bonum discernatur actum prudencie non poterit alia separata exercere. ¶ Ad horum evidenciam sciendum quod istarum virtutum duplex est actus. quidam est propter indigenciam operantis et ad ipsam removendam. et talis non erit in patria. Alius est ad ostendendum perfectionem operantis et potenciam largientis. ubi gratia sicut gaudere de castitate et laudare largitorem castitatis et talis manebit. sed propter impotenciam et debilitatem sui perfectionem admovendam est quod castitas cohercet et refrenat motus concupiscibilis et talis actus ibi non manebit quia ibi nichil erit quod moveat ad illicita. sed illi actus qui magis sunt interiores remanebunt et non exteriores eodem modo dicendum de actibus secundum unamquamque aliarum virtutum et secundum istam distinctionem potest responderi ad omnia argumenta. ¶ De quarto sic cum iste inordinate appetens finem et divinum suum appetitum ponat in diviciis vel in honoribus nichil tale est summum bonum videtur quod talis non appetat maxime summum bonum. ¶ Sed contra. si quis quaerat a male ordinato quid summe appetat quantumcumque sit male dispositus dicet quod summum bonum ergo summe appetens divicias summe appetit summum bonum. ¶ Item dicit Augustinus ultima vitia extrema nature vestigia delent sed appetitus naturalis erat respectu vere beatitudinis ergo cum maneat et non corrumpatur in male disposito adhuc maxime appetet beatitudinem veram. ¶ Respondendum quod quilibet quantumcumque male dispositus per se et per se appetit beatitudinem veram et quod aliquando fallitur in non vera ut in apparenti beatitudine sed est ratione alicuius appetitus ut beatitudinis quam videt in apparenti propter quam credit eam esse beatitudinem veram quia enim summum bonum est per se sufficiens et per se delectabile et per se reverendum et intellectus non bene dispositus considerat sufficienciam in diviciis. delectationem in voluptatibus reverenciam in honoribus ideo credit esse summum bonum unum per se non quesitum nisi in bono signum. unde quod dicitur quod appetitus eius terminatur ad divicias vel ad honores dico quod verum est sed non per se sed ratione summi boni quod ibi credit. ¶ De tercio sic. dicit hic quod iste opiniones racionabiles sunt quas superius in principio tetigit dicto quod homines omnes hee opiniones tamen sunt ergo non sunt racionabiles ut videtur. ¶ Item hic dicit quod in multis est peccatum ergo non sunt racionales. ¶ Item si sunt racionabiles quare reprobantur esse in parte precedenti. ¶ Respondendum quod opinio dicitur racionabilis dupliciter. uno modo dicitur racionabilis opinio que ex se ipsa pretendit manifestam rationem quare ponatur vel opinetur et sic modo vera materia hanc racionabilem opinionem. alio modo dicitur opinio racionabilis ad quam opinantis pretendit aliquam rationem qua sic opinetur et hec sive veram sive apparentem. et opinio racionabilis hoc modo potest esse non vera et reprobari et hoc modo dicit hic racionabiles esse istas opiniones. ¶ De septimo sic superius autem ostendit quod felicitas non est virtus ergo cum hic dicat quod concordat dicentibus felicitatem esse virtutem videtur quod sit contrarius sibi ipsi. ¶ Preterea inferius dicet et superius dixit quod felicitas inest secundum virtutem. sed quod inest secundum virtutem non est virtus ergo felicitas non est virtus. ¶ Ad hoc respondendum quod cum dicat quod concordat dicentibus felicitatem esse virtutem et sic vult quod virtus est felicitas hec predicatio virtus est felicitas non est per essenciam quia sic contradiceret predictis sed est per causam. unde sensus est felicitas est virtus. i. felicitas inest secundum virtutem sicut causam a virtute. ¶ Sed contra inferius dicet quod felicitas inest secundum divinam providenciam non ergo inest secundum virtutem. ¶ Dicendum quod equivocatur hec propositio secundum cum enim dicamus felicitatem inesse secundum virtutem hec propositio secundum notat causam in eum sic dispositum. sed cum dicamus quod est secundum divinam providenciam hec propositio secundum notat causam efficientem.

Differre autem et cetera. Ostenso quod felicitas inest homini secundum partem intellectivam activam et per bonum hominis quod est virtus posset aliquis querere quod sicut virtus potest esse habitus preter actum quod similiter et felicitas ideo in hac parte intendit ostendere quod felicitas est actus et non habitus. Et dividitur in duas partes quarum prima actum vel alius et melius ordo quod felicitas inest secundum virtutem in hac parte ostendit quod inest secundum virtutem non ut est habitus sed magis ut est actus. Et primo ostendit istud. secundo ostendens cum hoc quod oportet illum actum esse cum delectatione. secundo quia ex defectu bonorum temporalium inest tristicia et ex habundancia delectatio ideo credet aliquis quod necessario ille actus requirit temporalium habundanciam ad hoc quod felicitas sit actus illum tercio et hoc non est verum propter hoc istud secundo removet. tercio. Videtur autem. prima pars habet partes iiii. in prima dicit autem quod differre credere felicitatem esse habitum vel actum sive esse secundum virtutem ut est habitus vel ut est actus. secundo ostendit quod inest secundum virtutem ut est actus non ut est habitus ibi habitum. tercio dicit quod actus ille oportet esse cum delectatione. est autem vita. quarto concludit quod ex quo ita est. oportet felicitatem esse ab optimis optimis vel si una est optima dicendum est quod inest secundum illam optimam. Si autem. pars secunda habet partes duas. primo dicit quod ipsa felicitas videtur ad sui acquisicionem indigere bonis exterioribus. secundo manifestat istud specialiter. impossibile. tercio dicit quod quidam ponunt felicitatem esse prosperitatem quidam virtutem. unde. pars prima primi huius lectionis non dividitur sed pars secunda habet duas partes propter duas rationes quarum prima sumpta est que a causa secunda que ab effectu et incipit ibi quemadmodum. pars tercia continet partes duas propter duas rationes per quas ostendit quod actus illos oportet esse cum delectatione quarum prima sumitur per inductionem. secunda que ab auctoritate. ibi utique. in prima ratione minor facit primo dicit quod unumquodque sive opus vel actus talium est vel debet esse delectabilis. secundo quia dividit delectabile in delectabile simpliciter et alicui. ibi delectari. tercio dicit quod aliquibus delectabilia adversantur. pluribus. quarto ponit rationem ad ostendendum propositum. scilicet quod actus vel opus talium delectabilis est. cum predictum. ¶ Circa primam partem sic procedit dicens quod non differt parvum credere quod est optimum scilicet felicitatem esse in habitu vel in actu. i. esse habitum vel actum vel esse in habitu vel actum. i. inesse per illud scilicet per virtutem ut est habitus vel ut est actus et manifestat quid appellat virtutem habitum dicens. i. in passione et quid actum dicens. i. in usu. Deinde ponit rationem primam ad ostendendum quod inest per virtutem ut est actus. et est talis illud secundum quod inest felicitas non potest non operari bonum. sed virtus ut est habitus potest non operari bonum sicut accidit in dormiente ergo felicitas non inest per virtutem ut est habitus sed magis ut est actus. Deinde dat secundam rationem que talis est premium temporale non datur habentibus habitum sed actum suis operantibus in actu ergo similiter premium spirituale debetur non habentibus habitum sed actum suis operantibus in actu. Circa tertiam partem primo premittit sic procedit dicens. vita. i. opus quorundam talium operantium secundum quod hic inesse felicitas debet esse simpliciter delectabilis. Deinde dicit quod est delectabile simpliciter et est delectabile alicui sicut illud ad quod unusquisque est amator et dicit quod quibusdam adversantur delectabilia sibi quia non delectantur in eis que sunt vere et simpliciter delectabilia. Deinde ponit rationem talem illis scilicet bonis qui non delectantur in operibus bonis ergo si felicitas testatur secundum virtutem ut est actus oportet quod actus ille sit delectabilis sive cum delectatione. Secunda vero est talis ut iudicat studiosus et bonus ergo actus per quem inest felicitas debet esse delectabilis. Circa quartam partem sic procedit dicens quod si ille operaciones cum delectatione inducunt felicitatem sive virtutis ut est actus delectabilis oportet vel quod felicitas insit secundum omnes virtutes ut sunt actus vel secundum optimam. Circa secundam partem principalem sic procedit dicit quod sicut superius dictum est vita talium videtur indigens bonis exterioribus. scilicet fortune. Deinde manifestat in speciali dicit quod non omnino videtur felix qui turpis est et qui sine amicis malos habet vel bonos mortuos. Deinde dicit quod quidam dicunt felicitatem esse prosperitatem sicut illi qui dicunt quidam virtutem

et in hac terminatur sententia. ¶ Circa partem istam primo queritur utrum felicitas in omnibus sit una numero vel dicatur multa sive una numero differencia in diversis. secundo utrum felicitas sit unum per rationem in eo in quo est vel sit unum per compositionem vel per aggregationem. tercio utrum actus nobilior sit quam habitus. quarto utrum virtus habitus possit non operari bonum. quinto utrum maior sit delectatio in habitu quam in actu vel econverso. ¶ De primo sic dicit Boethius de consolatione nulla bona discrepancia possunt esse perfecta. sed beatitudo in quibuscumque sit est bonum perfectum ergo in quibuscumque sit non potest a bonis aliquis discrepare sed si in diversis differret numero esset bonum discrepans ergo beatitudo sive felicitas in diversis erit numero indifferens et in beatitudo erit numero omnibus una. ¶ Item beatitudo in quibuscumque sit est summum bonum sed summum bonum est unum numero in omnibus ergo et beatitudo. Si dicatur quod summum bonum duplex est creatum vel increatum, et increatum scilicet deus est unum numero creatum vero non. et hoc est felicitas vel beatitudo contra summum bonum quod est increatum participatur ab omnibus beatis non tamen ut non a rationali creatura ergo est in unum quod summum bonum ergo unum multiplex ergo si summum bonum non potest esse multa numero multo plus non beatitudo. ¶ Item dicitur quod felicitas est gaudium de veritate sed unum est quo omnes felices gaudent ergo gaudium unum ergo et beatitudo una. Non enim est aliquid pro quo vel de quo unus pro quo vel de quo non gaudeat alius. ¶ Item dicit Augustinus beatitudo est fruitio que est summi boni sed illud summum bonum est indivisibile ergo sicut omnes linee in centro sunt unum sic omnium fruitio in summo bono erit una sed hec est beatitudo ergo beatitudo in omnibus numero est una. ¶ Contra felicitas inest nobis secundum virtutem ergo sicut in diversis virtus non est una numero indifferens sic nec felicitas ut videtur. ¶ Item ad idem nulla forma participata a diversis secundum magis et minus est una numero in diversis felicitas est huiusmodi ergo non est una numero in diversis. ¶ Item ad idem est forma que est exemplar et est forma que est res. forma que est exemplar propter multitudinem eorum quorum est forma vel exemplar non numeratur sed forma que est res cum realis sit accidentaliter. istud patet per inductionem. Unde potest sic argui nulla forma que est ut res cum sit realis cum accidentalis est una numero in diversis felicitas est huiusmodi ergo et cetera quod sit huiusmodi patet quia aliter non diceremur felices secundum ipsam diceremur autem. unde hoc adeptione beatitudinis omnes sunt beati sicut adeptione iusticie sunt omnes iusti. ¶ Ad horum evidenciam notandum quod quidam dicunt felicitatem creatam esse numero indifferentem in omnibus, de increata non est dubio et concedunt rationes que ad hoc fiunt. ¶ Ad primum obiectum in contrarium respondent dicentes quod non est simile quia non similiter est felicitas a nobis sicut virtus et loquor secundum moralem. unde sicut diceremus quod lux solis est una numero illuminans diversa corpora sic dicunt de felicitate maxime quia non sic est forma causata a nobis sed a causa exteriori quemadmodum est virtus. ¶ Ad aliud respondent quod formam participari secundum magis et minus dupliciter est. aut in quod magis et minus attendatur secundum dispositionem recipientis et tunc sic patet quod eadem lux quedam corpora magis illuminat quedam minus secundum quod magis vel minus sunt receptiva. sic et felicitas in diversis potest esse secundum magis et minus sed magis et minus hoc modo non faciunt differre numero. Aliter dicitur formam participari secundum magis vel minus quando magis et minus intelligantur a parte recipientis sed a parte forme recepte et hoc modo participari formam cum magis et minus ponit formam differre numero. ¶ Ad aliud dicendum secundum quod dicunt quod felicitas non est proprie loquendo forma nec sicut exemplar. unde dicunt quod illud quod dicit Boethius quod adeptione beatitudinis omnes fiunt beati intelligendum

est non ut sit predicatio per essentiam. vel ad minus dicunt quod non est predicatio per essenciam sed sit predicatio dicunt quod per causalitatem. ¶ Aliter tamen potest dici et forte melius. scilicet quod sicut est bonum per essenciam et bonum per participationem. bonum per essenciam ut primum bonum per participationem sicut omnis creatura. similiter dicendum de beatitudine unde beatitudo que est bonum per essenciam prima causa est et hec una et hec est forma sicut exemplar et ideo non predicatur de creaturis. sed beatitudo que est bonum per participationem hec est bonum creatum et de hac est loqui dupliciter sicut et de scientia primi. scientia enim primi qua scit omnia multa vel innumerabilia talia una est et hec considerata in sciente. considerata vero in scibilibus est multa. similiter et de beatitudine creata. ipsa enim considerata in se cum una est. ipsa vero considerata in recipientibus multa est. et sicut enim visio quam habent vel delectatio sive gaudium in patria omnes beati sit unum quia de uno et pro uno et ad unum. tamen quia gaudentes et videntes numero differunt et visio sive gaudium a parte eorum erit numero differens. ¶ Ad primum obiectum respondendum quod felicitas creata ut est a parte sue cause considerata non est discrepans nec numero differens sed a parte recipiencium est differens vel discrepans et a parte recipiencium numero differt. unde quidam habent maius gaudium et pleniorem visionem quam alii. ¶ Ad aliud dicendum quod summum bonum duplex creatum et increatum et sicut beatitudo increata est una numero sic summum bonum increatum sed eo modo quo dicimus beatitudinem creatam differre numero eo modo et summum bonum creatum. Ad obiectum respondendum quod si summum bonum increatum participaretur ab omnibus eo modo quo summum bonum creatum participatur ab hominibus bene obiceret sed non sic est. uno bonum increatum participatur ab omnibus sicut causa quod non est de re nec pars rei. sed summum bonum creatum participatur ab hominibus per informationem. unde participatione et denominatione non autem participatione boni increati. et propter hoc bonum creatum in relatione ad participantes potest differre numero licet non bonum increatum. ¶ Ad aliud respondendum quod gaudium quo omnes in patria gaudent potest considerari in suo fonte sive per comparationem et sic unum est sicut unum est pro quo vel de quo omnes gaudent. vel potest considerari per relationem suam per comparationem ad participantes eam secundum exigentiam diversorum meritorum et sic se discrepancium et sic numero differt. similiter modo respondendum est ad sequentem sicut enim omnes linee in centro coniunguntur et sunt una linea sic beatitudo omnium qua beatificantur est multa in beatificante est una. ¶ De secundo sic in quolibet genere cause status est ad aliquid primum simplex et idem in illo genere. ergo et in genere cause finalis et in ea potissime cum ipsa secundum philosophum sit causa causarum. sed constat quod beatitudo est finis ultimus in quo statur ergo oportet ponere ipsam esse unum bonum simplex et idem in quantumque. ¶ Item cum anima sit primum movens ad merendum et operandum per potencias felicitas primo et per se debebitur ipsi anime secundum se et ex consequenti potenciis. sed sicut anima est simplex una et indivisibilis substantia non habens multitudinem nisi secundum accidens sic et beatitudo. ¶ Item sicut anima est vita corporis sic felicitas est vita anime. sed cum anima licet sit vita substancie corporalis diversis et multis. sic una et simplex in se formalis felicitas que est vita anime erit indivisibilis et simplex. ¶ Contra dicit Augustinus de natura boni quod in quibus creatura sunt ista tria modus species et ordo ergo et in felicitate creata ergo non est unum per indivisionem sive simplex. ¶ Item dicit Boethius beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus ergo non est una per indivisionem sed solum per aggregationem. ¶ Ad horum evidenciam intelligendum quod de felicitate creata est loqui multipliciter vel per comparationem ad beatificantem et sic est una numero in omnibus et bonum simplex et indivisibile per essenciam in quantumque est. vel per compositionem

ad beatitudinem quod est anima et tunc cum primo perficiat animam secundum se et ex consequenti potencias anime erit primo una per identitatem et ex consequenti multa contingebit et erit unum vel per compositionem vel per aggregationem vel possumus loqui de ipsa per comparationem ad naturam eius in quo est et sic adhuc est unum simpliciter sed multa in virtute quia primo perficit essentiam anime et ex consequenti inde potencias secundum quod natura sive diversa anime per potencias diversas. ¶ Ad illud quod obicit quod in omni creatura est modus species et ordo respondetur quod loquitur de creatura que est causa per se et per se stans sicut sunt sive creature. Felicitas autem non creatur in se sed in altero. Vel dic quod ista tria non possunt inveniri nisi secundum rationem solum. Omne enim compositum per formam suam habet esse unum in se et hoc appellatur modus et distinguitur ab aliis et hoc appellatur species et ordinatur in finem et hoc appellatur ordo unde patet quod forma sic et sic non est multa nisi solum ratione. ¶ Ad aliud respondetur quod illud quod dicitur quod felicitas est actus omnium bonorum etc. intelligitur quantum ad perfectionem secundam sui per comparationem ad ea que perficit secundario et ex consequenti non inquantum consideratur ut perfectio prima anime scilicet secundum essentiam eius. Vel dic quod illa ratio data est de felicitate non quo ad eius essentiam sed quantum ad eius acquisitionem. Ex hiis enim omnibus acquiritur sed non ex hiis est sua integritas. ¶ De tercio sic. Cum habitus sit finis actuum et finis sit nobilior et melior hiis que sunt ad finem videtur quod semper habitus sit melior ipso actu et ex hoc sequitur vel quod felicitas debeat poni magis habitus quam actus vel quod si insit secundum virtutem quod magis insit secundum eam ut est habitus et non ut est actus. ¶ Item ad idem sicut dicit Aristoteles quiescere nobilius est quam moveri ergo cum habitus dicat id quod dicit in quiete actus vero ut in motu habitus erit nobilior quam actus. ¶ Item motus est actus existentis in potencia secundum quod huiusmodi sed omne tale est incompletum ergo motus est solus incompleti ergo cum habitus non sit entis incompleti actus non erit nobilior sed ignobilior quam habitus. ¶ Item si actus bonus est ad merendum habitum et anima separata non meretur ergo anima separata non operatur. Actus ergo non manet in anima separata sed habitus manet in ea. Ex quo sic arguitur omne quod est in anima separata incorruptibile est et permanens quod autem est in anima non separata mutabile et corruptibile. Si ergo bonum permanens nobilius est bono non permanente habitus erit nobilior ipso actu. ¶ Contra sicut vult commentator corpora superiora moventur continue ut assimilentur suo creatori ergo per motum est assimilatio cum optimo per quietem vel habitum non ergo actus vel motus melior est ipso habitu. ¶ Ad horum evidenciam notandum quod iste rationes possunt dici concludere duplex secundum duplicem sententiam. Si enim sit intentio huius partis ostendere quod felicitas sit actus et non habitus tunc iste rationes induci debent ad ostendendum quod felicitas debet poni habitus et non actus eo quod habitus sit nobilior quam actus et hoc est contra illud quod intendit dicere secundum istam sententiam. Respondetur ergo ad rationes et primo ad primam. Ad cuius evidenciam notandum quod duplex est actus. Unus qui est ex habitu et alius qui est ad habitum. Unde cum sit quedam substantia in qua non differt potentia habitus et actus ut prima causa, quedam in qua non differt habitus et actus sed potentia differt ab hiis ut intelligencia et anima separata, quedam vero in qua differt potentia habitus et actus sicut est anima in coniuncto. Sciendum quod felicitas cum sit anime separate secundum philosophum est actus per indifferentiam ab habitu. Quod ergo dicit hic auctor quod actus est nobilior quam habitus loquitur de habitu qui differt ab actu sicut vero habitus differt a se ipso ut est actus et constat quod felicitas cum sit anime separate non est habitus huiusmodi. ¶ Ad primum ergo obiectum respondetur quod cum dicitur habitus est finis actuum intelligendum est de actu qui quidem est ad habitum et non de illo qui est ex habitu quando dicitur felicitas actus vel

cum dicitur quod habitus est melior quam actus intelligendum est hoc de actu et habitu qui sunt per differentiam sed felicitatis actus et habitus non differt unde non comparatur hic actus ad habitum quemcumque sed ad illum qui cum est habitus non est actus. ¶ Ad aliud dicendum quod duplex est motus. Est enim motus ad acquirendum rem habitam et quies ei opposita est permanentia in re habita et hoc modo quiescere nobilius est quam moveri. Alio modo motus est continuatio et condelectatio in re habita et quies cessatio vel diminutio motus propter fatigationem. Hoc modo quies est ignobilior et hoc modo actus qui est felicitas motus est et per hoc patet solutio ad aliud cum enim dicitur quod quiescere motus est actus entis incompleti istud verum est de motu primo modo non secundo. Et eodem modo ad sequens. Actus enim qui est ad habitum non manet in patria sed ibi manet actus qui est ex habitu. Si autem sententia sit huius partis quod auctor velit ostendere felicitatem esse secundum virtutem ut est actus et non ut est habitus quia actus est nobilior quam habitus tunc iste rationes debent adduci ad ostendendum quod habitus est melior quam actus et hoc non est verum propter hoc ad ista respondetur et dicendum quod est actus ex habitu et hic supponit habitum et de actu isto loquitur hic unde sensus est quod habitus virtutis inquantum exit in actum est nobilior quam inquantum remanet habitus solum et hoc verum est et tunc rationes que ad hoc sunt non faciunt ad propositum nec concludunt sicut satis patet inspicienti. ¶ De quarto sic. Sicut dicitur in libro secundo virtus est habitus a quo quis est bonus et eius opus reddit bonum ex quo sic arguitur quod inest alicui in eo quod quid est inest per se et de necessitate illi sed facere bonum inest habitui in eo quod quid est ergo per se et de necessitate ergo habentem habitum sive ipsum habitum non contingit non operari sive non facere bonum. ¶ Item ad idem sicut dicitur in libro secundo ex eisdem fit virtus et conservatur quare si est ex operibus bonis et conservatur ex illis quare vel non manet virtus vel oportet quod habens virtutem operetur bonum. ¶ Contra omnem scientiam que recipit fatigationem in opere necesse est languescere sed talis est scientia cum debet habitus qui est virtus ergo eam necesse est languescere ergo non necesse est eam operari. Quod concedendum est et latior ut est per differentiam ab actu. ¶ Ad primo obiectum respondetur quod ea que ponuntur in diffinitione dicunt habitum et non actum unde bene verum est quod habens habitum bonum de necessitate potest operari bonum sed non oportet quod actu operetur. ¶ Ad aliud dicendum quod sicut dicit Augustinus cessatio boni agere qui non declinat ad contrarium et hoc sufficit ad continuandum virtutem in eo in quo est virtus acquisita. ¶ De quinto sic. In delectabilibus secundum corpus melius est agere quam existere sed actioni proprie respondet habitus actioni perfecta actus et sic in delectabilibus corporis delectabilior est actus quam habitus quare similiter et in eis que sunt anime et sic actus ad virtutem erit delectabilior quam ipsa virtus sive habitus. ¶ Item ad idem illud bonum in quo non potest non esse delectatio est delectabilius quam in quo potest non esse sed in opere bono in quo bona sic non potest non esse delectatio quia sicut dicitur nullus dicet liberalem qui non delectatur in operibus liberalibus sed in habitu bono ad hoc quod maneat bonus potest non esse delectatio ergo actus delectabilior est quam habitus. ¶ Item ad idem gustanti cibum corporalem in actu maior est delectatio quam gustanti in habitu ergo similiter est de bono spirituali sed bona opera est gustus cibi spiritualis in actu habentis bonus solum secundum habitum ergo delectatio maior erit in opere bono quam in habitu bono. ¶ Sed contra non delectatur in opere nisi propter habitum quem acquirit. Quare habitus erit delectabilior quam actus.

¶ Ad horum evidenciam sciendum quod sicut predictum est duplex est actus. Unus qui est ex habitu et hic actus supponit habitum et delectatio que est in hoc actu supponit delectationem ipsius habitus et actus iste simpliciter delectabilior est quam habitus sine actu. Est alius actus qui est ad habitum et iste actus etsi aliquando sit delectabilior quam habitus simpliciter tamen non. ¶ Ad primo obiectum respondetur quod non est simile de delectatione corporis et anime. Delectatio enim corporis respicit bonum ut nunc sed delectatio anime respicit bonum simpliciter et ideo licet actus qui est ex habitu quia in se supponit habitum sit delectabilior anime quam habitus per se tamen actus ad habitum quia non est melior non oportet quod sic sit hic delectabilior. ¶ Ad aliud respondetur quod si in bono actu qui est ad habitum non possit non esse delectatio et in habitu possit non esse tamen habitus delectabilior secundum se quia non est idem bonum quod est in actu et quod est in habitu sed differt secundum completum et incompletum. Per predicta patet solutio ad aliud. ¶ Littera sic exponitur. In optimum est felicitate inesse secundum virtutem. Sed non parum differt existimare id est credere quod est optimum id est felicitatem esse in possessione vel usu id est esse possessionem vel usum vel in possessione vel usu id est inesse secundum virtutem prout virtus est in possessione vel usu. Et exponit quid appellat possessionem vel usum dicens scilicet in habitu vel in actu ut possessioni respondeat habitus usui actus. Deinde ostendit quod est actus sive quod inest secundum virtutem ut est actus non ut est habitus et dicit sic. Quod habitum existente id est cum habitus existit quoniam ipsum nullum bonum perficere quod dicit contingit quod huius habitum nullum bonum operatur et dicit quemadmodum perita id est sicut contingit habentem habitum dormire et tunc nullum bonum operatur vel occasione contingit aliter qualiter id est alio aliquo modo supple propter quam accionem non operatur bonum. Deinde dicit in habentem habitum contingit non operari bonum. Vero sed habentem actum non est possibile non facere bonum quia dicit habens actum de necessitate bonum operatur unde secundum operabitur enim habens actum de necessitate et non solum operabitur immo operabitur bene quasi dicit habens habitum bonum ut est actus de necessitate operatur bonum et ex hoc relinquitur quod actus sit melior quam habitus et quod felicitas magis debeat dici actus vel inesse secundum virtutem ut est actus quam ut est habitus. Deinde ad idem dat secundam rationem dicens quod quemadmodum in olimpiadibus id est in ludis vel certaminibus factis in olimpo monte coronantur id est remunerantur non optimi et fortissimi id est non habentes fortitudinem solum ut est habitus sed agonizantes id est sed habentes habitum fortitudinis et utentes ea quod probat. Quia quidam horum scilicet agonizantium vincunt supple et illis debetur premium sicut inquantum est ex parte illa sic operantes in actu id est operatores bonorum et optimorum que sunt in vita id est que ordinantur ad vitam scilicet felicitatem que quidem est vita anime illi inquam fiunt vel fiunt illustres id est illustrantur beatitudine que quidem est summum bonum. ¶ Tamen partem primam sic procedit dicens quod vita id est opus eorum quorum opus debet ducere ad vitam id est ad felicitatem est id est debet esse delectabilis secundum se id est simpliciter. Ad distinctionem delectabilis quod est delectabile alicui tamen dicitur quia supponit divisionem delectabilis per delectabile simpliciter sive secundum se et delectabile alicui dicit quod delectari sive delectabile simpliciter est ex virtutibus id est potenciis tercie ordinatis aliis id est anime rationabilis. Deinde manifestat quod delectabile alicui dicitur quod delectabile alicui est id ad quod unusquisque est amicus. Deinde ne credat aliquis quod delectabile alicui esset idem omnibus sicut delectabile simpliciter dicit quod non dicens de uno tali id est delectabilium alicui est equi diligenti equum et inspectiones diligenti celestia id est auguria et similiter iusta sunt delectabilia diligenti iusta et generaliter ea que sunt secundum unamquamque virtutem sunt delectabilia diligenti eam virtutem. Deinde dicit quod in pluribus adversantur delectabilia id est ea in quibus delectantur et reddit causam dicens quia hec scilicet delectabilia non sunt delectabilia natura id est secundum naturam immo solum secundum fantasiam vel

quia talia non sunt sed id est quia hec delectabilia non sunt vere delectabilia quasi diceret huius qui non delectantur in eis que sunt vere delectabilia adversantur illa in quibus delectantur sed illis qui diligunt bonum non adversantur ea in quibus delectantur quia illis sunt delectabilia ea que sunt secundum veritatem delectabilia et non secundum fantasiam. Deinde dicit quod operationes que sunt secundum virtutes sunt tales scilicet simpliciter delectabiles et in quibus bonum est delectari unde dicit quod in huius id est de numero operum bonorum sunt ea que sunt delectabilia secundum se. Deinde concludit dicens quod vita id est opus talium que ducit ad vitam scilicet felicitatem nichil vero indiget delectatione quasi adiuncto aliquo id est non indiget delectatione per aliquid extrinsecum superaddita. Quod probat dicens quod in se ipsa habet quandam delectationem supple quia aliter non duceret ad felicitatem. Sed possit aliquis querere utrum sufficiant habitus sine huius operibus delectabilibus. Dicit quod non dicens quod cum predictis scilicet habitibus nullus existimatur fieri bonus supple bonitate ultima que est felicitas qui non delectatur in bonis operibus. Quod probat inducendo in specialibus bonis dicens quod non est iustus qui non delectatur in operibus iustis neque liberalis id est largus qui non delectatur in operibus liberalibus et similiter est in aliis differentiis virtutum. Ex hoc concludit quasi per inductionem factam quod operationes secundum virtutem erunt per se id est simpliciter delectabiles. Quod probat quia in uno id est ut in summa dicatur unumquodque horum id est unaquaque operationum secundum virtutem cum delectatione sua supple fit bene ex parte operantis et optime quia ad bonum optimum ordinat et ducit et maxime quia simpliciter ordinat ad bonum maximum. Et dicitur felicitas bonum optimum propter excellentiam bonum maximum propter aliorum bonorum continentiam. Est enim felicitas status omnium bonorum aggregatione perfectus. Deinde dat secundam rationem ad hoc idem dicens quod si studiosus id est sapiens et bonus bene iudicat de huius id est de actibus qui ducunt ad felicitatem et iudicat ut diximus supple dicens quod debent esse cum delectatione ergo felicitas erit optimum et delectabilissimum id est erit secundum actum optimum et delectabilissimum. Deinde dicit quod hec non sunt determinata secundum epygramma id est superscriptionem dicam. Unde alia translatio secundum quod scriptum est in tabula dialectica supple in qua scriptum est quod felicitas est bonum optimum et quod est sive ipsa esse bonum iustissimum. Et quod est bonum sanum sive sanissimum. Sic enim habet alia translatio. Et quod est delectabilissimum quod probat dicens quod id est quia quis id est quilibet optat eam habere. Ex hoc concludit quod si ea que dicta sunt sint vere bonas operationes oportet vel quod felicitas insit secundum omnes bonas operationes vel secundum optimam operationum ratione dignitatis et nobilitatis. Deinde exequitur partem secundam principalem dicens quod ipsa felicitas videtur indigere bonis exterioribus scilicet diviciis et honoribus sicut diximus superius in principio. Et quod videatur indigere probat dicens quia dicunt quidam indigentem id est illum qui indiget impossibile esse operari bona. Quod probat dicens quia homines operantur multa per amicos sicut per organa et ideo sicut ipsi si privarentur organis non possent illa bona operari sic ipsi si privarentur amicis non possunt illa bona operari et non solum per amicos operantur quasi per organa immo per divicias et civilem id est per honores sive per nobilitatem generis. Unde dicit quod quidam denudati quibusdam horum supple nobilitate generis vel bonis filiis vel pulcritudine corporis coinquinant beatitudinem id est dicunt beatitudinem coinquinatam et diminutam per hoc. Unde dicebat quod non est multum felix id est non videtur secundum illos ille qui est turpis secundum corpus vel ignobilis genere vel solitarius per absenciam amicorum non coniunctorum per naturam sed per affectum vel dilectionem vel sine filiis. Quo ad illos qui coniuncti sunt affectione et natura. Deinde dicit quod forsitan minus debet dici felix ille qui habet amicos pessimos ut latrones vel huiusmodi vel ille cui pueri erant boni filii et postea mortui sunt. Deinde concludit dicens quod sicut

datum est simpliciter et secundum opinionem propriam sed aliorum felix non indigere tali felicitate, id est prosperitate. et ideo quidam ordinant in idem, qui reputant bonum eiusdem generis prosperitatem et felicitatem, et hii male. quidam felicitatem et virtutem, et hii melius.

Unum quesitum et cetera. In hac parte inquirit actor a quo tamquam ab efficiente insit felicitas. et primo dicit questionem istam que ipsam aliis fuisse quesitam. secundo manifestat veritatem ostendens a quo tamquam ab efficiente insit. ibi si quidem. tertio quia dixerat quod est bravium virtutis, dicit quod habet inesse omnibus qui recte operantur ad virtutem. ibi erit autem. quarto ostendit quod per causas alias enumeratas non inest felicitas. ibi si autem ita. quinto recapitulat ibi Datum est. ¶ Ad primam partem sic procedit dicens quod unum questionum est utrum felicitas sit bonum quod adveniat nobis a doctrina vel a natura vel a fortuna vel a divina providentia. Secundam partem sic procedit dicens duas rationes ad ostendendum quod est a divina providentia. prima talis est. bonum quod est melius omni bono humano est divinissimum, scilicet a divina providentia collatum; felicitas est huiusmodi. hoc dicit in littera. ergo ipsa est bonum divinissimum, scilicet a divina providentia collatum. secunda talis est. bonum quod est bravium et finis virtutis, et si acquiratur per disciplinam et studium hominis, tamen est a divina providentia collatum; felicitas est huiusmodi, ergo et cetera. Tertiam partem sic procedit dicens quod istud bonum erit commune multis quia potest inesse omnibus qui non claudicant ad virtutem. et dicit claudicant ad virtutem sicut papelardi qui ea que sunt de genere bonorum faciunt licet intentione perversa. ¶ Quartam partem sic procedit duplici ratione. primo quod ex quo felicitas sic inest melius est quam bonum quod advenit per fortunam. et per hoc ostendit specialiter quod non inest a fortuna. secundo quod non secundum naturam. secunda ratio continuatur quod nec secundum artem et quamvis causam sive fortunam. prima ergo ratio talis est. bonum quod inest a divina providentia melius est quam quod est secundum fortunam. beatitudo est bonum a divina providentia, hanc prius probavit, ergo non inest secundum fortunam. secunda ratio talis. ea que sunt secundum naturam sive naturalia optimum non inest naturalium, ergo non inest secundum naturam. tertia ratio est hec. que sunt maxime entia et secundum causam optima non possunt esse secundum artem vel fortunam; felicitas est de numero eorum que sunt maxime et secundum optimam causam, ergo non potest inesse secundum artem vel fortunam. Deinde concludit quod valde est periculosum concedere fortune felicitatem cum sit bonum maximum et optimum. Deinde recapitulat dicens quod datum est quales actus sit felicitas. hec est sententia. ¶ Circa partem istam primo queritur utrum providentia divina causa sit efficiens felicitatis. secundo cum non sit causa nisi eorum que prescita sunt ab eo utrum necessario prescivit omnia que prescivit. tertio utrum possit scire plura quam scit. quarto utrum eius scientia ponat rei existentiam actualem et unde est quod cognitio humana dividitur per scientiam et opinionem, non autem divina. Quinto utrum cum dei prescientia possit stare liberum arbitrium. Sexto de numero et diversitate eorum que hic tanguntur. Septimo super hoc quod dicit quod felicitas est bravium virtutis, et ideo queritur utrum pro virtute debeatur felicitas et pro quo merito felicitas. ¶ De primo sic. Sicut dicit Plato optimi est optima facere, ergo cum felicitas sit optimum creatum debet esse effectus optimi. hoc autem deus sive providentia divina.

¶ Item sicut dicit Augustinus inter creaturam et deum nichil est medium, et appellat mentem supremam partem rationis que est in anima, et constat cum felicitas sit actus nobilissimus mentis secundum partem et potentiam superiorem, ergo vel erit ab homine vel a causa superiori. non ab homine cum sit supra omne bonum humanum sicut dicit in littera, ergo a causa superiori. sed cum nichil sit medium inter mentem et primam causam non poterit esse nisi a prima causa. ergo a prima causa est felicitas. ¶ Item nichil ordinatum per se ad aliquid est efficiens causa eiusdem, et dico per se ut ad finem ultimum et totum. sed si homo immo omnis creatura rationalis ordinatur ad felicitatem tamquam ad finem et optimum, felicitas nullius creature rationalis erit effectus, et sic felicitas erit solum a prima causa sive a divina providentia. ¶ Item omnis actus cum perfectio sequitur eum de actu ultimo et completo nobilior est eo cuius est actus, ergo cum felicitas sit actus sive perfectio anime immo omnis creature rationalis non erit effectus ipsius quare solius primi. ¶ Ad oppositum sic. in primo non differt substantia actus et opus, ergo si felicitas esset actus primi non differret a substantia eius, sed sua substantia est ab eterno, ergo et actus qui est felicitas esset ab eterno, sed constat quod non potest esse nisi in felicitato, ergo felicitatum esset ab eterno et ita plura ab eterno. ¶ Item ad idem posita causa sufficienti et totali rei de necessitate ponitur effectus, ergo si primum esset causa felicitatis sicut ipsum est eternum sic felicitas ab eterno et sic etiam felicitatum ab eterno. ¶ Item idem manens idem natum est semper facere idem, ergo si primum esset causa efficiens felicitatis eadem esset et equalis omnium felicitas. hoc falsum, ergo et primum. ¶ Item actio est secundum quam in id quod subicitur agere dicimur, ergo si felicitas actio esset effectus primi, et constat quod actio primi est eterna, ergo et passio vel effectus eternus, ergo et recipiens ab eterno et sic plura ab eterno. ¶ Preterea cum causa prima equaliter se habeat ad omnes, si felicitas esset a prima causa totaliter omnes essent equaliter felices. hoc falsum, ergo primum. ¶ Dices forte quod sicut lux solis equaliter lucet super omnia corpora, non tamen equaliter illuminantur omnia quia quedam minus sunt disposita ad receptionem, quedam magis, sic in receptione felicitatis. Sed contra. illa dispositio receptabilitatis maior in quibusdam et in aliquibus minor aut est a prima causa, et tunc iterum equaliter se haberet ad omnia, aut ab aliquo recipiente, et de illo est querere sicut de priori, et sic abire in infinitum erit, ergo a prima causa et cum prima causa non equaliter se habebit ad omnes. ¶ Preterea si felicitas est actus vel operatio primi aut est ab eterno, et tunc felicitatum esset ab eterno, quod non potest esse, aut ex tempore fuit, ergo tunc dicetur quod modo felicitat et ante hoc non felicitabat, et in aliquo fuit dicere quod incipit felicitare, et sic mutabilis est cum ex non felicitante fit felicitans. hoc autem quis dicet contra dicentem quod ipsum est immobile per se et per accidens. ¶ Ad hoc dicendum quod felicitas est a divina providentia sive a causa prima sicut ab efficiente sicut superius auctor ostendit. ad illud quod primo ostenditur in contrarium dicendum quod primi duplex est actio. una est ipsius in se ipsum ut scire, intelligere et huiusmodi. alia est ipsius in re extra ut creare, dominari et huiusmodi. et actio ista ratione rei cuius est est ex tempore et non ab eterno sicut res cuius est. talis autem actio est felicitare vel causare, et ideo non oportet si primum est ab eterno quod propter hoc felicitas sit ab eterno. vel aliter est loqui de felicitate dupliciter: uno modo per comparationem ad illud cuius est sicut efficientis, et hoc modo ab eterno

est; alio modo per comparationem ad illud cuius est sicut recipientis, et sic non est actio sed potius passio et sic est ex tempore. ¶ Ad aliud dicendum quod duplex est causa. quedam est agens per naturam, et hec quia contrahitur ad effectum si sit causa sufficiens et tota de necessitate ponit effectum. est alia causa agens non per naturam sed per voluntatem, et causa sic agens etsi sit tota causa et sufficiens, quia tamen nullo modo contracta, non ponit effectum quandocumque est sed quandocumque vult. et quia licet sit ab eterno non tamen vult effectum producere ab eterno quia hoc esset contra ordinem creature, ideo non oportet effectum esse ab eterno. ¶ Ad aliud respondendum quod est sic inferendum: Idem manens idem natum est idem facere, ergo primum eandem et equalem felicitatem omnibus tribuet. figura dictionis est. non enim oportet si eandem quod propter hoc equalem. vel dicendum quod sicut lux procedens a sole materiali equaliter diffunditur super corpora diversa licet non equaliter illuminentur quia non equaliter recipiunt, sic dico quod lux spiritualis sive gratia vel felicitas equaliter datur omnibus, etsi non omnes equaliter recipiant quia non omnes equaliter se disponunt nec adaptant ad ipsius receptionem. et per hoc patet solutio ad aliud obiectum. preterea non valet: idem manens idem semper natum est idem facere, ergo si agens eternum et actio eterna. istud non valet nisi in actione nature, non voluntatis. ¶ Ad illud quod queritur quod quidam disponantur se magis vel minus, a quo hoc habent. non a primo quia equaliter debet se habere ad omnes. Si a parte recipientis hoc non videtur, cum nichil educat se ipsum de potentia in actum, et tunc hoc habet ab alio recipiente et illud ab alio et sic in infinitum. Respondendum quod est bonum moris et est bonum nature. boni moris principium est voluntas. unde per voluntatem loquendo secundum philosophum fit de potentia bono actu bonus, et tunc patet quod loquendo de bono moris quod aliquis magis reciperet vel magis disponeret ad receptionem quam alius primum principium esset voluntas, et loquor secundum philosophum. Si loquamur de bono nature dico tunc quod homo compositus est ex anima et corpore, et animam habet esse a deo, corpus non a natura. et quantum est ex parte anime forte omnes sunt equaliter dispositi ad bonum nature. sed ratione corporis quod esse suum trahit a natura, quod in quibusdam meliora sunt vel hec naturalia, in quibusdam minus bona, accidit quia anima sequitur conditiones corporis quod quidam melius sunt dispositi et quidam minus bene. ¶ Ad aliud respondendum quod felicitas est actus sive actio primi, non tamen est ab eterno, et dico quod aliquando fuit verum dicere quod primum incipit felicitare, sed hec inceptio non attenditur a parte rei felicitantis sed a parte subiecti recipientis, et ideo si sic dicatur prima causa felicitat et ante hoc non felicitabat, non debet inferri ergo aliquid incipit esse a prima causa quod ante non erat ab ipsa. preterea in actionibus que sunt rerum extra non est inconveniens ponere quod incipiant, dico non quo ad factum sed quo ad actum eorum. Unde Augustinus: quod deus ex tempore est dominus et ex tempore creator, et ideo nichil est inconveniens dicere quod incipit dominari et quod incipit creare, non tamen ut inceptio referatur ad actionem ratione agentis sed ratione rei recipientis, et ideo non sequitur quod primum sit mutabile sed quod res ratione cuius dicitur incipere, scilicet res felicitata vel creata, sit mutabilis. ¶ Postea queritur cum non sit felicitas nisi eorum que previsa sunt vel prescita a deo utrum que deus prescivit necessario prescivit. quod non videtur. prescientia enim futurorum est potentiarum, sed multa sunt futura que potuerunt non esse futura. Ubi ergo futurum inest iam lege et in veritate possibile fuit istud non esse futurum. manifestum est ergo quod multorum est prescientia sive multa prescivit deus que potuit non prescire. ¶ Item istud videtur quia si necessario prescivit ea que prescivit, sed que prescivit erunt, ergo cum

omnia que prescivit necessario prescivit, omnia futura de necessitate erunt. hoc falsum, ergo primum. ¶ Item quodlibet futurum fore ab eterno fuit verum, sed verum ab eterno est necessarium, ergo quodlibet futurum fore est necessarium. ¶ Item ab eterno verum fuit mundum esse futurum. aut ergo verum contingens aut necessarium. si necessarium ergo mundus de necessitate erit vel quodlibet aliud futurum contingens. Si verum contingens ergo tempore mensuratur, ergo ab eterno fuit tempus mensurans ipsum. hoc autem falsum. ¶ Si propter hoc dicatur quod prima causa potuit non prescire aliquid quod prescivit, contra. cum prescientia primi sit scientia primi et sua scientia necessaria, ergo et prescientia. quod sua scientia necessaria sit patet quia sua scientia est sua substantia vel essentia. ¶ Item si primum non quodcumque prescivit prescivit necessario, potuit ergo non prescire aliquid quod prescivit, ergo mutabilis esset. ¶ Preterea si primum potuit prescire quod non prescivit, potuit ergo incipere prescire aliquid, sed hoc non potest esse quia nichil futurum potest incipere esse futurum, ergo nichil prescitum potest incipere esse prescitum, ergo non primum potest incipere prescire aliquid. ¶ Ad hoc evidenter sciendum quod prescientia dicit scientiam rerum futurarum antecedentem esse actuale earum, et quia multa futura sunt habitura esse actuale que potuerunt esse non habitura, ideo multa que prescivit potuit non prescire, non propter hoc ponendo mutationem ex parte sue cognitionis sed ex parte rerum prescitarum sive sue cognitioni subiectarum. tamen sciendum quod non sequitur: que deus prescivit erunt, ergo que necessario prescivit necessario erunt, quia cum dicimus deum prescire necessario aliquid dicimus hoc secundum quod necessario determinat scientiam in comparatione ad scientem; concludimus autem ac si referretur ad rem scitam. ¶ Ad aliud dicendum quod sine dubio quodlibet futurum fuit ab eterno futurum, sed dicere aliquid futurum ab eterno nichil aliud est quam dicere potentiam agentis eternam esse per quam illud futurum potest fore, et quia illa potentia agit non per coactionem sed per voluntatem ideo non est necesse illud futurum fore. ¶ Ad aliud dicendum quod mundum esse futurum fuit verum ab eterno, sed verum non necessarium sed contingens. sed verum contingens dupliciter est: aut propter possibilitatem materie, et tale tempore mensuratur, vel propter indeterminationem agentis, et hoc modo erat sed verum contingens, et tale non mensuratur tempore. ¶ Ad hoc ergo quod primo obicitur quod prescientia est scientia et scientia necessaria, respondendum quod prescientia cum scientiam dicat antecessionem que determinatur respectu rerum futurarum ratione cuius respectus potest non esse, tamen quoniam scientia primi sit eius essentia et quoniam non patebit postea, non propter hoc sequitur quod mutabilis sit, quia ista mutatio provenit non a parte prescientis sed a parte presciti. quod enim prescitur si ponatur in actu iam non prescitur sed scitur. Item ponatur quod illud quod modo est futurum in veritate non esset futurum, iam in veritate non sciretur neque presciretur. ¶ Ad aliud dicendum quod si primum possit non prescire quod prescivit, non tamen potest incipere prescire, et hoc est propter antecessionem rei future que non potest habere inceptionem. Unde hoc est sophisma accidentis: primum potest prescire quod non prescivit, ergo potest incipere prescire quod non prescivit. Idem enim est dicere primum potest prescire quod non prescivit et dicere primum potest facere quod aliquid sit futurum quod non fuit futurum, sed incipere prescire aliquid est ponere principium sive inceptionem rei future. hoc autem ad illud non sequitur. ¶ De tertio sic. dicit Augustinus quod intellectus humanus cognoscit finita, sed intellectus primi infinita comprehendit, sed que comprehendit illa scit, ergo scit infinita, sed infinitis non possunt esse plura, quare non potest scire plura quam scit. ¶ Item ad idem simile. cum infinitum est quo maius excogitari non potest, sed scientia primi non potest excogitari maior, ergo est infinita, et inde ut prius. ¶ Preterea si potentia primi et scientia idem sunt et potentia primi infinita est, ergo et scientia, et inde ut prius. ¶ Contra. scientia dicitur ad scibile, ergo cum scibilia non sint infinita scientia primi non erit infinitorum. ¶ Item plura possunt esse quam umquam erunt, sed que non sunt nec erunt nec fuerunt non scit, ergo plura potest scire quam scit. ¶ Respondendum quod de scientia divina

est loqui dupliciter. uno modo ut est rei conveniens ad tempus vel temporis differencias ut in compositione vel enunciatione et hoc modo plura potest scire quam sciat et multa que non scit. Aliter est loqui de sciencia divina ut est respectu rei secundum se non concernendo neque conveniente ad temporis differencias et hoc modo dupliciter. vel secundum esse rei in proprio genere et sic adhuc potest plura scire quam sciat vel respectu verum prout habet esse in sua causa sed hoc potest esse vel referendo ad voluntatem cause et sic finitorum est vel esse potentie active et tunc quia potencia est infinitorum et sciencia infinitorum et hoc modo non potest plura scire quam scit et secundum istum modum potest dici quod sciencia primi infinitorum est sed alio modo finitorum est et alio modo potest plura scire quam sciat et secundum hunc modum distinguendi patet solucio omnium obiectorum. ¶ De quarto sic sciendum dicitur ad scibile ergo si primum actu scit aliquid aliquid scibile est actu et ita sciencia primi ponit actuale esse scibilis sive rei. ¶ Item ad idem cum sciencia primi sit nobilior quam sciencia humana si sciencia humana ponit esse actuale rei multo plus sciencia divina. ¶ Item sicut dicit augustinus quia deus scit res ideo sunt res ergo quasi per locum a causa debet sequi deus scit rem ergo res est et hoc videtur quia locus a causa plus habet necessitatis quam locus ab effectu sed quando ab effectu sequitur homo scit rem ergo res est cum ergo sicut res est causa sciencie humane ergo sic res sciencia divina causa sic res debet sequi deus scit rem ergo res est. ¶ Sed contra cum sciencia primi sit eterna sicut et ipsum eternum est sicut ipsum ab eterno et sciencia eius sic scibilia erunt ab eterno et sic plura erunt ab eterno hoc autem falsum. ¶ Item domo non existente scit artifex domum ergo si sciencia primi est sciencia sicut artificis potest habere scienciam rerum non existencium sicut et existencium. ¶ Preterea cum sicut prius ostensum est sciencia primi sit infinitorum et infinita non sunt potest esse non entium sciencia primi. ¶ Ad horum evidenciam sciendum quod sicut est esse rei triplex. unum ut est concreta tempore alio modo secundum esse proprium in proprio genere sed preter relationem ad tempus tertio modo in causa sic tripliciter potest intelligi sciencia divina et eo modo quo scit necesse est eo modo rei esse actualiter ponere unde si scit rem secundum relationem ad tempus vel temporis differenciam secundum temporis differenciam res est si scit essenciam rei eo modo quo scit ipsa est. similiter si scit rem in causa in causa est actualiter sed esse actualiter in causa non est esse actualiter unde concedo quod eo modo quo scit rem eo modo res est. ¶ Quod obicit quod plura erunt ab eterno respondendum quod non. Si enim dicamus quod omnia sunt ab eterno in primo non dicimus esse rerum sed potenciam primi eternam ab eterno potentem res facere et producere in esse potente dico ab eterno facere. sed non potente facere ab eterno. quia sic detraheret nobilitati sue potencie vel existencie. ¶ Ad aliud dico quod est artifex eo modo quo scit domum eo modo domus est unde si scit domum esse domus est. si scit ex quibus habet constitui domus esse ea sunt sic scit sed per cognitionem in anima et per cognitionem sunt in anima. Sed queres sicut cognitio humana potest esse contingencium et necessariorum sic et divina sed cognitio humana contingencium dicitur opinio cognitio necessariorum dicitur sciencia quare non similiter cognitio divina respectu contingencium debet dici opinio respectu necessariorum sciencia. Respondendum quod non et racio huius est. Sicut enim dicit augustinus primum causa cognoscit mutabilia immutabiliter. unde duplex est rerum cognitio et mutabilitas. una est rerum in se quam percipit mutabilitatem in cognitione cognoscentis et huius habitus est opinio. sic autem est contingencia rerum respectu cognicionis humane. Alia est mutabilitas vel contingencia rerum que nullam ponit mutationem in cognitione subiecti cognoscentis et quia a subiecto cognoscente eque certitudinaliter cognoscitur ista contingencia sicut necessaria cognitio horum respectu subiecti cognoscentis hoc modo dicitur sciencia sicut cognitio necessariorum. tamen melius est ut accipiatur distinctio ex parte cognoscentis et dicatur quod quedam est cognoscens quod variatur in cognoscendo secundum rei variationem et cognicio contingencium a tali cognoscente dicitur opinio. Aliud quod non et cognitio contingencium a tali cognoscente dicitur sciencia sicut et cognitio necessariorum.

¶ Circa quintum queritur sic. Dicit augustinus illi electi et predestinati sunt quorum si quisquam perit fallitur deus ergo si divinam providenciam impossibile est falli impossibile est aliquem predestinatum dampnari. Sed constat quod liberum arbitrium potest ad utrumque et ita ad dampnari et salvari potest subiectum sub libero arbitrio quare liberum arbitrium non potest stare cum predestinatione sive providencia divina. ¶ Item deus previdit istum salvandum vel futurum sed ergo iste salvabitur vel faciet sed. arguo ergo sic. antecedens est necessarium scilicet deum previdisse istum futurum hoc vel istum dampnandum ergo consequens est necessarium. scilicet istum futurum sed vel dampnandum et sic quod previsum est de necessitate fiet et si sic liberum arbitrium non stabit cum divina providencia vel provisione divina. ¶ Preterea cum dicatur sic deus previdit istum salvandum vel futurum hoc ponit provisio vel predestinatio esse ipsum quare cum iste sit mutabilis eo quod operatur per liberum arbitrium videtur quod iste predestinatus possit dampnari. ¶ Item licet hec non sit vera album est nigrum tamen hoc est verum album potest esse nigrum quare similiter et si hec non sit vera predestinatus dampnabitur tamen videtur quod hec sit vera predestinatus potest dampnari. ¶ Item huius album potest esse nigrum sensus est album potest mutari ab albo in nigrum quare similiter huius predestinatus potest dampnari sensus erit predestinatus potest mutari a predestinato in non predestinatum. Sed constat quod hec est impossibilis. non enim sic variatur dei predestinatio ut quod predestinatum postea non predestinatum sit. ¶ Item quibuscumque duorum quorum alterum de necessitate inest alicui et non simul nec potest alterum alteri succedere cuicumque inest alterum de necessitate inest et cui non inest impossibile est inesse sed predestinatio et eius contrarium sic se habent respectu cuiuslibet subiecti rationalis ergo quicumque est predestinatus de necessitate est predestinatus sed si posset dampnari posset non esse predestinatus quare quilibet predestinatus de necessitate salvabitur. ¶ Item magis scit quod scit per causam quam quod per non causam et quod per causam magis necessariam quam quod per causam minus sed constat quod primum certissime scit que scit ergo per causam certissimam et necessariam maxime et si sic videtur quod de necessitate quod scitur vel predestinatum est a primo fore quod ipsum erit. ¶ Respondeo quod predestinatum vel previsum salvari non salvari dupliciter est uno modo ut comparetur actus predicati subiecto racione forme que ponitur in subiecto et sic dico quod sed predestinatum vel previsum salvari non salvari est impossibile et eius oppositum necessarium. Alio modo potest intelligi ut actus predicati attribuatur rei subiecte non sub forma subiecti et sic est possibile sed predestinatum vel previsum salvari non salvari et est sensus quod previsus est salvari ille potest non salvari. unde bene verum est quod previsus salvari inquantum previsus de necessitate salvabitur tamen simpliciter illum qui est previsus possibile est non salvari. ¶ Ad illud ergo quod primo ostendit in contrarium dicendum quod cum dicat augustinus quod illi sunt predestinati quorum si quisquam perit fallitur deus. Respondendum quod loquitur de predestinatis inquantum sunt predestinati et non simpliciter sed sicut isti possunt male facere et non salvari simpliciter sic simpliciter possibile est eos dampnari unde sicut dicemus modo quod si tu sis quem video istum video te. vel si video te currentem non potes non currere simpliciter tamen potes non currere sic dico quod si deus previdit te salvandum salvaberis simpliciter tamen possibile est salvari et non salvari. ¶ Ad aliud dicendum quod bene sequitur deus previdit hunc salvandum ergo iste salvabitur. sed intelligendum quod ista propositio Deus previdit necessario hunc salvandum duplex est quia li necessario potest determinare verbum per comparationem ad previdentem et sic est vera vel

ad previsum et sic falsa cum ergo infert ergo iste de necessitate salvabitur predicto ac si determinaret verbum per comparationem ad previsum et sic facit falsam compositionem. Item si sic arguatur verum de presenti pro presenti pro quo est verum est necessarium unde sequitur. sortes currit in a ergo sortem currere in a est necessarium. ergo similiter sequitur iste predestinatus salvabitur ergo pro eodem futuro de necessitate salvabitur et similiter potest argui de quolibet futuro contingenti et sic de quolibet futuro contingenti erit dicere quod de necessitate erit vel fiet. Respondendum quod non est simile de vero de presenti et de vero de futuro. verum enim de presenti habet actualem veritatem pro eo quod actu est sed verum de futuro habet actualem veritatem non pro eo quod actu est sed quod erit. hoc autem quod erit potest impediri et ideo potest non fore licet verum sit quando erit. ¶ Ad aliud dicendum quod sine dubio iste predestinatus quia operatur per liberum arbitrium non inquantum predestinatus potest dampnari unde concedo quod sicut hec est vera album potest esse nigrum sic hec est vera predestinatus potest dampnari. licet ex causa alia et alia. hec enim album potest esse nigrum vera est quia albedo ab eo in quo est potest abici et induci nigredo sed hec predestinatus potest dampnari non est vera quia a predestinato possit abici predestinatio et introduci dampnatio sed quia iste qui bonum operabitur et ideo predestinatus est potest simpliciter operari malum et ideo simpliciter dampnari sed tunc non erit predestinatus vel previsus. ¶ Ad aliud dicendum quod alterum de necessitate inesse dupliciter est vel alterum determinate vel unum indifferenter ad alterum. primo modo vera est propositio maior sed minor falsa secundo modo maior falsa est. vel dic quod alterum de necessitate inesse alicui dupliciter. aut per comparationem ad illud a quo quod non mutatur. vel per comparationem ad illud cui inest et hoc modo non. unde contingens inest ex parte eius cui inest licet de necessitate quantum est ex parte eius quod inest vel a quo inest. ¶ Ad aliud dicendum quod scire rem per causam est dupliciter aut per causam que certa est et hec necessario ponit effectum si sit necessaria sed hoc modo prima causa non scit rem per causam. Alio modo est rem scire per causam necessariam non tamen ad aliquem effectum artatam et hoc modo scire per causam necessariam rem non ponit necessario esse rei que scitur.

¶ Sexto queritur quoddam quod erat permissum. scilicet cum divina providencia causa sit efficiens felicitatis utrum videlicet eam efficiat per medium vel sine medio. quod autem sine medio videtur agens nobilius nobiliori modo habet producere rem in esse sui effectum sed ergo modus agendi rem per se nobilior est quam per alterum unde et natura non facit per duo quod potest facere per unum videtur quod eam efficiat immediate. ¶ Item quod aliquod agens agat per medium aliquid hoc provenit ex impotencia et defectu in agente istud patet inductive in omnibus. si ergo nulla est impotencia in actore felicitatis eam producit in esse sine medio. ¶ Contra racio commentatoris quare voluit ponere duplicem motorem celi unum intrinsecum et alterum extrinsecum est quia motor extrinsecus est infinite potencie et ideo si moveret per se primum mobile moveret in instanti ergo similiter si esset tota causa efficiens felicitatis omnes simul et in instanti erunt felices. ¶ Ad primum dicendum quod felicitas est a prima causa immediate et quod obicitur respondendum quod sive opinio commentatoris vera sit sive non. quia de hoc non est nunc ad presens. si felicitas sit a primo non oportet omnes simul et in instanti felicitari. cum enim prima causa det felicitatem et hoc secundum merita que in diversis diversa sunt et in successione fiunt et augentur patet quod nec oportet omnes simul felicitari neque equaliter.

¶ De septimo sic cum in secundo physicorum dividat causam efficientem per differencias duas solum dicens quod quedam sunt a natura quedam per causas alias male ponit hic divisionem quadrimembrem dicens quedam esse a natura quedam ab arte quedam a fortuna quedam a divina providencia. ¶ Item in secundo physicorum dicit quod quedam sunt a natura quedam ab intelligencia sive ab arte quare male ponit hic quadrimembrem divisionem. ¶ Item in primo de anima dicit quod quedam moventur a principio intrinseco quedam a principio extrinseco et sic iterum ponit bimembrem divisionem. quare male ponit hic quadrimembrem. ¶ Item penes quid accipiuntur iste quatuor differencie causarum et quomodo distinguuntur. ¶ Ad primum potest dici quod per hoc quod dicit quedam per alias causas possunt comprehendi alie tres differencie causarum que patet ista hic enumeratio. vel potest dici quod accipit hic causam efficientem generaliter sive per se sive per accidens in principio secundi physicorum sumit divisionem esse efficientis proprie et per se. ¶ Ad aliud dic quod ponit ibi divisionem esse efficientis ut per quam est demonstrare et quod potest esse medium in demonstratione sed hic ponit divisionem esse efficientis communiter. ¶ Ad aliud dicendum quod in libro de anima non intendit enumerare differencias esse efficientis universaliter sed solum differencias esse efficientis motivum rerum physicarum sed hic enumerat generaliter differencias cause efficientis que videntur facere vel valere ad felicitatem vel similitudinem habere cum causa felicitatis. ¶ Ad aliud dicendum quod omnis causa efficiens aut est determinata aut indeterminata. si indeterminata aut hoc provenit propter esse impotenciam et sic fortuna aut propter esse libertatem et sic divina providencia. si determinata aut est agens per cognitionem ut ars vel sine ut natura.

¶ Octavo et ultimo queritur utrum pro virtute debeatur alicui felicitas quod non videtur quia si meritum et premium proporcionalia debent esse. virtus autem cum sit actus et temporalis non habet proportionem cum felicitate cum sit perpetua et spiritualis non videtur quod felicitas possit dari pro virtute. ¶ Item iusticia respicit exigentiam meritorum cum ergo prima causa agat per iusticiam considerat in retribuendo exigentiam meritorum sed constat quod merita non sunt proporcionalia felicitati secundum illud apostoli non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. ergo non potest retribui pro meritis nostris felicitatem. ¶ Similiter potest queri cum opera mala sint momentanea et delectatio sit temporalis non videtur quod pena perpetua debeat infligi debent enim habere proportionem pena que infligitur et delectatio sive opus pro quo infligitur. ¶ Ad primum dicendum est quod prima causa quia maxime liberalis est habet remunerare supra condignum et hoc patet quia vilociens est ita facit dux vel dominus temporalis quod ultra suum supra condignum suos remunerat et hoc ei ascribitur bonitati quod ostendit quod meritum et premium debeant esse proporcionalia respondendum quod duplex est premium unum in quo solum attenditur racio et meritum ipsius merentis et de isto verum est. est aliud in quo non solum attenditur meritum ipsius merentis sed liberalitas conferentis et de isto non est verum. ¶ Ad aliud quod ostendit quod agit per iusticiam respondendum quod iusticia dicitur multipliciter uno modo iusticia dicitur facere alicui secundum exigenciam meritorum. alio modo iusticia dicitur facere alicui secundum quod condecet bonitatem facientis et quia decens est bonitati et liberalitati prime cause ut si homo faciat quod suum est quod et prima causa faciat quod suum est de iusticia hoc modo est ut prima causa retribuat homini felicitatem pro virtute. ¶ Ad aliud dicendum quod quia in peccato est aversio a bono incommutabili ideo pena non respiciendo conversionem vel delectationem sed respiciendo aversionem que est a bono incommutabili et eterno debetur eterna. et hoc est quod dicit gregorius quia homo peccat in suo eterno. scilicet avertendo se a deo ideo eternaliter punitur. Istud tamen verbum gregorii aliter exponitur ut eternum hominis appellet vitam hominis et tunc erit sensus illius auctoritatis quia homo peccat in vita sua que est suum eternum et sic in suo eterno avertit se a deo ideo deus in suo eterno avertit se ab illo vel ab eo. Aliter etiam potest dici quod pena infligitur non contra delectationem vel opus sed contra culpam vel reatum sequentem. et quia culpa perpetua est ideo pena que infligitur perpetua debet esse. vel potest dici quod sicut in morte sciencia non deletur sic mala voluntas in morte post mortem non deletur. et ideo pena perpetua est ei infligenda et est ibi proporcio hoc modo. ¶ Utrum sic

exponitur. Unum quesitum est et subiungit quod unum dubium, scilicet utrum felicitas sit assuescibile, id est per assuetudinem sive per operationes consuetudinales acquiratur in nobis, vel discibile, id est per disciplinam acquiratur, vel sit possibile ipsam acquiri aliter qualiter, id est alio aliquo modo, et specificat qualiter aliter dicens: Sive advenit nobis secundum divinam providentiam, id est aut sit a divina providentia vel fortuna, id est vel missio nobis a fortuna. Aliquid quidem igitur aliud habent. Unde et tunc sic continuandum est ita quidam ordinatio in idem prosperitatem et felicitatem, quidam virtutem et felicitatem. Unde, id est propter quod quesitum est. Cetera non mutantur. Postea questione soluta auctor dicens quod si, id est quamvis aliquid donum vel datum, id est de numero datorum, inest hominibus deorum, id est per doctrinam, qui dicit quamvis aliquod bonum insit homini per doctrinam, tamen rationabile est felicitatem esse divinum, id est a deo supple et non ab aliquo bono hominis, maxime inquantum est melius, supple quam ea que sunt de numero bonorum humanorum, et dicit auctor quod istud determinare, scilicet quod sit melius eo bono quod est de numero bonorum humanorum, erit proprium alterius philosophie, scilicet prime vel theologice quoad [?]. Deinde ostendit auctor quod sit ab aliquo bono priori disponente; non subiungit: Si advenit nobis propter virtutem vel disciplinam vel assuetudinem, supple tamen quantum disponentia autem quamvis itaque ita sit, tamen videtur esse de numero bonorum divinissimorum, id est que maxime a divina providentia proveniunt, qui dicit quamvis non detur nobis sine istis disponentibus tamen a deo datur nobis, quod probat dicens quia esse beatum et esse optimum videtur finis et beatum, id est premium ipsius virtutis. Deinde auctor dicit quod istud bonum quod est felicitas erit commune, id est communicabile a multis, quod probat dicens quia possibile est ipsum inesse omnibus non claudicantibus ad virtutem, et dicuntur claudicare ad virtutem qui opera de genere bonorum faciunt sicut ypocrite sed perversa intentione. Virtus enim ad sui acquisitionem duo requirit: opera bona et intentionem ordinatam, quorum altero deficiente dicitur homo claudicare ad virtutem. Deinde exequitur quartum premissorum dubiorum. Si autem ita, qui dicit si ita est quod felicitas est a divina providentia, tunc beari, id est beatum esse, melius est quam quod per fortunam, id est quam illud quod inest a fortuna. Deinde ostendit quod neque a natura, dicens quod impossibile est habere optima quam secundum naturam, qui dicit ipsum est quod ea que secundum naturam habentur sunt optima. Deinde probat istud dicens: Non innata, qui dicit quia optima non sunt innata et que habentur secundum naturam sunt innata, non sunt ergo optima. Deinde ostendit quod neque secundum artem et doctrinam dicens: Similiter ea que sunt secundum optimam causam et que sunt maxime, id est completissima, causa non sunt ea que sunt secundum artem et causam communem, id est fortunam, et appellat fortunam causam communem propter contrarietatem et indifferentiam quam habet ad utrumque. Deinde dicit quod valde preciosum et utile erit committere fortune, dicendo quod secundum fortunam insit maxima, id est felicitas que est maxima, quia continet omnia alia bona, et optima propter intentionem boni in ea existentis sive quod ipsa est. Deinde dicit quod istud erit manifestum ex sermone dicto, qui dicit per ea que dicta sunt sufficienter patet istud videri, scilicet felicitatem esse optimum bonum et maximum, vel istud felicitatem non inesse a causa alia nisi a providentia divina. Deinde recapitulat dicens quod quoniam est qualis actus anime est felicitas.

¶ Reliquorum autem et cetera. Hec est sexta pars in qua intendit ostendere quando insit felicitas et dividitur hec pars quia primo resumit divisionem bonorum aliorum a felicitate quam superius posuit dicens quod post illa bona est bonum optimum, scilicet felicitas que est finis doctrine civilis. Secundo ostendit quando non insit felicitas et quando insit quando post mortem solum: Decenter. Tertio quia superius dictum est quod felicitas est bonum perfectissimum et intransmutabile et hoc non videbatur quia et post mortem videbantur bona fortune filiorum et nepotum provenientia ad patrem mortuum aliquid addere vel abicere a felicitate eius, ponit dubitationem et solvit ibi: Puta. Prima istarum partium dividitur quia primo resumit divisionem quam posuit superius in illo capitulo: Quod autem usque. Secundo dicit quod hec divisio concedenda est ex predictis: Concessa. Tertio dicit quod preter hec est bonum optimum quod est finis doctrine civilis: Civilis enim autem. Secunda pars dividitur quia primo ostendit quando non insit felicitas, secundo ostendit quando insit: Si utique. Et primo ostendit quod non inest in vita, secundo quod non in morte: Vel Solonem. Prima dividitur in duas partes: primo ostendit quod felicitas non inest pueris, secundo quod non alicui viventi qualiter [?]: Multe. Prima continet duas partes propter duas rationes, quarum prima incipit ibi: Decenter. Secunda ibi: Indiget. Pars illa in qua ostendit quod non inest in morte dividitur quia primo dicit quod videtur determinare [?] Solonem et secundum illam Solonem vel mortem imminentem iudicare felicem vel infelicem. Secundo ostendit quod homini in illa Solone vel morte non inest felicitas: Si autem. Et hec pars habet tres partes propter tres rationes, quarum prima incipit hic: Si autem. Secunda ibi: Si autem. Tertia ibi: Videtur. Vel ibi: Habet autem. Pars illa in qua dicit quando insit non dividitur. Sequitur pars tertia, prima in qua auctor primo ponit questionem sive dubitationem, secundo opponit ad partem utramque ibi: Inconveniens. Tertio solvit: Sed retentandum. Et primo opponit ad ostendendum quod infortunia nichil transmutant in patribus mortuis, secundo ad ostendendum quod immo: Inconveniens. Pars illa in qua solvit dividitur quia primo dat solutionem sive ponit veritatem, secundo probat eam sive quod infortunia non possunt aliquid abicere a felicitate vel addere ipsi: Sed quia. Vel secundum alium modum legendi ibi: Non videtur. Tertio respondet rationi contrarium probanti: Hic autem. ¶ Ad primum sic procedit dicens quod aliorum bonorum a felicitate alia sunt bona propter se et alia sunt bona propter aliud. Et dicit quod hec divisio concessa est ex predictis quia superius eam posuit. Deinde dicit quod preter hec est bonum optimum quod nos ponimus finem doctrine civilis. Ad secundum sic procedit dicens quod neque equus neque aliquod aliud animal dicitur est felix neque et puer, et ad hoc dat primo talem rationem: Illud quod non operatur ea que sunt secundum rationem debet dici felix, sed neque puer neque aliquod aliud operatur secundum rationem, ergo neque puer neque aliquod aliud debet dici felix. Deinde dicit auctor quod si qui puerorum dicuntur felices hoc dicitur non propter rem sed propter spem. Et quod non secundum rem probat quia felicitas ad hoc quod insit indiget virtute perfecta, quam cum non habeant pueri patet quod non felicitatem. Unde sic posset computari secunda ratio. Et tunc secunda est alia ibi: Multe enim. Et dat rationem talem: omnis status cuiuslibet viventis est transmutabilis vel transmutari, sed felicitatis status non, ergo non inest in vita. Ex hoc concludit quod verum est nullum esse beatificandum dum vivit. Deinde ostendit quod non in morte. Et primo dicit quod oportet inspicere utrum optimum, scilicet felicitas, insit cum homo dissolvitur sive moritur. Deinde ostendit tribus rationibus quod non inest tunc felicitas. Prima talis est: cum felicitas sit intransmutabilis status, morientis transmutabilis, non erit felicitas in morte. Secunda talis est: felix non homo quod non vivit, moriens homo quod non vivit, ergo in morte non erit felicitas. Tertia est hec: status morientis necesse est dubius et ei videtur bonum quod non est vel malum, sed felicitas non, ergo et cetera. Postea sic concludit: cum felicitas non insit in vita nec in morte tunc oportet quod insit viventi et non sentienti, scilicet post mortem. Ad tertium sic procedit dicens quod prosperitates et adversitates nepotum et filiorum proveniunt ad patres mortuos faciunt dubitationem utrum felicitas esse possit post mortem. Unde arguit sic: si eufortunia vel infortunia nepotum perveniant ad patres mortuos, mortuus transmutatur a felicitate sua, sed hoc inconveniens quia felicitas est bonum intransmutabile, ergo ad eos non veniunt. Ad oppositum dicit quod immo, quia inconveniens est ea que sunt nepotum non pervenire ad patres mortuos. Vel potest dici quod in ista parte: Inconveniens utique, solum opponit contra predicta, scilicet quod felicitas non insit post vitam, et intendit sic arguere: infortunia vel eufortunia si perveniunt ad patres mortuos transmutant eos, sed inconveniens est ea ad patres non pervenire, quare necesse patres mortuos transmutari, quare tunc non erunt felices. Deinde solvit dicens quod solum post finem vite dicendus est unusquisque beatus. Secundo manifestat hoc dicens quod si sequeremur fortunas infortunias [?] diceremus eundem felicem et miserum, quod non potest esse. Deinde dicit quod has fortunas non oportet ordinari ad felicitatem quia hiis non indiget, sed solum vita temporalis et corporalis hiis indiget. Hec est sententia. Ordo satis patet. ¶ Circa partem istam primo queritur de divisione bonorum que hic ponitur. Secundo super hoc quod dicitur de tempore in quo felicitas homini inest. Tertio super hoc quod dicit quod puer non est felix. Quarto super hoc quod dicit quod morienti inest vel videtur inesse bonum et malum. Quinto super hoc quod vult felicitatem inesse post mortem et sic anime separate. ¶ De primo sic. Hic auctor ponit divisionem boni preter felicitatem [?] dicens sic quod reliquorum bonorum a felicitate quedam sunt necessaria et quedam utilia. Vult ergo quod felicitas sit unum bonum sive una boni differentia, bonum necessarium alia, bonum utile tertia. Et super hoc est contra in illo capitulo: Quod autem usque, sive ibi: Probabilius autem, posuit divisionem boni bimembrem, scilicet in bonum propter se et bonum propter aliud; male videtur hic eam ponere trimembrem. ¶ Item cum dividat hic bonum in bonum quod est felicitas et in bonum necessarium sive quod necessarium est existere, quomodo ponitur hic in divisione contra illud. ¶ Item unumquodque bonum sive quod necessarium est existere est bonum utile, ergo contra bonum utile non est dividendum. ¶ Ad primum dicendum quod bonum per se vel propter se duplicatur dicitur: uno modo bonum quod in se habet causam sue bonitatis propter quam omni alio circumscripto est eligibile, et hoc vel in via, et posset dividi contra felicitatem simpliciter de qua hic probat quod inest solum post mortem, vel simpliciter sive in via sive post vel in patria, et hoc modo non dividitur bonum propter se vel secundum se contra felicitatem. Dico ergo quod bonum quod hic appellat necessarium vel quod necessarium est existere est bonum propter se non primo et non secundo, et ideo dividitur hic contra felicitatem, et ideo ponitur divisio trimembris ut dicatur felicitas bonum quod est eligibile omni alio circumscripto simpliciter, bonum necessarium vel quod necessarium est existere quod est eligibile in via omni alio circumscripto, bonum utile quod non est eligibile propter se sed solum propter aliud, et ideo ponitur hic divisio trimembris, sed superius appellabatur bonum secundum se vel propter se quod omni alio circumscripto sunt eligibile erat alio dico casto [?] et ideo bonum propter se sic largo potest continere in se felicitatem. Patet ergo quomodo hec divisio reducatur ad aliam. Per hoc patet solutio ad aliud, scilicet quomodo felicitas possit hic dici bonum necessarium sive quod necessarium est existere et quomodo dividatur contra. ¶ Ad aliud dicendum quod felicitas non est bonum utile proprie loquendo. Bonum enim utile proprie loquendo est bonum quo utendum est, sed uti est proprie referre illud quo utimur ad illud quo fruendum est. Unde bonum utile proprie dicitur bonum quod est ordinabile ad bonum alterum maius eo. ¶ De secundo sic. Cum anima sit in loco et sit non per circumscriptionem sed per diffinitionem, videtur quod sicut determinat quando felicitas est in anima sic deberet ostendere et videtur ubi felicitas inest anime; hoc autem non facit, quare nec illud. ¶ Item istud videtur quia inferius dicit felicitatem esse actum anime ubique et omnino. Si ubique ergo sequitur aliquando vel debetur anime in loco, quare debet determinare locum sicut tempus determinat. ¶ Item cum tempus augmentet vel diminuat meritum sicut et tempus, qua ratione determinat de tempore eadem ratione et de loco. ¶ Respondendum quod etsi anima felix sit in loco per diffinitionem non tamen determinatur per aliquam loci differentiam, unde dicit inferius quod est actus anime ubique et omnino, sed per aliquam differentiam temporis determinatur et non per quolibet tempore, et ideo non est simile. Concedo etiam quod locus augmentat meritum et demeritum sicut et tempus, sed tamen premium non determinatur anime per differentiam determinatam loci sicut temporis, et accipitur tempus communiter quia anima beata non mensuratur proprio tempore. ¶ De tertio queritur utrum etiam secundum philosophum puer possit dici felix. Quod non videtur quia sicut dicitur in prohemio pueri non sunt operatores eorum que sunt secundum rectam rationem, ex quo arguitur: cum solum operantibus secundum rectam rationem debeatur felicitas, pueris secundum philosophum non debetur felicitas. ¶ Item ad virtutem requiritur scire, velle et immutabiliter operari; ergo cum in ipsis deficiat scire et virtus, sed felicitas est actus secundum virtutem, quare et felicitas non debetur ipsis. ¶ Contra. Cum inter felicem et infelicem non sit medium, si pueri non sunt felices videtur quod sint infelices. ¶ Sed contra. Sicut nondum sunt operatores bonorum propter eandem causam nondum sunt operatores malorum, sed solum operatoribus malorum debetur infelicitas, quare non erunt infelices. ¶ Item si aliquis addatur combustibili [?] non habenti dispositionem contrariam semper aget; cum ergo substantia sit actus debitus substantie rationabili et offeratur unicuique a prima causa, quia equaliter se habet ad omnes, et si non omnes equaliter ad ipsum, videtur quod in pueris cum non inveniatur dispositio contraria habeat remanere et actum suum facere felicitas. ¶ Item si habeat aliquis voluntatem dandi etsi non det quia non habet facultatem meretur ac si daret; cum ergo iste puer si viveret multa bona operaretur, ponamus, et si non operatur quia non habet facultatem rationis videtur quod mereatur ac si faceret, sed si faceret esset felix, quare videtur quod sit felix. ¶ Ad hoc dicendum quod secundum theologum puer potest dici felix vel infelix secundum gratiam gratis datam vel non datam, quia gratiam gratum facientem non habent. Secundum tamen philosophum dico quod pueri non sunt felices et concedo rationes ad hoc, non tamen pono quod sint infelices. Quod obicitur quod inter felicem et infelicem non est medium, respondendum quod sicut cecum et videns supponit susceptibile medium non habent, aliter autem posset habere, unde lapis non dicitur cecus vel videns, sic dico quod felicem esse vel infelicem non habent medium supponit substantiam receptibilem. Substantia autem receptibilis secundum philosophum non est substantia rationalis simpliciter sed substantia rationalis disposita per operationes vel nata operari secundum rationem. Puer autem non est huiusmodi, sicut catulus ante nonum diem non est substantia videns vel privata visu quia ante non est natus habere visum. ¶ Ad secundum dicendum quod felicitas unitur anime mediantibus dispositionibus, scilicet per habitus bonos disponentes ad eius receptionem et mediantibus operationibus bonis, quibus quia caret puer non potest ei uniri felicitas. ¶ Ad aliud dicendum quod voluntate bona operandi secundum meritum si sit actualis, aliter non, et quia in puero non potest esse hec voluntas actualis ideo non potest mereri et ideo non habere felicitatem secundum philosophum. ¶ De quarto queritur utrum morienti possit inesse felicitas. Quod non videtur per Solonem quia dicit quod non est dicendum aliquem esse beatum usquequo vivit [?], sed constat quod moriens adhuc vivit, ergo moriente non est dicendum esse beatum. ¶ Contra. Dicit hic auctor quod post mortem homini inest felicitas, ergo in statu in quo magis accedit ad illum statum magis habet inesse

Sed status qui est in morte magis accedit ad statum post mortem quam status qui est in vita perfecta. ergo cum in futuro dicat felicitatem esse in vita perfecta dicens quid prohibet dicere eum felicem qui exterioribus sufficienter habundat etiam in vita perfecta multo plus videtur quod insit in morte. ¶ Item dicit quod mortuis videtur inesse bonum vel malum et dicit malum propter mortem quod testatur quod ergo utrum mors sit malum quod non videtur quia cum generatio et corruptio sint eiusdem et generatio est naturalis ergo et corruptio sed omne naturale bonum ergo et corruptio sive mors. ¶ Sed contra cum mors sit motus ad non esse et non esse malum ergo et mors. ¶ Respondeo quod morienti non inest felicitas. Ad illud quod obicitur in contrarium dico quod felicitas de qua hic loquitur inest solum post mortem est felicitas simpliciter et spiritualis et hec solum inest post mortem sed illa de qua loquitur postea quod inest in vita perfecta hec est felicitas temporalis que idem est quod prosperitas sed si illa spiritualis felicitas posset esse in vita perfecta concedimus quod posset et esse in morte sive cum moritur. ¶ Ad aliud dico quod corruptio malum est et quod opponitur quod non quia est naturalis respondeo quod aliquid dicitur naturale dupliciter vel quia naturaliter est in aliquo et ad nature continuationem vel productionem tendit et hoc semper est bonum vel quod ulterius est in aliquo non tamen ad esse vel conservationem rei ulterius et quod sic est ulterius non est bonum. ¶ De quarto dico non existente dispositione per quam aliquid unitur alii non manet unio extremorum ergo cum in anima separata non maneat virtus per quam unitur ad virtutem vero aut medium est quo unitur felicitas anime ergo non felicitas erit in anima post mortem. ¶ Item ad idem est medium sine quo perempto perimitur unum ergo similiter perempto medio unitente felicitatem cum anima scilicet virtute perimetur unio felicitatis ad animam. ¶ Item omne quod est in anima separata incorruptibile est in ea sed omnis habitus anime in coniuncto corruptibile est ergo et virtus ex quo arguitur cum omnis habitus in coniuncto sit corruptibilis et omnis habitus anime separate incorruptibilis anime habitus in coniuncto non potest esse habitus anime separate ergo virtus non erit in anima separata ergo cum sit medium uniens felicitatem cum anima separata felicitas non erit post mortem. ¶ Contra sicut dicit Augustinus virtus est bona qualitas mentis sed possumus dicere post mortem esse qualitatem bonam in anima. ¶ Item post mortem possumus dicere quod anima est bona vel mala non solum bonitate naturali ergo acquisita sed non est ponere genus preter speciem ergo si possumus dicere eam esse bonam possumus dicere eam esse iustam vel castam vel aliquid tale ergo et virtuosam. ¶ Item separata anima a corpore qualitates corporis bene manent ut albedo nigredo brevitas et longitudo ergo similiter separata anima manebunt anime qualitates in anima hec autem sunt virtutes et vicia. ¶ Respondeo quod felicitas inest post mortem et forte philosophi non attendentes quod anima post istam vitam resurgeret cum corpore suo ponerent quod anime per se inesset sed tamen nescio si sive ponerent quod corpus resurgeret et quod illi coniuncto inesset sed forte non anime sive ponerent quod non et quod inesset anime solum tamen dico quod dicendum quod felicitas inest post mortem. ¶ Ad primo obiectum in contrarium respondi primo dico quod duplex est dispositio quedam que disponit ad fieri rei solum et dico quod sine tali non fit res tamen facta sine tali potest manere. alia est dispositio que disponit non solum quo ad fieri sed est quo ad esse et sine tali non est res. Dico ergo primo quod virtus sit ut primo disponit ad felicitatem et non secundo. ¶ Similiter potest dici ad aliud quod duplex est medium unum quo ad fieri rei aliud quo ad esse et virtus est medium in fiendo et non in essendo et ideo non oportet quod maneat cum manet felicitas. Aliter potest dici scilicet quod virtus manet in anima separata et quod obicitur quod non quia non manet actus virtutum. Respondeo ut supra tactum fuit quod immo sed non omnes sed solum illi qui in operante in notitia ipsorum et expressionem et hec superius fuit declaratum. ¶ Ad aliud dicendum quod ille idem habitus sive illa eadem scientia quam prius habuit anima in coniuncto post habet separata non est rationis sed prius existens corporis sicut prius rationi cum esset oblivionis anime causa vel ratione corporis vel consimilium operum anima in coniuncto sed autem non sunt tamen est cum separatur concedo ergo rationes per quas ostenditur quod manet virtus in anima separata. ¶ Littera sic exponitur. tertia dicendum est a quo enim quoniam ab efficiente insit felicitas autem sed bonorum reliquorum a felicitate hec idest quedam necessarium est existere idest quedam sunt bona necessaria sine bona propter se. hec idest reliqua sunt innata cooperativa ad alia et utilia ad illa organice idest ad modum organi quod semper ad alterum est quasi dicat aliorum bonorum a felicitate quedam sunt bona propter se et quedam bona propter aliud ad quod sunt utilia. deinde dicit quod hec idest divisio istorum vel huiusmodi confessa erit his idest per ea que in principio quasi dicat hec divisio habita est per predicta in illo capitulo probabilius autem. deinde dicit quod propterea hec est bonum optimum quod nos ponimus finem doctrine civilis. et quod illud optimum scilicet felicitas sit finis doctrine civilis probat dicens quia ipsa doctrina civilis intendit multum facere cives bonos et operatores bonorum. et quia operatores bonorum ideo concludit quod neque equum neque aliud animal dicimus felix quod probat quia nullum eorum potest participare tali actui scilicet bono. et dicit quod propter eandem causam neque puer potest dici felix quod probat quia nondum est operator talium idest bonorum propter etatem idest propter defectum rationis provenientem ex defectu etatis. Deinde respondet ad quoddam quod posset ab eo queri non quod de aliquibus pueris bene natis et habentibus bona natalia dico quod sunt beati dicit auctor quod sic sed hoc est non propter rem sed propter spem quia cum videmus eos bene natos credimus eos futuros beatos et quod non sint beati secundum rem probat quia felicitas secundum rem indiget virtute perfecta idest non inest nisi per virtutem perfectam sic superius dictum fuit et quod sic debeat legi et quod talis debeat esse littera patet per aliam translationem que dicit propter hoc quod causam non dicimus puerum felicem. nondum enim complementum est neque operatur opera felicitatis propter debilitatem etatis quia non ex pueris nominatus fuit felix nominatus propter spem fuit felicitatisque indigetur enim sicut diximus in felicitate virtute perfecta et vita completa. Deinde ostendit quod neque in vita inest felicitas dicens quod multe transmutationes et diversi status vel modi fortune scilicet adversitates et prosperitates fiunt in vita humana. quod probat quod multociens contingit aliquem qui diu in prosperitate magna vixit in senectute multa pati infortunia et adversa sicut accidit de Priamo sicut dictum est in heroicis idest in libris de ystoriis que fiunt de eo quibus facta heroum describi solebant. et dicit quod quilibet mirabitur eum hominem qui talibus usus est fortunis idest qui sic mutatus est a tanta prosperitate in tantam adversitatem ex quo concludit quod nullus felicitabit idest beatum dicet illum et non solum illum immo nullum beatificandum est idest dicendus beatus usquequo idest quamdiu vivit. Deinde ostendit quod felicitas non insit in vita ostendit quod nec in morte dicens quod oportet inspicere felicem idest utrum aliquis sit felix secundum Solonem idest cum solutus anima a corpore scilicet cum homo moritur. Deinde ostendit quod tunc non de dicens quod omnino idest simpliciter est inconveniens dicere aliquem felicem cum moveretur idest cum status eius scilicet cum moritur sit valde mutabilis et hoc quia felicitas est status intransmutabilis unde sequitur et cum hoc dicit scilicet felicitatem inesse cum moveretur homo dicit felicitatem esse quandam de nobilis idest in nobilis aliter quam iusto. quia dicit ipsam esse transmutabilem cum sit intransmutabilis. Deinde dat secundam rationem dicens quod si diximus morientem idest aliquem cum moritur esse felicem. neque hoc volo idest et hic mortem quod nullus volo hic tunc cum hoc dicit beatificabit idest beatum dicit hominem simpliciter existentem in malis et infortuniis existentem quoniam mala corporis vel anime et extra infortunia quo ad mala exteriora que sunt mala fortune quod simpliciter non potest esse. Deinde dat tertiam rationem dicens quod hic idest status huius habet dubitationem idest dubium est et mortuum videtur esse bonum quod non est et malum quod non est simpliciter sed felicitas non sic Deinde ostenso quod felicitas non insit in vita nec in morte et non est aliis status non post mortem concludit dicens si utique simpliciter ita est quod non inest non in vita nec in morte oportet tunc quod insit viventi non sentienti autem idest habenti vitam sine sensu et hoc est vita anime post mortem quasi dicat ex quo non inest in vita non in morte oportet quod insit post mortem. Deinde exequitur tertiam partem supra dictam est quod felicitas inest post mortem sive viventi non sentienti puta idest sed honores et contumelia filiorum et prosperitas et infortunia nepotum hec habuit questiones idest dubitationem que est causa querendi. et referantur honor et contumelia ad bonum hominis ratione anime et prosperitas et infortunium ad bonum hominis ratione corporis. Deinde ostendit quomodo hec habeat rationem querendi et dubitandi dicit quod ei qui beate et laudabiliter vixerit et defecit idest moritur secundum rationem in statu scilicet bono et laudabili tali inquam contingit accidere multas transmutationes circa nepotes eius et appellatur nepos large secundum expositionem nominis qui natus post Deinde ostendit quomodo contingit accidere multas transmutationes circa nepotes dicens et idest hos idest quosdam eorum esse bonos et habere vitam secundum dignitatem idest digne et laudabiliter vivere hos idest quos nepotes econverso idest indigne et vituperabiliter vivere ex hoc concludit quod manifestum est quod contingit eos idest nepotes se habere omnifariam idest omnibus modis fortune se habere idest variari ad parentes mortuos idest secundum noticiam patrum mortuorum intervallis idest diversis spaciis temporum. Deinde concludit quod inconveniens est hec si idest quod mortuus transmutatur simul idest transmutatur simul cum transmutatione nepotum et filiorum. unde etiam alia translatio dicit inconveniens est mortuum transmutari transmutatione aliorum et tertia translatio dicit verumptamen hoc posito sequitur inconveniens scilicet ut alius transmutetur aliorum transmutatione et quia aliquis posset dicere quod parentes mortui nichil sentiret de eufortuniis vel infortuniis nepotum hoc tamen dicimus quod inconveniens est ea que nepotum idest prosperitates et infortunia eorum nequaquam idest nullo tempore redundare idest pervenire ad parentes mortuos. Consequenter solvit auctor dicens quod reiterandum est ad questionem et illud quod questum est idest ratio qua posuimus non ad questionem nostram erit manifestum ex illo solutio idest si solverimus et determinaverimus illud prius quesitum. deinde ponit solutionem ad questionem dicens quod oportet videre finem et tunc primo viso scilicet fine vel morte debemus beatificare idest beatum dicere unumquemque non ut entem idest non quia esset beatus simpliciter prius quia ante non erat plene beatus cum bonum quod habebat posset amittere sed post mortem non potest et ideo post mortem potest dici beatus. deinde manifestat quod non ante mortem est beatus dicens quod quia prius fuit questio non inconveniens quando aliquis est felix non vere dicitur existere idest esse de eo idest de quolibet qui ponitur esse felix non vere dicitur quod sit felix quamdiu vivit et exponit quod est quod non est non existere scilicet hoc quia nolumus beatificare idest beatos reputare viventes idest aliquos dum vivunt. Verum dicit quia non est verum dicens propter transmutationem quasi dicat illud non est verum quia quamdiu vivunt sunt transmutabiles et quod transmutatio repugnet probat dicens nos existimamus felices esse felicitatem esse quoddam idest bonum simpliciter et maxime permanens et idest quia nequaquam idest nullo modo transmutabile sed dicit aliquis similiter bonum fortune intransmutabile est dicit quod non. Unde dicit quod contra eos videmus multociens fortunas regulari idest variari hec enim est regula fortune non instabilis sit et transmutetur ab adversitate in prosperitatem et econverso et quia sic transmutatur fortune contra nepotes manifestum est quod si sequimur fortunas dicendo felicitatem variari scilicet in patribus mortuis secundum variationem fortunarum in prosperitatibus vel filiis dicemus multociens eundem mortuum felicem propter prosperitatem filiorum et miserum propter adversitatem eorundem et manifestat questio dicens nos dico nuntiantes multociens felicem propter prosperitatem filiorum vel nepotum quendam carnale et idest quendam constitutum carnaliter idest qui vixit carnaliter secundum carnis delectationem. iste enim carnalem fuit homo sue voluntatis qui luxuriose et in omnibus deliciis carnis compleuit dies suos. deinde solvit ad rationem dicens quod nequaquam iustum est sequi mortuos has fortunas quasi dicat non est conveniens ut parentes mortui varientur per variationem fortunarum in filiis vel parentibus quod probat dicens quod in his scilicet fortunis non attenditur virtus vel malum sed solum vita humana scilicet temporalis indiget his bonis exterioribus et ideo in ipso possunt facere aliquam mutationem sed post vitam non.

¶ Dominii vero. Determinato de felicitate secundum se in hac parte comparat actus secundum scientiam et actus qui sunt secundum virtutem respectu felicitatis. secundo concludit quod si actus qui sunt secundum virtutem durant in vita quod ille in quo durant actus isti potest dici felix in vita et non erit miser. sed tamen est intelligendum quod non vult dicere quod sit felix simpliciter sed propter spem firmam future beatitudinis vel propter intransmutabilitatem sui status. et in prima parte dicit auctor primo quod actus qui sunt virtute sunt diu felicitatis et contrarii contrarii secundo quia actus secundum disciplinam et actus secundum virtutem requiruntur ad felicitatem oportet quod actus qui sunt secundum virtutem sunt magis diu quam actus secundum scientiam vel disciplinam. Testatur autem tertio dicit quod actus prosperitatis non sit conferendum ad felicitatem sicut actus secundum virtutes vel disciplinas multas. Quarto ne aliquis crederet propter hoc quod in prosperitate vel huiusmodi nichil esset bonum dicit quod immo sed tamen sequitur secunda pars in qua primo dicit quod ille in quo durant tales actus non potest esse miser. secundo ostendit quod talis sine omni transmutatione in animo existente sustinet omnes fortunas. tertio cum tertio quia aliquis posset querere talis sustinebat magna infortunia sed ad horam sed diu non sustinebit etiam prima dicit quod immo quamvis aliter non deberet dici beatus nec tamen felix. Quarto concludit quod secundum hoc aliquis habundans bonis exterioribus etiam in vita perfecta potest dici felix quod dicitur probat. Quinto dicit quamvis et si possit talis et hoc aliquo modo dici felix tamen ad hoc quod simpliciter dicatur felix oportet quod sic finiat et tunc post finem potest dici felix. Cum apponendum Sexto dicit sufficiat quod dictum est et de his ad primum ergo sic procedit dicens quod actus qui sunt secundum virtutem diu sunt felicitatis quia quales sunt operationes tales erunt et habitus et actus contrarii similiter sunt diu contrarii ipsius felicitatis scilicet infelicitatis post hec dat talem rationem ad ostendendum quod magis sunt diu felicitatis quam actus secundum scientiam et arguit cum actus secundum felicitatem permanentiores sint actibus secundum disciplinam felicitas que est bonum maxime permanens magis erit secundum actus qui sunt secundum virtutem quam secundum actus qui sunt secundum disciplinam. sed quia maior propositio erat dubia probat illam dicens quod cum scientia amittitur per oblivionem solam virtus non

non actus secundum virtutem permanentes sicut actus scientie disciplinarum. Deinde dicit quod de prosperitate et eius opposito multis non quod faciant aliquid ad felicitatem sed minutatim non faciunt vitam et si multa scilicet et magna ad contrarium non tamen prosperitas vel eius contrarium vel bonorum fortune bonum potest esse et est bonum faciens ad felicitatem sed si usus sit malus et prius tamen faciens potius ad contrarium et quietius sicut talibus prosperitatibus et adversitatibus apparet ad bonum sicut quando aliquis sustinet infortunia equanimiter amore boni et virtutis. Circa sextam partem sic procedit dicens quod si actus secundum virtutem dominantur in vita aliquis talis fiet miser quod probat, ita in medio ille aliquando non faciet opera mala nunquam fiet miser sed ille cuius actus secundum virtutem dominantur in vita talis; ergo iste nunquam fiet miser. Circa septimam partem sic procedit dicens quod ille qui vere bonus est sicut ille in quo dominantur actus secundum virtutem equanimiter sustinet omnes fortunas prosperas et adversas quod ostendit per duo similia. Unum est quod sicut bonus dux utitur bellicose secundum quod oportet presenti exercitu ad bellum et non deficit sic ille qui talis est in adversitate fortunarum bene se habet et non succumbit. Aliud est quod sicut bonus calceator facit optimum calceum ex coriis datis sic ille ex fortunis prosperis vel adversis semper bonum eliciet et ea equanimiter sustinebit et non succumbet. Ex his concludit quod ille qui sic beatus est in vita nunquam fiet miser. Circa octavam partem sic procedit dicens quod si aliquis succumbat paucis fortunis adversis vel etiam multis non tamen dicitur beatus; ille qui variam et transmutativam habet fortunam quod probat quod a felicitate nullus de facili transmutatur et ideo si iste sit facile transmutabilis non est felix. Circa nonam partem sic procedit dicens quod non prohibetur dicere aliquem felicem qui operatur secundum virtutem et in vita perfecta et habet prosperam fortunam. Deinde circa decimam dicit quod cum et si possit aliquis in hoc dici felix non tamen simpliciter sed ad hoc quod sit felix simpliciter oportet ut finiat vitam in statu illo quia aliter non esset felicitas bonum perfectum quod ultimum est unde et semper et quod est homines possit fieri sicut vivere. Ideo dicit quod homines beatos dicimus ut homines quia felicitatem secundum animam separatam non habet homo ut angelus. Deinde dicit quod de his tantum dictum sit sed summa ordo patet.

Circa premissa primo queritur utrum actus secundum virtutem sive virtus plus conferat ad felicitatem quam scientia. Secundo sicut quod dicit quod actus secundum virtutem sint diuturniores et continui. Tertio utrum virtus sit permanentior quam disciplina. Quarto utrum maior scientia faciat ad vitam beatiorem. Sic ipse. Sequitur et circa primam partem et secundam quod secundum virtutem virtus semel habita possit admitti. Secundo cum possit dici aliquis esse beatus in vita sic ipse dicit et aliquis post mortem ut felicitas. Et beatitudo sit perfectior de primo quod sic quia felicitas non possit esse cum contrario virtutis aut prosperitate contrario scientie; felicitas immediatius se tenet virtuti et essentialius quam scientia et sic virtus magis confert ad felicitatem quam scientia. Item illud videtur quod non sic esset sicut auctor dicit quod felicitas; actus secundum virtutem sic debet dici quod actus secundum scientiam hoc autem non dicit. Unde non scientia tamen confert quod tamen virtus quod causa prima magis influit super causatum quam causa secundaria ergo cum ad felicitatem requiratur et scientia et virtus et scientia est causa prima magis faciet et magis influet ad felicitatem. Item dicit Augustinus quod visio est tota merces sive beatitudo sed visio cognitionis competit potius ergo dicendum quod cognitio est tota vita beata sed hoc non dicitur de virtute; plus ergo confert ad vitam beatam scientia sive cognitio quam virtus. Item causa digens aliqua ad effectum et sine qua alie non inducunt effectum magis confert ad illum effectum quam alia sed constat quod cognitio dirigit et operationes et virtutem ad felicitatem et sine ea non ordinantur ad eam ergo scientia magis confert ad felicitatem quam virtus sive bona operatio. Respondeo quod virtus magis confert ad felicitatem quam scientia et concedo rationes ad hoc. Ad primo obiectum respondeo quod cum dicit quod causa primaria plus influit super causatum quam causa secundaria hoc intelligendum est in causa propria unde in proposito dicendum super causatum per unum sed felicitas non est causatum proprium ipsius scientie vel aliter causa primaria duplex est una est que se ipsa causat

effectum per se ipsa requisita ad effectum et de hac verum est alia que non se ipsa requisita nec se ipsa causa est sed per alterum ad quod disponit quod illius causa est et de hac non est verum sic autem se habet scientia ad felicitatem non enim confert ad felicitatem per se sed per virtutem ad quam disponit. Vel potest dici quod plus influere est dupliciter quantitative sic plus influit scire quia pluribus modis quam per se et per operationes bonas quas dirigit et ordinat ad felicitatem vel qualitative sive intensive et sic virtus magis influit et magis confert. Ad aliud respondeo quod duplex est cognitio sive visio una est simplex sive speculativa et hec non dicitur merces alia est affectiva et hec includit virtutem et bonum et hec dicitur tota merces. Ad illud quod obicit quod dirigit operationem et virtutem ad felicitatem respondeo quod dirigit per modum disponentis non per modum efficientis et propter hoc non oportet quod magis conferat. Circa secundum queritur sic dicit quod actus qui sunt secundum virtutem domini felicitatis, sed nichil minus nobile habet dominium in id quod magis est nobile. Sed ergo felicitas est magis nobile quam virtus vel actus secundum virtutem; actus qui sunt secundum virtutem habebunt dominium super felicitatem. Item quod dominatur alicui aliquo modo causa est illius ergo actus secundum virtutem si sunt domini felicitatis aliquo genere cause se habent ad felicitatem non in genere cause efficientis quia sic dicta prudentia causa esset eius nec in materia quia sic anima nec finis quia finem non habet nec beatitudinem creatam nec forma quia formam non habet nisi dicatur forma sicut exemplar scilicet prima causa si ergo nullo genere cause se habent nullo modo erunt domini felicitatis. Item dicit auctor quod actus contrarii scilicet qui non sunt secundum virtutem sunt causa contrarii et queritur utrum felicitatis contrarium sit infelicitas. Quod sic videtur quia ipse dicit in libro de quiete supponatur igitur virtus esse operativa optimorum malitia autem contrariorum sed optimo nichil contrariatur nisi infelicitas. Ergo infelicitas contrarium felicitati. Contra contraria sunt que mutuo se expellunt ergo felicitas posset expelli ab infelicitate et ita esset transmutabile bonum quod est contra predicta. Item quod cum sit ponere bonum unum a quo omnia et ad quod omnia reducuntur videtur similiter sit ponere unum malum a quo omnia mala et ad quod reducuntur et non quod sic quia contraria. Item cum intensio sit motus ad terminum et in malis sit intensio ergo terminus ergo ponere malum in termino sicut et bonum. Respondeo quod actus sunt domini virtutis sive felicitatis non quo ad essentiam sed quo ad eius unionem ipsi anime et felicitatis ipsi anime causant aliquo modo actus qui sunt secundum virtutem quod obicit quod non quia sunt ignobiliores. Respondeo quod sicut dispositiones ex parte corporis causant per modum disponentis anime unionem ad corpus sic et actus hic unum et si sint ignobiliores tamen possunt esse causa unionis illius quia non sunt causa per modum efficientis sed per modum disponentis. Ad aliud quod dicit quod sunt causa felicitatis non efficiens vel finis vel forma sed sicut nulla causa sed in triplici aut ex qua et hanc non habet aut in qua et sic anima vel dispositio et sic actus secundum virtutem possunt dici causa illius felicitatis. Ad aliud potest concedi quod felicitas contraria est infelicitati. Ad illud quod obicit quod non quia unum contrariorum unum est potentia alterius et quia contraria mutuo se expellunt ab eodem dicendum quod sunt quedam per se contraria quorum utrumque est natura aliqua et de istis est verum sed sunt contraria magis communiter sumendo contrarietatem videlicet que sunt contraria in eodem genere posita maxime a se distantia et mutuo se expellunt ut album nigrum sunt alia contraria communiter que habent repugnantiam esse idem sive mutuo se expellunt sive non et hoc modo sumendo contrarietatem possunt dici contraria que non ordinem habent locum in eis que sunt per se et primo contraria vel potest dici quod de felicitate et infelicitate sibi opposita est loqui dupliciter vel secundum esse suum absolutum et sic mutabilia sunt vel secundum quod sunt relatum ad voluntatem et ordinationem prime cause et sic sunt incorruptibilia et intransmutabilia. Ad illud

plures dii deorum quorum opifex ego idem et pater vos quidem natura dissolubiles voluntate vero mea positum vos indissolubiles. Ad illud quod querit utrum sit ponere summe malum dicendum quod non et non est ex eo quod malum non potest esse nisi in bono sicut dicit Augustinus licet ponere summe malum deberet de necessitate deberet unum esse cum non possit esse nisi in bono quod obicit quod unum quia sunt contraria respondeo quod illud tenet si essent vere et simpliciter contraria. Vel dic quod summe bonum et huic nichil contrarium et summe bonum singulare et tale est non quo nichil habet de contrario vel defectu sed quo ad causatum est melius sive malum sibi oppositum sive pessimum est non quod nichil habet de bono sed quo nichil est peius et hoc modo posset concedi esse summe malum. Ad illud quod obicit quod intensio est motus ad terminum et sic cum malum possit intendi et potest terminari respondeo quod verum est in maiorum minorum sed simpliciter non unde sic malum non habet intentionem absolute sed solum in respectu sic nec terminum habet nisi respectu. Circa tertium sic sicut dicit in libro virtus est circa singularia quia est operationes singulares et que sunt in singularibus sed scientia est circa universalia ergo sicut universalia permanentiora sunt singularibus sic et scientie virtutibus. Item sicut dicit in libro malus summus comvoluntarius unum aliquis ex sola voluntate amittit virtutem et contrarium sit virtuosus sed non sic scientiam ergo scientia permanentior est. Item cum virtus sive intellectus speculativus magis sit abstractus quam intellectus practicus quod patet quia iste singularia ille vero magis universalia respicit nam quod magis sit permanens habitus intellectus speculativi quam practici et sic scientia quam virtus. Contra secundum casum rei vel defectum medii vel oblivionem scientias potest deserere scientia sed virtus non nisi uno modo unde Augustinus bonum adeo est voluntarium quod nullus habet ipsum invite voluntarie non admittit nisi voluntarie unico ergo potest admitti et sic scientia minus permanens est cum facilius possit admitti. Ad horum evidentiam sciendum quod de virtute et scientia est loqui dupliciter vel in se vel in comparatione ad habentem et in comparatione ad habentem dupliciter vel simpliciter vel in respectu affectus et desiderium habentis utatur esse horum conservationem et hoc ultimo modo virtus permanentior est primo vero et secundo scientia et per hanc distinctionem patet solutio ad argumenta. Quod obicit quod virtus est esse singularia verum est quo ad suum subiectum sed quo ad suum esse non vel si sic ita cum singularia sunt in potestate nostre voluntatis et manent manente voluntate que non potest mutari nisi velimus. De quarto sic dicit super quod cognitio adiuncta maximum felicitatis facit incrementum ex quo videtur quod magna scientia vel maior faciat ad vitam beatiorem. Item dicit Augustinus quod quantum cognoscis tantum diligis ergo ex maiori dilectione maior dilectio sed ex cognitione et dilectione summi boni habitudo ergo ex maiori cognitione vita beatior. Item ad idem scientia disponit ad virtutem et virtus ad scientiam ergo maior scientia magis disponit ex quo sic arguitur cum materia magis disposita actus et operationes forme in materia maneant modo completiori sicut patet de igne et lignis siccis et multum dispositis ad igneitatem videtur quod ipsa beatitudo nobiliori modo sit et effectus nobiliores habeat in sciente quam ignorante et in magis quam in minus. Item istud videtur quia super dixit quod pueri non sunt felices quia non operantur secundum virtutem et actus virtutis est cognoscere et conferre ergo videtur quod ad maiorem felicitatem facit cognitio vel actus virtutis maior et fortior. Item sicut virtus perfecta exigitur ad beatitudinem sic et scientia sed virtus maior beatitudinem maiorem inducit ergo similiter et scientia maior et sic videtur auctor verum dicere dicens quod multa et magna scientia facit vitam beatiorem. Sed contra ut habetur in libro philosophorum nisi sunt sapientes econtrario operantes ex quo arguitur cum male operantes ut sic sunt futuri sic infelices econtrario felicitatis vel causa contrarii stabit scientia quia non est causa essentialis ad felicitatem et sic ex eius intensione non intenderetur felicitas. Item quod operatur ad intensionem alicuius non operatur ad intensionem contrarii sed cognitio operatur ad intensionem infelicitatis magis enim debet esse infelix

magis sciens et male operans quam minus sciens male operans ergo scientia maior non operabitur ad intensionem felicitatis vel beatitudinis. Item scimus quod multe vetule ignorantes beatiores sunt magnis et multis theologis ergo non est verum quod scientia faciat vitam beatiorem. Ad horum evidentiam sciendum quod multa et magna scientia bene facit ad vitam beatiorem sed non per modum efficientis necessario causalis sed per modum disponentis. Unde concedo quod reliquis paribus scilicet quod equali affectu operetur iste bonus qui sciens est et iste minus sciens quod iste sciens de gratia recipiet premium modo nobiliori et meliori non tamen dico quod hoc sit de necessitate sed de gratia et hoc modo accipiende sunt rationes que dicunt vel ostendunt quod maior scientia faciat ad vitam beatiorem. Ad illud quod primo obicit contra quia multi sunt scientes econtrario operantes bene concedo non dico quod maior scientia faciat vitam beatiorem sed quod ad vitam beatiorem disponit nisi dicas quod faciat de gratia non de necessitate et ex hoc accidit quod isti in peccatis suis magis sunt puniendi. Ad aliud dicendum quod sic videmus quod cause contrarie eundem effectum habent in eodem contrariis ut calor et frigiditas unde calor induvat et condensat lutum abstrahendo humiditatem ab eo sed frigiditas partes congregando. Item sicut videmus quod idem in diversis causa est contrariorum sicut sol congregat lutum et dissolvit glaciem sic nichil est inconveniens quod idem in diversis cum quibus adiungitur faciat ad intensionem utriusque contrariorum. Ad aliud dicendum est quod si theologus operaretur sciens eodem affectu quo vetula non esset beatior vetula de gratia dico. De quinto sic omne quod corrumpitur corrumpitur a suo contrario ergo cum virtuti nichil sit contrarium nisi vitium si virtus corrumpatur corrumpetur a vitio sed contrarium vitium in uno non corrumpit virtutem in alio ergo si corrumpit virtutem corrumpit eam in eodem ergo in eodem simul erunt contraria quod cum sit falsum restat quod virtus non corrumpitur a vitio. Si dicatur quod vitium corrumpit virtutem in eodem sed in quo est virtus secundum actum vitium eius secundum potentiam in eo corrumpit eam contra ens in aliquo nobilius est et completius eo in quo agit ergo cum ens in potentia sit incompletius vitium ens in potentia in aliquo non aget in virtutem existentem in eodem secundum actum. Item si esset ens in potentia vel sicut dispositio si corrumperet virtutem actu existentem in eodem iam esset ei contrarium et sic adhuc sicut prius contraria simul essent in eodem. Item omne corruptivum alicuius est natura aliqua quia aliter non ageret sed malum non est natura aliqua ergo malum non est boni corruptivum. Item cum bonum dicatur esse malo neque sit nisi per ipsum forte autem agere bonum potius agere in malum malum autem in bonum sicut nec minus agit in formam et propter hoc dicitur quod malum agit in bonum et sunt in eodem et utrumque secundum actum sed bonum in parte rationabili malum autem in parte sensibili et sic non est inconveniens contraria esse in eodem secundum partem aliam et aliam contra hoc est quia cum sint contraria oportet quod circa eandem partem habeant. Preterea non est meritum nec demeritum nisi secundum rationem a libero arbitrio procedentem sed liberum arbitrium est potentia rationalis non concupiscibilis ergo bonum et malum tantum erunt in parte rationabili. Ad primum dicendum quod sicut dicit Aristoteles in hoc libro ex eisdem generatur et salvatur virtus et ideo sicut generatur ex operationibus bonis sic salvatur in esse ex bonis operationibus sicut ignis qui nutritur ex lignis corrumpitur et deficit si non apponantur ligna. Ad primo ergo obiectum dicendum quod illa propositio habet locum in naturalibus bonum autem et malum sunt contraria vel dic quod bonum corrumpitur a malo et econtrario et utrumque in eodem sed malum corruptivum boni est in eodem in quo est virtus non eodem modo essendi in primo cum virtus que corrumpitur est in anima sicut in subiecto malum corrumpens erit in eadem non sicut in subiecto sed sicut in causa et in effectu

& sic corrumpi a grio & a grio existente in eodem & concedo q utrumq; est in parte eadem anime sed differentia in existendi in uno non est inquantum q differenti modo existendi in q uia sunt in eodem simul set dico q alterum sit actu et alterum in potentia set & dico q alterum sit in parte sensibili alterum in parte intellectiva. ¶ De septimo sic qr cum felicitas q est in uita sit actus & bonum tam corporis quam anime felicitas autem post mortem anime per se sicut ipse uult uidetur q felicitas in uita sit nobilior quam felicitas in morte uel post mortem q bonum manens post mortem est bonum inadmissibile sed omne bonum in uita est admissibile bonum g bonum post mortem est maius bonum set felicitas post mortem proximior est & proximius ordinat ad felicitatem increatam quam illa que in uita g illa cum sit proximior meliori melior est. Re. q sine dubio felicitas si dicatur esse in uita & post uitam completior est post uitam

[illegible]

29

Determinant autem et ex
tera

[illegible]

[illegible]

Autem felicitati et cetera [illegible]

[illegible]

hec igitur communis et cetera

[illegible]

[illegible]

[illegible]

& quod actu no est nichil non habet esse nec potest aliquid habere quod non habeat actu

Duplici autem virtute et cetera.

In libro precedenti in fine posuit auctor divisionem virtutis per intellectuale et consuetudinale et sub divisione. In hac parte reperit auctor eandem divisionem ut exequatur de altera parte scilicet de consuetudinali de qua intendit exequi in hac parte. Et primo resumit divisionem predictam et manifestat dividentia. Secundo exequitur de virtute consuetudinali omissa intellectuali ut ibi: quoniam igitur prius opor. Prima in duas dividitur: quia primo dividit resumit divisionem positam manifestat dividens. Secundo ostendit quandam que ex predictis est etiam subiungit declarationem per rationes ibi: ex quo manifestum et cetera. Prima pars spectat ad presentem lectionem que dividitur in duas: in prima resumit divisionem prius positam. Secundo manifestat dividentia et primo manifestat intellectualem. Secundo consuetudinalem. Ad primum ergo sic procedit: dicens quod cum duplex sit virtus scilicet intellectualis et consuetudinalis et in hac nominatur duo superius posita. Deinde manifestat dividentia dicens quod illa que est intellectualis habet generationem et augmentum ex doctrina et ratione eius indiget experimento et tempore. Deinde manifestat consuetudinale dicens et illi que est consuetudinalis fit ex assuetudine quod propter hoc etiam nomen sortita est a nominibus longioribus id est pro rationibus assuetudinis causatis ad bonum. Circa partem istam queritur primo utrum omnis debeat esse una virtutis divisio. Secundo de divisione virtutis per intellectuale et consuetudinale utrum sit sufficiens. Tertio utrum omnis virtus sit intellectualis. Quarto utrum moralis philosophus debeat determinare de virtute intellectuali. Quinto super hoc quod dicit quod intellectualis generatur per doctrinam et augetur et ideo indiget experimento et tempore. Sexto super hoc quod dicit quod consuetudinalis fit ex assuetudine. Circa de primo sic: actus anime duplex est. Primus quidem vita. Ultimus qui est felicitas. Medius autem quod est virtus. Cum igitur actus primus unus sit et actus ultimus, actus medius debet esse unus. Virtus igitur dividitur per differentias sicut nec vita nec felicitas. Prima virtus non potest comparari nisi vel ad subiectum scilicet animam vel ad finem scilicet felicitatem vel ad operationes ex quibus derelinquitur. Ex parte anime cum sit una et simplex non videtur multiplicanda videtur per differentias. Similiter nec ex parte felicitatis cum sit una et simplex. Si dicas quod propter operationes oportet cum operationes plures sint dicendum quod plures debent esse virtutes. Dicendum si dicas quod etsi essentia anime sit simplex potentie tamen habent a quibus egrediuntur operationes diverse et propterea sunt plures virtutes. Et cum plures sint potentie anime quam due scilicet potentie concupiscibilis et irascibilis plures debuerunt esse dicte virtutes quam due. Item videtur quod superfluat virtus intellectualis cum virtus consuetudinalis sufficiat ad acquirendum felicitatem quod sic patet. Iustus enim diffinitur virtute consuetudinali virtute est habitus a quo quis est bonus et opus est bonum reddit. Ex quo videtur quod virtus intellectualis superfluat ex quo sola virtute consuetudinali sumus boni. Ad primum dicendum quod differt virtus consuetudinalis et intellectualis quia virtus intellectualis attenditur in recta ordinatione hominis ad suam causam. Virtus consuetudinalis attenditur in recta ordinatione hominis ad proximum. Unde virtus intellectualis consistit in cognitione et dilectione summi boni propter se. Virtus consuetudinalis in bene se habendo erga proximum quod patet discernendo per differentias eius. Temperantia enim dirigit hominem erga proximum quantum ad operationes pertinentes ad concupiscibilem. Similiter fortitudo quantum ad operationes

pertinentes ad irascibilem. Iustitia vero et iustitia quoad operationes pertinentes ad rationalem hominis differentiam. Sic posita dicetur. Ad primum ergo obiectum dicendum quod primus actus et ultimus quia respiciunt essentiam anime que una est et simplex non habent divisionem. Sed actus medius scilicet virtus quia inest anime per comparationem ad diversa videlicet per comparationem ad suam primam causam et per comparationem ad proximum ideo secundum hec duo recipit per duas differentias divisionem. Per hoc patet solutio ad secundum. Non enim dico istam attendi per comparationem ad operationes. Et si obiciatur quod multe plures sunt dico quod multiplicando operationum potest esse secundum numerum et sic infinite sunt vel secundum speciem et hoc dupliciter quia possunt multiplicari per comparationes ad potentias a quibus egrediuntur et sic cum plures sint potentie anime quam due plures erunt dicte virtutis quam due. Vel possunt multiplicari per comparationem ad obiecta. Et quia operatio circa bonum vel est respectu principii vel respectu proximi et sic solum due dicte secundum modum hunc erunt solum due dicte predicte virtutis. Ad aliud dico quod quia sufficit bene se habere erga proximum nisi per cognitionem et affectum ordinatur respectu sui principii et finis propter quem ordinat se ad suum proximum ideo non sufficit virtus consuetudinalis sed requiritur virtus intellectualis. Quod obicitur quod virtus consuetudinalis bonum facit dico quod non nisi supposita intellectuali. Et hec quidem secundum veritatem et secundum theologos est dicendum quia forte secundum philosophum virtus intellectualis non est necessaria sed sufficeret. Unde fortasse philosophus diceret quod virtus intellectualis non esset nisi quedam lux et quedam perfectio ad consuetudinalem. De secundo sic: anima potest comparari ad suam causam, potest etiam comparari ad alias creaturas quarum quedam sunt superiores ut intelligentie quedam inferiores ut res inanimate vegetabilia et sensibilia quedam vero equales ut alii homines singulares. Sic ergo homini inest virtus per rectam ordinationem sui ad suam causam et per ordinationem sui ad sibi equales in natura, sic per rectam ordinationem sui ad superius creaturarum et inferius. Et sic hec divisio erit insufficiens. Item cum in parte cognoscitiva sint tres potentie secundum augustinum scilicet intelligentia qua cognoscit summam causam et intellectus quo cognoscit intelligentias et ratio qua cognoscit inferiora. Similiter videtur quod in parte motiva debet esse duplex potentia. Una qua homo movetur in ipsam causam. Alia qua moveatur in intelligentiam et alia qua moveatur in rem inferiorem. Ergo sicut ex parte cognoscitive sunt tres generales differentie sic ex parte motive debent esse tres huiusmodi differentie. Sed huiusmodi in parte motiva virtus est et sic erunt plures dicte. Item dicit augustinus quod virtus est habitus anime bene constitute. Sed anima bene constituta est per rectam ordinationem sui ad proximum et ad se et ad deum et sic triplicem quod erunt tres dicte virtutis. Item virtutum quedam sunt cardinales quedam purgatorie quedam autem purgati animi et quedam civiles. Ergo si ponuntur hec quatuor dicte non tamen debent poni due. Ad primum dicendum quod per virtutem ordinatur anima ad summum bonum. Sed ad summum non potest ordinari nisi dupliciter aut in merendo et perfecte. Et sic virtus intellectualis aut merendo et sic consuetudinalis et propter hoc sunt hee due dicte virtutis. Ad primum obiectum dico quod et si anima consideratur se ad res inferiores et ad superiores creaturas et ad medias habet tamen conversiones quo ad proximum moralem

Duplici autem virtute

non sunt semper differentes. Tamen non convenit se ad istam nisi per accidens, et ideo attenduntur penes istas comparationes virtutis differentes in anima. Et patet hoc per solo ad quartam. Motivum enim cognoscitivum intellectualis et res inferiores, quia intellectus non cognoscit ipsas nisi per suos effectus et solum abstracte. Sed res inferiores cognoscuntur a sensu et per sensum ab intellectu, et ideo secundum hoc attenduntur cognitivae differentes. Sed non est sic ex parte virtutis, materia virtutis est. Et similiter dico ad quintam. Recta enim ordinatio animae ad se et ad primum est de ratione virtutis, quia secundum partem alteram, scilicet per primum. Ad ultimum dico quod auctor non ponit hic divisionem virtutis nisi secundum quod restat animae unitae corpori. Sed animae virtus vel est consuetudinalis sicut civilis vel purgatoria vel intellectualis. Virtus vero purgata animae est virtus quae quidem inest animae tamen post separationem animae a corpore. Virtus vero exemplaris est virtus increata quae est ipsum primum, et ideo de his duabus non facit hic mentionem. Non enim dividit hic virtutem nisi secundum eam quae est animae in corpore. Ad decimam sic. Cum omnis virtus sit a ratione recta, ideo aut recta in se est intellectualis virtus ad rationem eius a quo est omnis virtus sic intellectualis. Item cum intrinsecum et de intrinseco non sit nisi esse partis intellectivae, neque virtus rationis est eius ergo in quo ipsa creata est, debet dici virtus intellectualis. Sed etiam ut quia in libro praecedenti ostendebatur quod virtus non est nisi esse partis rationalem sive esse partem intellectivam. Ad primum dicendum quod omnis virtus sive intellectualis sive consuetudinalis est in parte intellectiva sicut in subiecto et sicut in primo movente. Sed in hoc est differentia quod complementum intellectualis est ab intellectu quantum est ex parte habitus; complementum non consuetudinalis est mediantibus virtutibus sensitivis ut concupiscibili et irascibili. Unde virtus intellectualis est in parte intellectiva sicut in imperante et in exequente. Virtus consuetudinalis est in parte intellectiva sicut in imperante et regulante, in sensitiva vero sicut in exequente. Et hac ratione dicitur virtus intellectualis eo quod exercitium fit ab intellectu, sed consuetudinalis dicitur eo quod exercitium fit in virtutibus sensitivis ad quas movetur, quia qui [illegible] moventur ad contrarium requiritur assuetudo et regulatio per imperium rationis. Et per hanc distinctionem patet solutio ad obiecta. Ad tertium sic: cum moralis philosophus determinet de virtute et hoc gratia felicitatis, cum virtus intellectualis tendat ad felicitatem sicut et consuetudinalis, debet determinare moralis philosophus de intellectuali sicut de consuetudinali. Item cum non sit alterius quam moralis determinare de virtute intellectuali, si non determinat, tunc deficit nobis quaedam pars moralis doctrinae. Item quaeritur utrum virtus intellectualis sit nobilior quam consuetudinalis. Quod sic videtur, quia quod proximius est fini melius est et magis eligendum. Proximior autem est felicitati [?] intellectualis quam consuetudinalis. Contra: quanto maior est difficultas propter resistentiam virtutum sensitivarum in operibus quae sunt ad virtutem consuetudinalem quam quae sunt ad virtutem intellectualem, ergo si virtus consistit circa bonum et difficile et est magis, magis videtur quod virtus consuetudinalis sit completior quam virtus intellectualis. Item quaeritur propter quid haec duae consuetudinalis et intellectualis non dividunt [?] intellectus ... quod debet esse virtus cum in parte in-

tellectiva sit potentia intellectiva qua cognoscit primum quod per se nullo modo sensibile est, et ratio qua cognoscit res inferiores mediante sensu. Ad primum dico quod auctor non intendit de felicitate nisi secundum quod acquiritur recta conversatione inter cives. Unde nominabat eam bonum civile, et quia ex recta conversatione inter cives non acquiritur nisi virtus consuetudinalis. Intellectualis autem magis acquiritur in separatione a civitatibus, sicut patet in claustralibus. Ideo solum determinat de virtute consuetudinali. Possumus tamen dicere quod virtus intellectualis non differt a felicitate prout felicitas dicitur esse in hac vita. Propter hoc determinando de felicitate in via sive in hac vita, in parte hac determinatum est de virtute intellectuali. Ad illud quod obicitur quod proximior et immediatior est ad felicitatem, concedo quod verum est. Sed non propter hoc oportet quod de ea determinet, quia non determinat de felicitate nisi prout acquiritur per rectam conversationem inter cives. Item deficit propter hoc actio bonae virtutis quo ad moralem philosophum cum non intendit de virtute nisi de felicitate, nec est modo quo dictum est. Ad aliud dico quod virtus intellectualis melior est [?] quam consuetudinalis et fortior, nec tot accidunt impedimenta circa eam. Ad obiectum dicendum quod cum dicitur quod circa bonum magis difficile magis est virtus, dicendum hoc esse intelligendum quando difficultas et minor attenditur circa eiusdem boni vel eiusdem operis in specie. Verbi gratia: ut si ex eodem effectu ego contineam et tu contineas, si mihi difficilius ex continentia quam tibi, maius erit bonum et minor virtus in continente quam non. Ad aliud dico quod virtus dicitur consuetudinalis quia acquiritur mediantibus virtutibus sensitivis operantibus imperio rationis, ad quas requiritur assuetudo quia per naturam sive corruptionem inclinantur ad contrarium, sed non sic inclinantur ad contrarium scire, et ideo non acquiritur assuetudine talis virtus animae sicut virtutis. Et ideo non sic dicitur scientia consuetudinalis sicut virtus. Ad quintum sic: quae fiunt per doctrinam non habent principium in eo in quo fiunt, quia doctrina generatur in discipulo a docente. Sed virtus et generatio virtutis requirit principium in eo in quo fit. Ergo virtus nec est nec generatur per doctrinam. Probatio minoris: quia virtutis habitus est voluntarius, voluntarium autem est cuius principium est in se ipso. Item cum habitus speculativi dividantur contra practicum, unde quod practice non habeat ad ex speculatione, ergo nec virtus ex doctrina. Item contra ad hoc dicit quod virtus intellectualis initium habet ex doctrina. Item dicit quod virtus intellectualis indiget experimento et tempore. Sed contra: experimentum est eorum quorum est cognitio sensitiva. Sed virtus intellectualis non est ratione boni sensibilis, et sic videtur quod experimento non indigeat. Item cum scientia et virtus sint habitus differentes, debent habere diversas vias ad acquirendum. Ergo scientia acquiritur experimento ut habetur in libro Posteriorum, virtus non sic acquiretur. Item infra dicit quod virtus est minor et certior omni arte. Ergo magis certior debet non [?] ergo experimento cum scientia experimento habeatur. Ad primum dico quod virtus intellectualis initium habet ex doctrina et generatur in nobis quodammodo per doctrinam. Ad quod sciendum est quod illi qui sunt experti et scientes in hoc quod videant veritatem moventur quodammodo ad cognoscendum infinitatem potentiae divinae. Similiter ab ordine et dispositione quam vident in rebus moventur ad cognoscendum infinitatem sapientiae eius. Similiter ex consideratione naturae et relatione ad finem per ordinem quam sunt cog-

noscendum eius bonitatis infinitatem. Sed huius consideratoris impossibile est ipsum non diligere, et ideo per doctrinam quodammodo generatur in nobis virtus intellectualis quae attenditur in cognitione et dilectione summi boni. Ad secundum obiectum dico quod etsi ea quae fiunt per doctrinam non habent principium in eo in quo fiunt sed in alio, nihilominus tamen postquam doctrina facta est in anima potest per doctrinam moveri voluntarie ad cognitionem et dilectionem summi boni, et ideo potest esse virtus intellectualis secundum fieri eius sive factum esse. Ad aliud dico quod generatio dupliciter habet considerationem. Uno modo in intellectu speculativo quam practico, et sic dividitur ex opposito scientia contra virtutem. Alio modo potest considerari in quantum dirigit quodammodo affectum ad appetendum bonum, et sic ordinatur ad virtutem, quod infra dicit quod ad virtutem exigitur velle scire et operari. Ad aliud dico quod experimentum quia via est ad doctrinam ordinatur ulterius ad virtutem intellectualem, sed non proximo sed mediate. Unde non est inconveniens eo modo quo doctrina ordinatur ad virtutem intellectualem experimentum mediante doctrina ordinari ad eam. De sexto sic: sicut frequens operatio requiritur ad virtutem consuetudinalem ita sic et quo ad intellectualem. Unde si solum moveremur in cognitione et dilectione summi boni et postea cessaremus, diceremus non habere virtutem intellectualem. Ex quo videtur quod omnis virtus fiat ex assuetudine. Item cum infra dicat quod ad virtutem requiritur scire et velle, et loquitur ibi de virtute consuetudinali, videtur quod debet dicere virtutem consuetudinalem generari ex doctrina sicut dicit de intellectuali. Ad primum obiectum dicendum quod virtus non dicitur consuetudinalis quia requirat operationes iteratas sive frequentes ad ipsam, sed quia acquiritur per operationes procedentes a virtutibus sensitivis per imperium rationis quae nisi per assuetudinem cohercentur a ratione contendunt ad contrarium. Et ideo licet actus multiplicatus requiratur ad virtutem consuetudinalem, quia tamen non acquiritur per operationes procedentes a virtutibus sensitivis, non debet dici consuetudinalis. Ad aliud dico quod scientia sive doctrina erat quasi proxima causa virtutis intellectualis, sed virtutis consuetudinalis est remota. Unde voluntas et operationes sunt causae proximae illius. Unde infra dicit quod scire aut parum aut nihil prodest ad virtutem, et ideo non sic dicit quod generetur ex doctrina sicut dicit de intellectuali. Textus sic exponitur: Duplici autem et cetera. Per hoc distinguit in libro praecedenti virtutem et consuetudinalem. Sed duplici virtute, id est cum sit duplex virtus, quod exponit dicens: hac quidem intellectuali, illa vero consuetudinali. Et nota quod virtus intellectualis et consuetudinalis in radice sunt unum et in causa efficiente prima, sed in causa exequente sunt divisae ut prius visum est, et ideo non simpliciter sunt una nec simpliciter duae, et vide hic dicit: duplici. Deinde manifestat primam dicens quod illa quae est intellectualis initium habet ex doctrina, et manifestat quomodo habet initium, quia generatur ex doctrina et augetur ex ea augmentata. Sed hoc non intelligitur quod qui plus haberet de doctrina plus haberet de virtute intellectuali cum [?] maior. Et sciendum est quod qui plus habet de doctrina plus habet de virtute intellectuali si reliqua sint paria in ipsis, et sic intelligit auctor. Sed si reliqua non sint paria, non oportet. Deinde dicit: ideo quod et cetera, quia virtus intellectualis generatur ex doctrina et doctrina per experimentum acquiritur,

ideo virtus intellectualis indiget experimento, et quia experimentum non est de uno [?] nec per uno tempore, sed de multis et per diversa tempora [?], ideo addit: et tempore. Deinde manifestat aliam differentiam dicens quod ea quae est consuetudinalis fit ex assuetudine, hoc est per operationes procedentes a virtutibus sensitivis assuefactis per imperium rationis. Et ponit signum ad hoc dicens: Unde accepit nomen, quasi dicat: consuetudinalis virtus accepit rationem ab ea, id est a consuetudine, quod nomen parum declinat, quia consuetudo dicitur abstractum simpliciter, consuetudinale dicitur concretum in positivo, consuetum dicitur concretum [?], et ideo consuetum plus declinat a consuetudine quam consuetudinale, et ob hoc dicit: parum.

Ex quo manifestum est et cetera.

Superius dixit auctor virtutem consuetudinalem esse ex assuetudine, et quia quod est ab assuetudine non est a natura, ideo in hac parte concludit virtutem consuetudinalem non esse a natura, et quia sic quod aliquis est melius dispositus naturalibus sic hic melius et facilius operatur ad virtutem. Ideo ad ampliorem confirmationem quod dixit adducit rationes ibi: Nichil enim et cetera. Pars ista sic dividitur in quatuor rationes quarum prima incipit ubi dicit: Nichil enim et cetera. Secunda ibi: Adhuc autem et cetera. Tertia ibi: Testificatur autem et cetera. Quarta ibi: Adhuc autem et cetera. Et hoc pars quarta quae dicta est non est manifestata [?] dicta est. Quia primo ponit rationem ubi dicit quod ex eisdem ipsis et per eadem ipsa fit et corrumpitur virtus. Secundo ne aliquis crederet quod ex eisdem similiter se habentibus accidat quod non ibi: Exercitationes autem et cetera. Secundo concludit generaliter quod quales erunt operationes tales sequuntur habitus ibi: Et uno et cetera. Quarto dicit quod ex quo virtus est ex assuetudine, nihil tamen valet assuescere a iuventute ad bonas operationes. In illa ergo parte in qua ponit primam rationem cum dicit primo ponit rationem quae talis est: nihil naturale assuescat in contrarium. Sed virtus assuescat in contrarium vel huius virtutem [?]. Ergo virtus non est quid naturale. Secundo probat minorem propositionem per inductionem in talibus ibi: Verbi gratia et cetera. Tertio concludit quod virtus consuetudinalis non omnino est a natura nec omnino praeter naturam, sed naturaliter nati sumus ad susceptionem perfectionis, id est eius non habitus nisi per assuetudinem ibi: Neque igitur et cetera. Pars illa in qua ponitur secunda ratio dividitur sic: primo ponit maiorem quae talis est: omnis habitus naturalis antecedit operationes, et eius declarationem per inductionem ibi: quod in sensibus et cetera. Subponit minorem propositionem quae talis est: virtus consuetudinalis antecedit operationes, et eius probationem per simile in artibus cum dicit: quemadmodum et ceteri. Conclusio tamen quae manifesta est. Illa pars in qua ponit tertiam rationem sic dividitur: primo ponit rationem quae talis: legis latores intendunt assuefacere cives ad virtutem, sed non intendunt eos assuescere ad naturalia, ergo virtutes non sunt naturales. Deinde dicit quod legis latores qui hoc non intendunt peccant ibi: Quicumque et cetera. Tertio dicit quod per hoc differt [?] omnium ad se invicem per assuetudinem ad bonum et malum ibi: Et in hoc et cetera. Quarta ratio quae [?] incipit talis est: ex eisdem ipsis et per eadem ipsa fit et corrumpitur virtus. Sed quae sunt a natura non, sed ex contrariis. Ergo virtus non est a natura, quia ex eisdem ipsis et per eadem ipsa fiat et corrumpatur. Ostendit per simile in aliis.

ralibus dicit. extra naturam autem etc. et etiam deducendo ad ipsos
dicens. sed neque sic etc. et tertio dicit et ostendit per induc-
tionem sic esse in virtutibus sicut in artibus ibi. quecumque
in virtutibus etc. quatuor autem iste rationes distingun-
tur sic. ad assuetudinem requiritur assuescibile et ipsum assuescens et
due prime rationes sumuntur a parte assuescibilis ut sumentes
per oppositionem ad naturale. due ultime sumuntur a parte assuescentis.
Item due prime distinguuntur sic. prima sumitur a substantia ipsius
assuescibilis. secunda sumitur a relatione ipsius respectu suarum operationum.
Similiter due ultime distinguuntur quia prima sumitur a parte
assuescentis que est causa remota respectu virtutis. secunda a parte assuescentis
que est causa proxima. Circa premissa primo queritur utrum
virtutis consuetudinalis principium sit natura. secundo utrum que naturalia sunt
possunt assuesci ad contrarium. tertio utrum operationes virtutem consuetudinalem
antecedant ad virtutes. Quarto super hoc quod dicit
quod legislatores faciunt cives bonos assuefaciendo. Quin-
to super hoc quod dicit ex eisdem ipsis fieri et corrumpi
virtutem. Sexto sicut hic quod dicit quod conversando
cum hominibus sumus boni et mali. Circa primum sic. sicut dicit
Boetius. congregatio hominum facit iustitiam. sed congregatio hominum
est naturalis. iustitia est naturalis. sed iustitia est virtus. ergo virtus
est a natura. Item ad idem natura est vis insita rebus
ex similibus similia procreans. ergo naturale est generare sibi
simile in specie. ergo cum ex operationibus generetur habitus consuetudinalis.
et ex habitu generentur operationes. ibi erit generatio similis
ex simili. ergo cum hoc sit proprium rei naturalis operare et habitus
virtutis generati erunt naturales. Similiter et virtus. que
enim non sunt a natura. sed ab arte numquam generant in
sibi simile ut patet in navi et in aliis artificiis.
Item que fiunt a primo uno modo se habente naturalia
sunt. hoc patet ex philosopho secundo phisicorum. sed ex idem procreatis.
sed virtus consuetudinalis generatur ex operationibus super se habentibus
uno modo. qui enim aggreditur terribilia quia oportet ubique
et cum ergo omnis fortis est ... ergo virtus erit
a natura. Item que habent principium aliquorum extra aliquo
modo intra. ipse naturalia sunt quod patet. gravia enim et
levia habent in se causam quare moventur sursum vel
deorsum. et etiam extra sicut generans vel removens
prohibens que non voluntaria totaliter a principio intrinseco
que non violenta totaliter a principio extrinseco. hoc patet per
diffinitiones violenti et voluntarii quas ponet
infra. ergo virtus habet principium intra scilicet rationem. et extra
scilicet obiectum movens. virtus erit a natura. Item
rei naturalis ut naturalis est actus naturalis. cum ergo potentia ...
sive voluntas sit res naturalis. virtus que est actus eius
dicetur esse naturalis sive a natura. Ad primum dicendum quod virtus
consuetudinalis et si in nobis sit naturaliter apta ad esse quia
tamen eius consumatio non est a natura sed per assuetudinem. ideo non
est a natura. Ad primum obiectum dico quod congregatio
hominum uno modo dicitur naturalis. videlicet quia fit per con-
servationem et hoc modo iustitia posset dici naturalis. sed hoc
non dicitur hic esse a natura. sed cuius completio et perfectio
est a natura. vel dico quod hic est fallacia accidentis. con-

gregatio hominum facit iustitiam. congregatio hominum est
naturalis. ergo et iustitia. iustitia enim perfectio est constituto-
rum vel congregationis hominum constituentes non in quantum
est naturalis. sed potius per rationem et voluntatem consiliata.
Ad aliud dico quod ex habitu tali sequuntur operationes consimi-
les. non per modum efficientis sed per modum exemplaris et dirigentis
sed cum dicitur quod rei naturalis est generare sibi simile. hoc intelligendum
est per modum efficientis. non per modum exemplaris. Ad aliud dico quod
est principium primum virtutis simplex intrinsecum et extrinsecum scilicet operatio bona
et ratio recta. sive voluntas consiliata et de hoc verum est quod
semper uno modo se habet. Et est similiter duplex principium re-
motum intrinsecum et extrinsecum. scilicet substantia operans et substantia potentie seu ipsa vo-
luntas. et utrumque potest se habere modo et alio. unde per operationem
ad habitum virtutis est a principio non se habente uno modo. sed indifferenter
se habente ad opposita. sed que sunt a natura sunt a principio utroque
modo se habente ad unum. Ad aliud dico. quod cum dicitur
quod naturalia sunt a principio proximo intrinseco. proximo extrinseco hoc intelligendum
est. in eodem genere principii vel cause. quod patet cum dicitur homo
hominem generat et sol. utrumque est causa efficiens. sed cum dico quod
virtus est proximo a principio intrinseco. ut a voluntate. et proximo
a principio extrinseco. ut a bono quod movet non est ibi principium in eo-
dem genere principii vel cause. immo voluntas est principium ut
efficiens bonum vero quod movet extrinsecus est sicut finis.
Ad aliud dico quod rei naturalis duplex est actus. essentialis et
artificialis. et de essentiali verum est. de artificiali non. virtus autem
vel operatio bona est actus artificialis potius. non essentialis.
De secundo queritur sic. cum voluntas naturaliter sit ad bonum consiliando
tamen cum malis et operando mala secundum eam assuescitur et appetit malum
ergo cum iste appetitus est naturalis. videtur quod que naturalia sunt
possunt assuescere ad contrarium. Item operationes que tamen durant
in fine. quanto plus iterantur. tanto magis intenduntur.
ergo cum operationes sive motus naturales sic se habent. quanto magis
... iterantur tanto magis intenduntur. sed ...
sunt talia sunt conveniencia sicut ad assuescendum. ergo operationes naturales
erunt assuescibiles. Item aliquis appetitus per naturam cibum unum
per assuetudinem ad contrarium cibum abhorret primum. quare videtur quod
que sunt naturalia ad contrarium possunt assuesci. Item
cum virtus consuetudinalis sit habitus. et habitus est consuetudinalis
difficile mobile quod autem est difficile mobile non est
assuescibile. ut quod virtus consuetudinalis non sit assuescibilis ad contrarium
sive huius virtutis est consuetudinalis. Ad primum dico quod du-
plex est naturale. est enim quoddam naturale quod in se habet
libertatem arbitrii sive rationem. et est quoddam naturale quod
solum est naturale. de naturali primo modo verum est quod est assuescibile
ad contrarium per rationem ... de naturali secundo modo non est verum
et de tali loquitur. vel dico quod de voluntate est sequi dicitur
aut in quantum est sicut natura. et sic nullo modo assuescitur ad malum.
aut in quantum est sicut voluntas deliberans et comparans
et hoc modo potest assuesci ad malum. Ad secundum dico quod
finis operationum dupliciter dici potest. aut respectu operationum
ratione numeri sive discretionis. aut ratione continuitatis operationis sive
longitudinis. et quod intenduntur in fine primo modo convenit
ad assuetudinem. sed sic naturalia non intenduntur in fine quod patet

si quis ... proiciat lapidem deorsum numquam ... in
ultima vice in celsior erit causa eius quam in prima ... sed que
intenduntur modo sunt non sunt actu in fine ... ad as-
suetudinem et sic intenduntur naturalia in fine. Ad ... dico
quod difficultas rei movendi non aufert assuetudinem ... ad contrarium
sed solum aufert facilitatem assuescendi et verum ... est quod
in eis perfectis et virtuosis difficile est assuescere ... ad contrarium.
De tertio sic. Omne incompletum causatur ... ab aliquo
incompleto prius eo. ergo cum bonitas operationis in ... homine sit
incompleta causabitur a bono in homine completo. Sed bonum
completius in homine operante bona non est ... nisi bonum
quod est habitus. quare habitus bonus ante... cedit operationem
bonam. Item propter quod unumquodque ... est tale et
illud magis. ergo si habitus est bonus propter ... bonas operationes
operationes erunt magis bone. dispositio ... enim discernens
actualiter in effectu minus est in causa ... quam in effectu.
Item habitus bonus causatur ab ... operatione bona. bo-
na autem operatio causatur a voluntate ... ergo a volun-
tate in quantum est bona. aut non in quantum est bona. si in
quantum bona. ergo bonitas voluntatis qua est bona an-
cedit operationem bonam. sed bonitas ista est habitus. quare habitus
bonus antecedit operationem bonam. si non in quantum bona. aut ergo
in quantum est voluntas solum. et hoc non est verum. quia sic esset in-
differenter causa boni et mali. si in quantum non bona. sed non
bona non potest esse nisi duabus de causis. aut quia
indifferens. et sic similiter est causa mali sicut boni. aut quia
habet contrarium bonitati. et tunc non est iterum causa nisi
male operationis. Sed contra infidelis diceret quod ad virtutem
requiritur scire velle et immutabiliter operari. ergo sic
scire et velle antecedunt ad virtutem. sic et operatio. et hoc
concedo. Ad obiectum dicendum contrarium quod bonitas operationis causa-
tur a bono completo. sed non oportet quod illud bonum completius
sit eo in quo est illa operatio. sicut videmus quod forma cuiuslibet
rei causatur ab alio esse. sed non oportet quod esse quod est causa
sit in eodem cum ipso forma. Ad secundum dico quod duplex
est causa. est enim quedam causa forme ipsius rei solum. et de ista
verum non oportet quod sit nobilior effectu. est alia causa sui
esse. et de ista est verum. vel dico quod duplex est causa
quedam determinata sicut in rebus naturalibus. et de ista est
verum. voluntas enim et operatio causa indeterminata sicut in rebus
moralibus. et de ista non est verum. voluntas enim et operatio
cause sunt indeterminate. Ad aliud dico quod habitus
bonus causatur ab operatione bona. et operatio bona a voluntate
bona. sed illa bonitas et si sit habitus. non tamen est habitus
consuetudinalis de quo hic exequatur ad operationes sed est con-
naturalis sive naturalis de quo non loquimur. unde ad plenam in-
telligentiam predictorum notandum quod triplex est habitus naturalis sive
innatus gratuitus sive infusus et acquisitus. Secundum ergo philosophos
habitus naturalis sive operationes procedentes ab eo antecedunt
ad habitum acquisitum sive consuetudinalem de quo loquitur.
Secundum theologos. habitus naturalis et etiam infusus sive
gratuitus de quo philosophi nichil senserunt antecedunt ad habitum
consuetudinalem sive acquisitum. Circa quartum sic. virtus acquiritur

solum per operationes quarum principium est in eo in quo generatur
virtus. ergo cum operationes quas nos facimus imperio legis-
latoris nec sunt principium totaliter in nobis videtur quod
cives non possunt virtuosi per operationes quas faciunt
imperio legislatoris. Item ei imputatur operatio ad pre-
mium vel ad penam auctoritate cuius fit. ergo cum tales operationes
quas nos facimus imperio legislatoris fiant auctoritate eorum
premium sive pena sequens ex illis legislatoribus debentur.
et non nobis. hoc autem est ... vel virtus non erunt ergo
virtuosi per operationes has. Item in talibus operationibus
legislatores operantur per nos sicut patet quod rex regit
civitatem per prepositos ex quo sic securis per quam operatur
carpentarius nichil accrescit sive sit bene sive non sive non
bene. sed tamen carpentario operanti per securim. quare
Similiter civilis assuetus ad bonum imperio legislatoris
nichil debet accrescere. sed legislatoribus solum. Contra
cum operatio talis sit in omnibus et non sit naturalis nec
violenta nec a casu. erit ergo voluntaria. ergo secundum
illam cives operantes eam voluntarie merebuntur et hoc concedo
unde si quis assuescat ad bonum sed imperio maioris unde
quod tamen voluntarie faciat meretur. ad primum obiectum dico quod
principium operationis illius totaliter est intra loquendo de principio
essentiali. unde legislator etsi sit principium extrinsecum. quia tamen
est artificiale principium vel non videtur esse illa operatio inducens vir-
tutem in operante. quia eius principium essentiale intrinsecum est. Ad
aliud dico. quod aliquid fieri auctoritate alicuius est dupliciter.
cum enim faciens auctoritate alterius non gaudet sed contristatur
vel habet se indifferenter. tunc operanti nichil accrescit. sed
solum illi cuius auctoritate facit. sed quando gaudet vel habet
vel habet se indifferenter. tunc aliquid potest ei accrescere et hoc modo ci-
ves assuescentes ad bonum imperio legislatoris possunt
fieri boni. Ad aliud dico quod cum aliquis operatur per securim.
in securi non est virtus per quam possit consentire vel
dissentire imperio operantis. et propter hoc nichil potest ei
accrescere ex operatione. sed in civibus imperatis a legislatoribus
est sic. et propter hoc aliquid potest eis accrescere. De quinto
contrariorum contrarie sunt cause. fieri et corrumpi virtutis sunt
contraria. ergo contrarius et non ab eisdem operationibus debent esse.
Item operationes dicuntur causa virtutis sicut dispositio quia
disponunt animam ad susceptionem habitus. sed dispositiones
ordinantes materiam ad susceptionem ... contrariorum
sunt contrarie. cum ergo operatio corrumpens virtutem ... or-
dinet animam ad susceptionem mali operationes ... facientes
ad susceptionem mali non erunt eedem ... sed contrarie.
Item operationes bona et operationes mala ... non differunt
nisi per bonum et per malum. ergo sicut ... per bonum et malum
differunt. sic habent differre ... operationes bona et mala
Sed bonum et malum differunt ... specie. quare operationes bona
et mala. Item ... aggredi timere et audere
sunt operationes specie ... differentes. sed aggredi ...
facit virtutem ... timere autem et audere corrum-
punt eam ... ergo ex operationibus specie differentibus
fiet et ... corrumpetur virtus. Item ...

eiusmodi est hic identitas aut generis aut speciei aut numero. ¶ Ad primum dicendum quod illa propositio commentatoris que sunt eadem etc. [vera est] in rebus naturalibus que causas habent determinatas. non autem in moralibus. quarum voluntas est principium que causa est indeterminata. Vel dicendum quod quedam sunt contraria secundum rem et veritatem. et talium utrumque est natura aliqua. et in talibus verum est quod eorum sunt eadem genera. sunt alia contraria secundum modum dicendi vel intelligendi solum. nec est in eis natura aliqua. sed alterum sicut privatio. et alterum sicut habitus. quomodo se habent bonum et malum. et de talibus non est verum. ¶ Ad aliud dico quod loquitur de operibus ex quibus fit et corrumpitur virtus secundum substantiam eorum solum. et sic sunt eiusdem generis. id est in ut oportet fiunt virtute agendi non plus quam oportet vel minus corrumpitur. et constat quod agendi opus est unum in specie. vel possumus loqui de operibus in quantum sunt in forma per circumstancias et tunc non sunt eadem. sed differunt sic fieri et corrumpi virtutis. et hoc modo sunt proxime dispositiones ad virtutem vel vicium. primo modo remote. Unde cum dicitur quod dispositiones dispositive ad contraria sunt contrarie. potest concedi de dispositionibus proximis non de remotis. Vel secundum predictam solutionem potest distingui et solui et hec melius credo. ¶ Ad aliud dico quod et si opera bona et mala non differunt nisi per bonum et malum. et bonum et malum differunt specie. non propter hoc oportet quod bonum et malum differant specie. et est instancia manifesta in homine albo et nigro. qui non differunt specie. licet album et nigrum differant specie. ¶ Ad aliud dico quod timere et audere et aggredi non sunt actus specie differentes sed solum modo unum timere dicitur quantum aggreditur quam oportet audere vero qui magis. Unde sic magis aggredi vel minus non differunt specie. sic oportet aggredi audere et timere. ¶ Ad aliud dico quod identitas harum operationum non est identitas numero quia eadem operatio numero non potest in formis contrariis apponi sed est identitas in specie. sed naturalia fiunt et corrumpuntur ex eisdem non specie sed genere solum. ¶ Contra sexto sic. dicitur quod facilius proniores sunt conversationes cum malis fiunt mali. contra contrario mali facit ad fugiendum malum. Unde non invenitur malum nisi contrario. ergo sic conversando cum malis magis cognoscimus mala quam [illegible] sanda contrario malis. magis fiunt boni et non mali. ¶ Item conversando cum scientibus non fiunt scientes [illegible] ergo simili modo. conversando cum malis non fimus [illegible] mali. ergo conversando cum bonis fimus boni. conversando [illegible] contrario malis mali quod ut oportet facilius cum enim natura [illegible] appetimus bonum ut quod facilius conversando contrario [illegible] bonis fiamus boni. Contra dicitur in filius quod [illegible] difficile est in bona quam re bonum esse. sed [illegible] facile est malum esse. unde dicitur quod facile [illegible] est dare pecuniam et sumere. quare conversando [illegible] cum malis facilius fiemus mali. quam conversando [illegible] cum bonis boni. ¶ Ad primum dicendum quod cognitio [illegible] mali facit

ad [illegible] invitationem mali in operante secundum cognitionem et invitationem [illegible] secundum [illegible] rationem sed in non operante secundum cognitionem et invitationem [illegible] tem [illegible] passiones non. et quia plures sunt tales et de facili [illegible] ad hoc inclinamur ideo dicit quod conversando contrario malis [illegible] fimus mali. quamvis conversando cum malis cognoscimus [illegible] malum. ¶ Unde dico quod cognoscere malum est duplex [illegible] secundum rationem et talis cognitio facit ad vitandum [illegible] malum. est alia cognitio mali secundum substantiam solum et non [illegible] facit talis ad vitandum malum. sed propter alicuius [illegible] delectationes se offerentes in aliquo et hoc modo conversando [illegible] cum malis cognoscimus malum. ¶ Ad aliud dico [illegible] quod operationes bonorum et malorum [illegible] sunt [illegible] et sic se offerunt non sic autem habitus speculativi [illegible] scientie. et propter hoc non sic dicitur quod conversando cum [illegible] scientibus fiamus scientes. sic dicitur quod conversando [illegible] contrario malis fiamus mali vel cum bonis boni. cum satis [illegible] posset dici quod conversando contrario scientibus fiunt scientes. sic conversando contrario bonis vel malis. facit bonum vel malum. ¶ Ad aliud dico quod conversando contrario malis facimus fimus mali quam conversando cum bonis boni. et ideo dicendum est quod una est aptitudo mali quam [illegible] modis potest fieri. bonum autem uno modo. aliud vero aptitudo nostre [illegible] enim nature propter corruptionem. que hic magis inclinatur ad malum quam ad bonum. ¶ Ad aliud dico quod loquitur est de natura ut non est. et sic naturaliter appetimus bonum. vel de natura in quantum corrupta sic magis inclinatur ad malum quam ad bonum. ¶ Littera sic exponitur. Deinde [illegible] quod virtus consuetudinalis fit ex assuetudine. ex quo id est quia fit ex consuetudine non est quam nulla. de natura. virtutum consuetudinalium fit in nobis. id est per naturam. Deinde probat illud dicens. nichil id est quia nichil. de natura. eorum que a natura sunt ut assuescit. supple ad contrarium quod probat dicens lapis deorsum natura id est per naturam numquam assuescit sursum ferri. nec si id est quantumcumque quis assuescat id est assuetudine intendat ipse dico eiciens sursum millesies eum id est lapidem. Similiter nec ignis numquam assuescit ferri deorsum. et contrario naturaliter nullum eorum que innata sunt naturaliter consuescet aliter id est ad contrarium. Deinde concludit auctor ex dictis quod virtutes non sunt [illegible] a natura. id est omnino per naturam et dicit quod quedam est in nobis naturalis motio et naturalis inclinatio ad susceptionem earum sed perfecte habemus eas per assuetudinem. Unde dicit quod virtutes insunt nobis innatis hoc est in habilibus quandam inclinationem innatam suscipere id est ad suscipiendum eas. sed perfecte. habemus eas per assuetudinem. Deinde dat secundam rationem dicens. adhuc que quecumque id est quecumque habitus advenerunt nobis natura id est per naturam nos fimus id est nos habemus virtutes id est habitus illos primitus id est prius quam operationes et postea tandem actus et operationes supple sequentes ad habitus quod probat dicens hoc est manifestum in sensibus quia [illegible] usum vel [illegible] auditum non fecit in nobis operatio [illegible] videndi vel audiendi sed e contrario. Unde dicit habentes id est supple illum auditum vel visum usi sumus id est operati sumus. sed non hos [illegible] id est non accepimus hos [illegible] nos dico

virtutes operantes prius quam habuimus. sed de virtutibus sic est. Unde dicit. virtutes autem accepimus. nos dico agentes id est operantes prius quam habemus eas quod probat dicens. quod probat per simile in artibus. Unde dicit quod ea que oportet nos operari per hoc et [illegible] ea prius oportet facere quod didicimus ea sic in arte [illegible] et [illegible]. ¶ Quarto concludit sic esse in virtutibus. Deinde ponit tertiam rationem dicens quod illud quod fit in civitatibus testificatur hoc scilicet quod virtus consuetudinalis fit ex assuetudine. unde id est quia legis latores id est rectores civitatum faciunt cives dico subditos sibi bonos assuefacientes id est per hoc quod faciunt eos assuescere ad bonum quod supple non esset nisi bonum eorum ex assuetudine. deinde dicit quod tota voluntas legis latoris est hec scilicet quod cives assuescant ad bonum et dicit ceteri legis latores qui hoc non faciunt cives assuescere ad bonum ipsi peccant ut est id est cives quibus hoc non faciunt peccant et dicit quod per hoc id est per assuetudinem ad bonum differt civitas id est congregatio civium bona a civitate mala. Deinde dat quandam rationem dicens. adhuc autem quia est alia ratio ad hoc. deinde dicit quod virtus similiter et ars fit et corrumpitur ex eisdem ipsis et per easdem ipsas operationes. Et nota quod operationes inducunt habitum in anima. et sic sunt quasi causa efficiens habitus et disponunt animam ad eius susceptionem et sic sunt quasi causa materialis et propter hoc dicit hic duo ex eadem ipsis et per easdem ipsa. Deinde hoc ostendit in arte dicens quod ex citharizare fiunt boni et mali citharedi. Similiter ex actu fabricandi fiunt boni et mali fabri. et reliqui omnes artifices fiunt boni et mali ex actu [illegible] sue artis contrario [illegible] ne [illegible] quod ex eodem actu similiter se habente fierent et boni et mali artifices hoc removet dicens quod ex bene fabricare fiunt boni fabri. et ex male mali et dicit. quod nisi sic se haberet scilicet quod ex actu dissimiliter se habente fierent boni et mali artifices. non oporteret habere docentem qui doceret bene operari. Deinde dicit. quod similiter est in virtutibus. et primo dicit quod ex eisdem fit et corrumpitur virtus. Secundo quod eisdem similiter vel dissimiliter se habentibus ibi. hec quidem enim. dicit ergo sic et in virtutibus se habet supple. quod corrumpitur et fiunt ex eisdem sic et artes quod probat per inductionem dicens. facientes enim. homines per mutationes id est mercimonia vel conversationes hec id est quidam fiunt iusti. hec id est alii iniusti. Deinde hoc in fortitudine dicens. quod facientes id est aggredientes ea que in periculis id est terribilia in quibus est periculum et assuescentes timere non aggrediendo vel audere. aggrediendo. hec id est quidam fiunt fortes et alii timidi. Deinde ostendit hoc in castitate et humilitate dicens. quod similiter operando circa ea que sunt circa concupiscentiam id est virtutem concupiscibilem et circa iram

id est circa virtutem irascibilem. hec id est quidam fiunt casti quantum ad ea que sunt circa concupiscentiam. et humiles quantum ad eam que sunt circa iram. hec hoc est alii incontinentes contrario castitati et iracundi contrario humilitati. Deinde dicit ex eisdem non similiter se habentibus. hec quidem fiunt iusti fortes casti et humiles ex sic conversari id est sic conversando in eis supple actibus. hec id est alii fiunt iniusti timidi incontinentes iracundi. ex sic. id est ex conversando se in eisdem actibus modo alio. et hoc concludit dicens. uno utique sermone. id est ut breviter uno sermone totum comprehendam. ex similibus actibus id est operationibus habitus fiunt similes et ideo dicit quod ad habendum habitus bonos oportet attribuere actus id est operationes. quales. id est determinatas per circumstancias bonas quod probat quia secundum differentiam actuum sequuntur differentie. Deinde concludit quod ad habendum habitum bonum non parum differt a iuventute sic id est ad bonum vel ad malum immo hoc est totum id est quoddam modo tota causa virtutis acquirendo vel non acquirendo.

¶ Quoniam igitur presens opus etc.

Postea dictione virtutis per intellectualem et consuetudinalem hic exequitur de consuetudinali. et primo determinat de ipsa in generali secundo in speciali ibi. quam quod quidem igitur etc. ubi incipit quartus liber. et primo determinat de virtute consuetudinali per comparationem ad causam exteriorem sive ad proxima que sunt operationes ex circumstanciis. Secundo determinat de ea per comparationem ad causam intrinsecam sive ad prima causa ipsius que est voluntas et ideo determinat quorum sit voluntas et quorum non. determinando quid voluntarium et quid involuntarium ibi. virtute itaque etc. Vel aliter. primo determinat ex quibus et qualibus operationibus acquiritur virtus et quid sit virtus ex talibus acquisita. dicens. quam est habitus voluntarius et cetera. et quia non erat manifestum quid esset voluntarium. ideo secundo determinat de voluntario et involuntario. et primo quia ad habendum virtutem requiruntur operationes bone et male declinando. ideo primo determinat de virtute per comparationem ad operationem bonam. sive quomodo acquiratur bonum operando. Secundo per comparationem ad declinationem mali. sive quomodo acquiratur malum declinando ibi. sequitur [illegible] Vel aliter ut dicatur quod primo determinat quomodo virtus acquiratur in nobis. Secundo quomodo facile acquiratur et primo manifestat ex quibus et qualibus operationibus virtus acquiritur. Secundo quid sit virtus acquisita ibi. postquam hoc autem etc. Tertio quia dixerat auctor quod virtus est habitus consistens in medio circa operationes ne aliquis crederet quod alique operationes possunt habere medium et sic circa ea consistere virtutem ideo tertio ostendit que sint operationes et passiones circa quas possit esse mediocritas et circa quas non. et dicit virtutem. nisi quia medietas dicitur de extremitatum comparatione ad extremitates ibi. tibi utique etc. Quarto recapitulat in summa. quam quidem etc. et primo determinat de operibus ex quibus virtus delectatur per comparationem ad causam efficientem eius quia est recta ratio. Secundo per comparationem ad proprietates contrarias que apparent ipsas operationes [illegible] ibi. primum igitur etc. Hec prima pars de presenti lectione est que dividitur in tres partes. In prima ostendit quod ad moralem

38

phin spectat scitari opones et quomodo sint eas faciend'
Scdo dicit quod opo scdm rectam ronem q est princpi
um ad uirtute. tercio determiat auctor modum qui deb;
esse certitudinem uel inquisitionem opon ibi. illud aut
et c. pma ps diuidit. q primo innuit intentionem
ppom ronis p qm intendit. unde quod ad morale
phin ptinet scitari opones. Scdo ponit declaratio
eius. tercio maiorus sub intellecte na apposite pone
declarationem ibi. hec enim d. Scda ps pncipal diuidit. q
primo dicit quod opari scdm rectam ronem que est
pncipal ad om uirtutem. Scdo dicit quod de recta
rone dicet inferius. dicetur aut. ps 3a pncipal diuid.
q primo dicit modum pcedendi esse opones. Scdo dicit
ostendit p rones quod debeat esse talis ibi. qm esse
Ista ps scda diuidit in tres ptes p tres rones. quarum
pma sumitur a sua opone. Scda a pprietate ibi. ad h qde.
tercia ro p relationem ad tpe in quo sunt extende ibi.
oportet aut et c. esse pmam ptem sic pcedit dicens. et
innuit talem ronem in omi ere quod e no contempla
tionis gra. Si ut boni fiam necesse est scitari opones
et quo sit eas faciend. Si psens opus siu doctrina non
est contemplatonis gra. Si ut boni fiam. g in psenti
ope uel doctrina necesse e scrutari opones et qm sit
eas faciend. maior subdiuidit. m. uo apponit qm sic
pbat. doctrina que scrutatur no ut sciam; si ut boni
videt et sic delectatio et tristitia dicuntur signum. Cum enim aliquis videt aliquem delectari quando dat elemosinam vel qui abstinet a voluptatibus existimat illum quod sit castus et largus. Vel dico quod delectatio et tristitia possunt considerari per comparationem ad existentiam virtutis. et sic dicuntur causa. vel per comparationem ad notitiam eius ab aliquo subiecto. et sic dicuntur signum. et hoc modo non est circa delectationes et tristitias nisi sicut signatum dicitur esse circa signatum. Vel dico quod duplex est delectatio et tristitia. interior et hec est causa et precedit et exterior et hec est signum. et ratione huius dicit quod delectatio et tristitia sunt signum habitus. Circa secundum sic. contrariorum contraria sunt cause. delectatio et tristitia sunt contraria. ergo causas habent contrarias. ergo si delectatio est causa virtutis. tristitia non erit causa virtutis. sed potius vicii. Item illud videtur dicere etiam in littera. qui removetur a carnalibus voluptatibus et in hoc ipso gaudet castus est. qui autem tristatur incontinens. ergo patet quod tristitia est causa vicii. Item in quarto libro dicit quod ad omnem virtutem requiritur operari cum delectatione. patet ergo quod in omni virtute requiritur delectatio non ergo tristitia. virtus ergo circa tristitias non erit. Item delectari est actus virtutis concupiscibilis. tristari non irascibilis. cum ergo non omnes virtutes consistant circa actus istarum duarum potentiarum. Sed tunc fortitudo et temperantia non erunt virtutes circa delectationes et tristitias. sed solum due dicte scilicet temperantia et fortitudo. Item circa actum reddendi alii quod suum est consistit iustitia. circa actum discernendi bonum a malo consistit prudentia. qui cum differat ab eo quod est delectari et tristari non erit virtus omnis circa delectationes et tristitias. sunt circa timere et audere consistit virtus. sic dicit in littera. timere et audere sunt actus differentes ab eo quod est delectari et tristari. videtur non omnis virtus circa delectationes et tristitias. Respondeo quod delectatio et tristitia possunt accipi proprie et sic delectatio proprie attenditur circa tactum et gustum et hoc modo spectat ad potentiam solum concupiscibilem. Similiter tristitia attenditur solum ratione terribilis tristitia autem sequitur infelicitas. et hoc modo tristitia solum est secundum partem irascibilem. hoc modo non accipitur hic delectatio et tristitia alio modo possunt accipi communiter delectatio et tristitia. ut dicatur delectatio actus proveniens in anima ex coniunctione convenientis cum suo convenienti. et hoc in re vel in specie. et tristitia similiter actus et motus proveniens ex coniunctione disconvenientis cum suo disconvenienti. et quia hoc modo anima apprehendens conveniens vel disconveniens ratione cuiuslibet potentie vel virtutis potest tristari vel delectari patet quod hoc modo delectatio vel tristitia non sunt appropriata potentie concupiscibili vel irascibili. sed communiter possunt esse ratione cuiuslibet potentie vel potentie anime. et hoc modo accipiuntur hic delectatio et tristitia. et hoc modo consistit omnis virtus circa delectationes et tristitias. tamen delectatio et tristitia sic accepta propter eius contraria sunt et sic videtur unam consistere virtutem circa alterum erit vicium. Sed ratione diversorum comparata non habent contrarietatem et sic accipiuntur hic. et hoc modo circa utrumque potest attendi virtus.

Similiter et utrumque virtus est ut. Si debito modo gaudeat vel tristetur circa ea circa que gaudendum est vel tristandum vel si modo indebito per hoc patet solutio ad obiecta. delectatio enim et tristitia possunt esse illa attenditur virtus non sunt contraria. Preterea illa propositio contrariorum cause et cetera non tenent in voluntariis vel moralibus sed in naturalibus solum sunt. Unde et si essent contraria non propter hoc oportet quod essent cause contrariorum. Ad aliud dico quod tristitia causa est vitii. Sed non tristitia simpliciter sed tristitia in quibus non est tristandum. et hoc non est inconveniens. propter quod tristitia in quibus non est tristandum causa sit vitii. et quod virtus consistat circa delectationes et tristitias. Ad aliud dico quod tristitia in quibus est tristandum non est causa virtutis non opponitur delectationi. immo est cum delectatione cum enim aliquis tristatur eo quod non potest sibi bonum melius facere. delectatur in bono virtutis tristitia ista. supponit delectationem. Ad aliud patet solutio. quia isti actus delectari et tristari non hic loquimur de ipsis non sunt solum partis concupiscibilis et irascibilis. Sed generaliter cuiuslibet potentie ipsius anime. Ad aliud dico quod etsi reddere alii quod suum est vel audere et timere non sint delectari vel tristari. tamen ut esse habes attenditur virtus circa quid cum delectatione et tristitia. De tertio sic sicut virtus consuetudinalis acquiritur quia habet anima ex coniunctione alicuius convenientis cum suo conveniente vel ex tristitia propter absentiam vel coniunctionem disconvenientis sic virtus intellectualis potest acquiri quod patet. Si enim aliquis delectatur in cognitione et amore summi boni et in hoc habet virtutem intellectualem. Similiter si quis cognoscit et diligit summum bonum et tristatur eo quod amplius non cognoscit vel diligit ipsum. et sic iste habet virtutem consuetudinalem. ergo sicut dicitur quod virtus consuetudinalis consistit circa delectationes et tristitias. Sic potest dici de intellectuali. Item unumquodque per naturam delectatur in finis adeptione. ergo cum opus quod magis est in fine magis habet delectationem sibi annexam sed opus virtutis intellectualis magis est in fine quia per se summi boni magis quam virtutis consuetudinalis vel opus virtutis consuetudinalis que est in bono in proximo in mediate. ergo virtus intellectualis magis attenditur circa delectationes vel tristitias quam consuetudinalis. Contra sic dicitur in lectione presenti delectatio vel tristitia circa quam attenditur virtus nascitur vel ex subsistentia sensibilium vel ex presentia vel ex absentia corporalium voluptatum sed nichil tale accidit in operationibus virtutis intellectualis. ergo virtus intellectualis non consistit circa delectationes et tristitias. Preterea circa ea que requiruntur aliquid esse ut in eis sine delectatione vel tristitia et solum circa talia attenditur virtus que est circa delectationes et tristitias virtus autem intellectualis non est circa talia hoc prius ostensum fuit. ergo non est circa delectationes vel tristitias. Solutio quod duplex est delectatio et tristitia. in anima rationali una que provenit ex presentia finis vel absentia in spe vel in re et circa hanc sunt circa delectationem vel tristitiam hoc modo potest attendi virtus intellectualis. Alia est que provenit ex aliquo per accepto in sensu conveniente vel disconveniente ad finem

et circa delectationem et tristitiam hoc modo consistit virtus consuetudinalis ut ergo et consuetudinalis intellectualis virtus consistit circa delectationes et tristitias sed differenter ut visum est et per hanc distinctionem potest solvi ad obiecta pro utraque parte. De quarto sic delectatio et tristitia sequuntur apprehensionem unde delectatio est ex apprehensione convenientis cum conveniente. Sed non omnis actus vel passio supponit apprehensionem. ergo non ad omnem actum vel passionem sequitur delectatio vel tristitia. Item virtus non est nisi circa actus et passiones que sunt hominis ut homo est. et si ad omnem actum vel passionem sequeretur delectatio vel tristitia non propter hoc erit dicere quod virtus consistat circa delectationes vel tristitias simpliciter. Sed circa delectationes et tristitias humanas sunt que hominis sunt. Preterea aliquid non sunt actus hominis. ut stare vel sedere vel in supino ad quos non sequitur delectatio vel tristitia. Sed propter hoc dicas quod de loquitur de actu et passione hominis rationalis. ergo cum anima rationalis sit incorruptibilis. ei non inest. secundum partem rationalem. Contra passio magis facta abicit a substantia. ergo cum anima rationalis sit incorruptibilis. ei non inest passio. quia cum passio magis facta abiciat a substantia posset corrumpi si passio ei inesset. Contra quod cum ostensum sit. in libro precedenti virtutem in esse hominis secundum partem intellectivam existere operante ex hoc patet quod hic non loquitur de actibus et passionibus nisi que sunt hominis secundum partem intellectualem vel imperantem et exequentem vel imperantem solum. ut cum sensitiva. exequitur cum imperat. vel exequente solum ut cum operatur sub oculis sensibilitati et tamen est particula constat autem quod ad ipsum actum talem. vel passionem sequitur delectatio vel tristitia per hoc patet quod non est obiectio de actibus in quibus presupponitur apprehensio quia tales non sunt hominis. Aut si hominis non tamen in quantum homo non est etiam obiectio de actibus hominis que pertinent ei solum per rationem corporis per hos enim convenit cum non homine nisi in quantum cadunt sub imperio rationis vel sub deliberatione. Ad aliud dico quod duplex est passio quedam in solum et hec magis facta abicit a substantia. Alia est passio que attenditur in abiectione et receptione solum et hec magis facta abicit a substantia et hec non est anime. sed prima solum. De quinto sic. dicit quod pene fiunt per contraria. Contra omnis pena sit punitio fit per aliquod dis conveniens. Sed duorum contrariorum si unum disconvenit eidem aliud vel dicitur aliud contrarium convenit cum eodem vel perficit illud. quia non quod per contraria non possit fieri punitio sive pena. Item per contraria per que fit punitio aut dicuntur contraria quia duorum contrariorum unum quia sibi invicem contrariantur vel quia contrariant punibili primo modo non. quia duorum contrariorum si unum nocet alicui reliquum non nocet eidem nec secundo modo quia impossibile est unum et idem duo esse contraria. quia nullo modo per contraria fit. Preterea contrarium natum est corrumpere vel destruere contrarium si esset punitivum esset contrarium punibili. posset ipsum corrumpere sive corrumperet ipsum quod non debet esse quia semper pena debet relinquere subiectum cuius de intentione pene sic conservare vel acquirere virtutem in

putribili. Ad quintum dicendum quod fit per contraria sive pene generales et illa potest intelligi vel eorum inter se vel eorum ad ipsum qui punitur. Ad primum obiectum dico quod sine dubio duorum contrariorum si unum nocet alicui reliquum non nocet eidem modo. Sed aliud potest nocere. Verbi gratia aliquis peccavit ex superfluitate curandus est vel puniendus per medium sive per diminutionem. gratia. Si quis peccat ex diminutione curandus est vel puniendus. sive per contraria tunc in diversorum excessuum. quamvis ergo in eiusdem nullo non possit fieri punitio per contraria. tamen in diversorum nullo non potest fieri nisi detrahatur hic modus pene vel punitionis in uno nullo. Sed in punibilis ut punibile est. et sic patet quomodo duo contraria sibi vel contraria etiam in punibilis potest fieri punitio. Simile patet in medicina aliquis egrotat. nunc ex calida tamen curatur per acceptionem frigidorum idem autem non curatur per acceptionem calidorum Sed alius egrotans ex causa frigida. quod obicit. quod esse puniens corrumperet punibile non quia non contrariatur ei ratione sui. Sed ratione cause vicii sive culpe ut per se patet et culpam vel vicium delet vel corrumpit pena. De sexto sic. dico quod virtus est operatio operationum. Contra quod est operatum non est operatum in quantum tale. Sed virtus est operatum quid quia ex operationibus acquiritur. ergo virtus non est operatio. Preterea illud cuius esse alterum est operatum dependet ab eo. Sed optimum a nullo dependet. ergo optimum a nullo operatum est. virtus ergo optimum operativa non est. Item secundum hoc essent plura optima quia dicit in presenti virtutem esse operativam optimorum. Item dicit quod malicia operativa contrariorum. Contra quod est operatum est malum non est quia est privatio. ergo malum non est operatum. Item contrarium optimo non est nisi pessimo. ergo si malicia est operativa contrariorum optimo malicia est operativa pessimi. ergo est pessimum sive summe malum. Ad tertium dico quod virtus per comparationem ad operationes ex quibus delinquitur se habet sicut effectus in comparatione ad causam efficientem per comparationem ad illud quod ad virtutem sequitur se habet in ratione cause materialis disponentis sive exeuntis. et sic non solum se habet ut est operata. et ut est operativa et dicta tamen operando. et sic dicendo modo nichil prohibet idem esse operatum et operativum. Ad aliud dico quod optimum a nullo dependet secundum esse. Sed tamen quod dicitur recipi vel causari in aliquo potest dependere. Sed hec dependentia non est non est in eo. aptitudo sive sed apte recipientis in quo dicitur fieri. Ad aliud dico quod est optimum simpliciter. et tale est unum simpliciter. Et est optimum in genere et tale est unum in genere. Et optimum potest esse in genere multa simpliciter. quia unicuique optimorum in specie respondet suum optimum in eadem specie. optimum autem in specie potest esse multa et in multis. Ad aliud dico quod optimum in genere dicitur non quod nichil habet de malo. Sed quod nichil melius est in illo genere hoc modo potest esse medium pessimum. non quod nichil habet de bono. Sed quod nichil est peius in illo genere. hic autem nichil prohibet ponere pessimum sicut ponimus optimum. De septimo sic. dicit auctor tria esse appetibilia. Contra appetitus est unus et non virtus. ergo appetibile debet esse similiter unum. Item cuilibet potentie est ponere unum actum primum illi potentie respondentem ergo similiter virtutis appetitive

erit actus unus respondet illi potentie virtuti. quia et appetibile unum sicut vis appetitiva una. Item in aliis potentiis apprehensivis defectus sive debitum sic se habet quod unum est obiectum primum. quare debet esse in virtute appetitiva. Item dicit auctor. quod ad bonum et ad conferens sequitur delectabile. quomodo videtur bonum et conferens contra delectabile. Ad hoc dicendum quod Aristotiles loquitur hic de appetibili ut est appetibile secundum rationem consiliatam. et fugibili ut est fugibile secundum rationem similiter consiliatam. appetibile autem sic. et fugibile aut respicit partem rationalem vel irascibilem aut concupiscibilem. Sed primo modo sic dicitur bonum vel malum. Sed secundo modo conferens vel inconferens. Sed tertio modo delectabile vel tristabile. quod ergo obicitur quod vis appetitiva est una dico est in se. In diversis tamen virtutibus in quarum diversa sunt appetibilia. potest diversificari. variantur ergo appetibilia. non ut respondent virtuti appetitive in se. Sed ut respondent diversis potentiis operativis in quarum vis appetitiva que in se est habebat unum appetibile diversa habet appetibilia. secundum quod ille diverse potentie movent et operantur ad diversa. que tamen et si diversa sint secundum rationem non oportet quod secundum rem magis loquendo de ipsis non operantur et movent et appetunt in pro rationis. Ad primo obiectum patet solutio per distinctionem predictam et similiter ad secundum et tertium. Ad quartum dicendum quod et si delectabile sequatur ad bonum et tristabile ad malum tamen comparando ad potentias in quarum apparent diversa habent nec unum ponit alterum. sed nec positum potentiam. Sed quamvis cum multa sint bona in quibus tristamur et non delectamur. Similiter multa mala. in quibus quamplurimum delectamur. male dicit quod ad bonum sequatur delectabile et ad malum tristabile. Ad tertium dicendum quod sic male disposita in corpore videntur dulcia que non sunt. et amara que non sunt. homines tamen dulcia sunt dulcia secundum virtutem. sic dico quod male dispositi secundum animam delectabilia videntur que non sunt et tristicia que non sunt. Unde et si male dispositi aliquando bona videantur tristia nichilominus tamen ista sunt delectabilia. De octavo quia dicit auctor inferius quod ea in que nos ipsi magis nati sumus magis opponuntur medio. Sed ad delectationes magis nati sumus quam ad tristitias ergo delectationes magis opponuntur medio quam tristitie ergo circa delectationes magis contingit peccare. Item omnis peccans peccat eo quod preeligit bonum ei quod simpliciter est bonum. Sed bonum sibi est delectabile sibi. ergo omnis peccans peccat propter sibi delectabile. quia videtur quod non solum sit peccatum magis circa delectationes quam circa tristitias Sed solum circa delectationes et nullum circa tristitias. Solutio quod sicut contingit peccare mala faciendo. sic contingit peccare a bonis removendo Sed sicut dictum est supra. quemadmodum propter delectationes mala facimus. sic propter tristitias a bonis removemur ergo sicut contingit peccatum esse circa delectationes similiter et circa tristitias. Preterea queritur utrum delectatio sit passio. videtur quod sic. dicit enim quod difficile est repellere hanc passionem contemporaneam. et loquitur de delectatione. quia delectatio est passio. Item si delectatio et tristicia sunt contraria. et tristicia est passio. ergo et delectatio. Contra passiones sunt in

nobis involuntarie delectatio non est involuntaria sed magis voluntaria in nobis. ergo delectatio non est passio. ¶ Preterea dicitur ac quod delectatio est comparatio virtutis quod autem tale est est innatum nobis. ergo quod delectatio sit innata nobis. ¶ Contra ea que sunt in nobis innata sunt ante delectationes. ergo in nobis essent innata. sed in eis que sunt ante non contingit assuescere in contrarium. quare ad contrarium delectationum non contingit aliquem assuescere quod apparet falsum. ¶ Ad primum dicendum secundum quod ostensum quod magis contingit facere contra delectationes quam contra tristicias et hoc est quia delectationes magis habent causam intra et ideo plus movent ad illud. tunc quod obicitur quod peccatum est solum circa delectationes et numquam circa tristicias. dico quod duplex potest esse delectatio in anima. una que causatur extra vel contra rationem vel potius secundum veritatem vel secundum opinionem. et huic opponitur tristicia propter aliquod desiderans verum vel potentie secundum veritatem vel opinionem et circa delectationem et tristiciam hoc modo consistit virtus quia sicut propter delectabile contingit malum facere. sic propter illud tristabile contingit removeri a bono. Est alia delectatio in anima quam habet ex perfectione quod sibi magis credit conveniens vel delectabili vel tristabili. verbi gratia sicut aliquis propter eligit pro certes quam subiugari vel nocere sponte quam pati iniuriam et in operibus voluntariis. huic delectationi non opponitur tristicia et loquendo hoc modo de delectatione concedo quod peccatum solum est circa delectationem. ¶ Ad aliud dico quod sine dubio sicut propter delectationem aliquando mala facimus. sic propter tristiciam fugiendo a bonis removemur. tamen quia delectatio habet motum intra propter convenientiam magis contingit peccare circa delectationes. ¶ Ad aliud dico quod delectatio tribus modis. uno modo delectatio appellatur motus vel inclinatio nature in sibi conveniens nulla facta appositione extrinseci rei delectabilis. et hoc modo innata est et non est passio quia causam habet intra. Alio modo appellatur delectatio motus vel motio virtutis vel potentie per delectabile obiectum extra movens potentiam vel virtutem. et hec passio est. et huic opponitur tristicia. et non delectatio primo modo. tertio modo appellatur delectatio quies anime super delectabile vel conveniens et hoc modo delectatio non est passio sed virtus vel consummatio virtutis. et dico quod delectatio secundum primum modum nobis est innata. sed quo ad secundum vel tertium non. tamen secundo quod et si quo ad aptitudinem sic innata. actus tamen quare subiacet rationi potest in contrarium assuescere. verbi gratia naturale quod non subiacet rationi vel alio modo potest assuescere in contrarium. sed naturale quo subiacet vel etiam quo ratio potest dominari per illum rationis bene potest ad contrarium assuescere. ¶ De novo sic difficile dicitur quod vix potest capi ab intellectu. difficillimum ergo dicitur quod et si possit attingi ab intellectu numquam tamen perfecte. sed ergo artes et scientie possunt perfecte attingi ab intellectu non quod non sunt esse difficillima. Item artes materie habent esse circa principia. sed nichil est certius principiis. sed ea quibus nichil certius est facillima sunt accipi ab intellectu. quare artes esse facillima erunt. ¶ Item illud ad quod aliquid natum est facilius est. ita operari quam eius oppositum. sed homo per se natus est ad bonum ad malum autem non. ergo

facilius potest operari bonum quam malum. sed virtus consistit circa operationes bonas. quare virtus non erit circa difficillima sed potius circa facillima ¶ Ad primum obiectum dico. quod cum dicitur ars et virtus consistit circa delectationes difficillima. difficillimum non accipitur ibi simpliciter. sed respectu eorum que intelliguntur vel operantur perfecte ab homine. et ideo nichil impedit quin ars et virtus sed perfecte habeantur ab homine et esse circa difficillima. supposito difficillimo non simpliciter sed absolute. sed in genere suo respectu eorum que perfecte possunt haberi vel cognosci ab homine. ¶ Ad aliud dico quod nichil est cognitius ipsis principiis quod est a parte ipsorum principiorum. propter tamen impotentiam intellectus cognoscentis nostri que non potest cognoscere nisi intellectu sensus quo principia materie sunt elementa accidit quod nobis sunt difficilia ad cognoscendum. ¶ Ad aliud dico quod innati sumus ad bonum et non ad malum. tamen quare in nobis est causa sufficiens mali. boni vero non. ideo ex parte nostri minus facile est operari bonum quam malum. ¶ Item quia malum multis modis potest fieri sicut dicitur infra bonum vero uno modo solum. et ideo ex parte rei difficilius est operari bonum quam malum ¶ Ad obiectum dico quod si in nobis similiter esset principium sufficiens respectu boni sicut respectu mali bene obiceret. sed non est sic et hoc autem satis dictum est in precedentibus.

¶ Queret autem aliquis et cetera.

Supra autem dixit multociens quod ex bonis operibus fimus boni. sed non dixit quod ex bonis operibus essemus boni. verbi gratia si bene vel iuste operamur fimus boni vel iusti sed non si bona vel iusta facimus sumus iusti vel boni. propter hoc autem in hac parte intendit declarare virtutem hoc scilicet. scilicet quare si bona operamur fimus boni et non propter hoc sumus et quid requiratur ad hoc quod bene operantes simus boni. primo ergo ponit questionem. verbi gratia hoc quod facientes iusta fimus iusti. et non sumus et ponit rationem ad oppositum et solvit. et quartum facit ulterius respondendo aliam solvit eam. et in solutione declarat. quare non oportet quod facientes iusta sunt iusti. et quam facientes iusta fimus iusti. et non solum fiunt. secundo reprehendit quosdam credentes virtutem consistere in cognitione et quod ad virtutem suam ad bonum sufficeret boni cognitio pro ea oportet ibi. sed quidam. et primo ponit questionem et rationem pro parte opposita et solvit eam. secundo quartum facit ulteriori appositione solvit assignando differentiam inter artes et virtutes ex qua dissimilitudine ostenditur quod non oportet quod facientes iusta simus iusti sed fiamus. ad hoc nec. Et primo ponit questionem. secundo rationem ad oppositum. Si enim. tertio solvit per interemptionem propositionis. sed neque. Quarto manifestat quid requiritur ad virtutem propositum. tertio ergo pars illa in qua solvit ad oppositum que posset fieri assignando differentiam inter artes et virtutes. dividitur quia primo quartum facit oppositionem solvit per interemptionem dicens non sic esse in artibus et virtutibus. Secundo dicit quomodo se habeat in artibus ea. tertio quomodo in virtutibus et que requiruntur ad hoc quod habeamus virtutes. ea autem. Quarto illa que dicebat requiri quod ex frequenti operatione bona simus boni. et non solum fimus. Sed ex sinceritate bene operari non addita frequentia fimus boni et non sumus

quare ergo. illa pars in qua reprehendit quosdam credentes cognitionem agendorum vel bonorum sine operatione sufficere ad virtutem dividitur quia primo dicit quosdam esse tales. secundo dicit quibus ipsi sunt similes. Similes. tertio dicit ac. in quo de loquens in utilitate. quemadmodum. Ad primum sic procedit dicens. ita diximus quod iusta facientes fimus iusti. Sed aliquis queret quomodo. idest qua ratione dicens quod oportet iusta facientes iustas fieri supple vel cetera. Deinde ponit rationem ad oppositum pro quam videtur ostendere quod debeat sequi iustas facientes non solum iustas fieri sed etiam esse iustas dicens Si enim. et in hoc innuit quomodo. iusta et casta facientes iam iusti et casti sunt. quemadmodum si grammaticalia et musicalia. Iam grammatici et musici quasi dicat. sic sequitur Si aliqui faciunt grammaticalia et musicalia. sunt grammatici et musici. et non quod fiunt solum. sic debet sequi si faciunt iusta et casta quod sunt iusti et casti et non quod fiant solum. Consequenter solvit dicens. Sed neque in artibus. quasi dicat. sed consequentia non sequitur videlicet si aliqui faciunt grammaticalia et musicalia. ipsi sunt grammatici et musici et ideo supponi oportet quod sequatur si aliqui faciunt iusta et casta quod sint iusti et casti. Deinde quare non sit ita ostendit dicens. quare contingit aliquem facere aliquid grammaticale casu. sicut manifestatur in loquente aliquid grammatice per illo alio intendente vel docente. Vel supponente alio. ut quando aliquis instruit sicut patet de iuvenibus pueris. Deinde ostendit quid debet sequi si aliquis facit grammaticale quod sit grammaticus dicens. quod faciens grammaticale tunc est grammaticus cum quando fecerit illud grammatice. quasi dicat. quod sequitur si aliquis facit grammaticale et grammatice. quod est grammaticus. et manifestat quid sit facere grammaticale grammatice dicens. quod hoc est facere grammaticale secundum grammaticam que in ipso est. Consequenter quare supposita consequentia hoc sequitur si aliquis facit grammaticale grammatice quod sit grammaticus ut cum ponis ergo cum similiter sit in artibus et virtutibus debet sequi. si aliquis facit iusta et iuste quod sit iustus. ac. solvit dicens. quod adhuc neque simile in artibus et virtutibus. Deinde manifestat quomodo se habeat in artibus dissimiliter dicens. quod ea que fiunt ab artibus. idest que fiunt ab aliquibus non sicut in eis esse dicunt artem vel eos habere artem. nichil est eis. idest non requiritur eis dicere habere bonum. idest non requiritur quod similiter se habeat sicut se oportet habere. adhuc non dicent boni. quod ostendit dicens. quod sufficeret ea. idest operationes artificiales. sufficiunt fieri habentia se qualiter. idest sicut cum allivenerint sunt post allivenerint dummodo tamen per cognitionem. quasi dicat. ad hoc quod operans dicatur habere artem sufficit quod operetur cognoscendo causas et principia earum que operantur. deinde manifestat quomodo se habet differentia in virtutibus. dicens sed se habent ea que fiunt ab artibus. autem Sed ea que secundum virtutes. idest secundum operationes ad virtutem eo quod per eas dicatur esse virtuosus aliquis non sic se habent supple. sicut que fiunt ab artibus. Sed illi qui iuste et caste operantur illa. scilicet que sunt secundum virtutes se habent. idest se debent habere qualiter. idest quodammodo. scilicet ad hoc quod dicantur virtuosi

vel boni et declarat quomodo dicens. scilicet si quis operatur qualiter idest quomodo habens operatur. idest qualiter oportet operari. ad hoc quod habeat. et manifestat quomodo oportet operari ad hoc quod sit habens dicens. quia Si primo operetur sciens. et postea volens. idest cum voluntate et propter hoc est tertium. scilicet si operatur firme. idest ex affectu interiori et immutabiliter. idest in opere exteriori. quasi dicat. hiis tribus concurrentibus tunc operans secundum virtutem virtuosus est et bonus. sic ergo patet quod ad hoc quod operans bonum est virtuosus requiritur quod operetur sciens et volens et perseverans in operando. deinde dicit ac. quod ad alias artes supple liberales non connumerantur hec. idest non requiruntur hec. vel aliquod horum preter scire. sed ad habendum virtutem. idest ad quod aliquis sit virtuosus scire. parum autem vel prodest. Sed. alia. scilicet velle et perseveranter operari. non parum prodest sed possunt omne. idest quicquid requiritur ad virtutem in se habent. quare auctor concludit ex predictis quod aliquis ex operibus bonis dicendus sit bonus dicens quod res que adveniunt. idest habentur ex iuste et caste sunt iusti et casti. et hoc dico. quando sunt tales quales operatur aliquis ipse dico eius iustus et castus. Sed dicet aliquis iustus est et castus qui operatur iusta et casta quocumque modo dicitur quod non dicitur. quod iustus et castus est. non qui operatur hec. scilicet iusta et casta. supple quocumque modo. Sed qui operatur iusta et casta. sic. idest eo modo. ut idest quomodo iusti et casti operantur. preterea dicit quomodo. ex operari bona fit aliquis bonus et non est dubium quia ex operari iuste simpliciter aliquis fit iustus. sed ex non operari ita vel bona nullus estimatur fieri bonus vel iustus. quasi dicat. qui operatur bona fit bonus. Sed qui operatur bona multociens sive frequenter talis est bonus. deinde accedit ad secundam partem principalem dicens. ita qui operatur bona fit bonus. et qui multociens operatur bona est bonus. sed non qui scit operari bona est vel fit bonus quia scire autem parum aut nichil prodest ad virtutem. Sed multi hoc non hoc non faciunt. idest neque operantur bona neque frequenter operantur quod ergo faciunt exponit subdit dicens. Sed ipsi confugientes ad rationem. idest ad cognitionem boni. existimant philosophari. idest existimant quod ad bonum sufficiat philosophia sive cognitio boni operis. deinde dicit quod ipsi faciunt. Simile egrotantibus. idest infirmis qui studiose. idest cum diligentia audiunt medicos. intelligentes eos et percipientes quos cibos debent accipere et a quibus. Sed nichil faciunt. de hiis que precipiuntur. idest de eis que operanda erant secundum consilium medici. deinde dicit in quo modo quod eis accidit dicens. quod sicut illi egrotantes non facientes precepta medicorum non habebunt corpus bene curatum sic neque illi philosophantes. idest soli quam bonum intendentes et non operantes. numquam habebunt animam bonam. Alter tamen posset continuari ut dicatur quod supra dixit auctor in principio huius secundi. quod virtutes sequuntur ad operationes precedunt habitum consimiles et quare

hoc posset esse dubium · io illud maior in hac parte · certa
non mutantur hoc est sina. Ordo patet. ¶ Circa p
tem istam primo queritur. sup hoc quod dicit · quod fa
cientes iusta fiunt iusti · sed non sunt. Secundo ad hoc quod unica
opo bona sufficiat ad uirtutem. Tercio sup hoc
quod dicit · quod facientes iusta et iuste non sunt
Quarto de hoc quod dicit quod scire parum aut nichil
prodest ad uirtutem. Sexto queritur utrum plus peccet
bonum cognoscens et malum operans. quam qui non est
hic. et utrum similiter bene operando magis uel minus
mereatur. ¶ de primo sic. unumquodque uiuus est in sua causa
quam in alia. sed bonitas est in opone et opante. bo
nitas autem oponis est in opante sic in sua causa. in
opone autem non. sed sicut in recipiente. ergo si boni
tas oponis denotat oponem · multo fortius illa bonitas
cum sit in opante sicut in causa denotare debet
opantem. si quis aliquis operatur oponem bonam ergo
opo est bona. multo plus debet sequi · aliquis opatur
oponem bonam ergo opans est bonus et non fit. ¶ Item
opana est bona causa est bonitatis in alio non nisi
in opante. sequitur ergo si opo est bona. bonitas
est in opante et aliis sic arguitur. Omnis actus
quod non potest inesse secundum partem semper habet deno
tare subiectum. Sed omne quod accidit homini ratione aie
tale est. quod non potest inesse secundum partem cum aia non sit
partibilis ergo omne tale habet denotare subiectum · quare
sequitur si bonitas inest opanti ipse opans est
bonus. Sed contra. nichil quod mouetur est huiusmodi inquantum
simplex. in ratio aquo uel ad quem. sed quoddam modo in
distantia. ab utroque · sed opans bonum motum a malo et
ad bonum · ergo est quasi medium inter utrumque per distantiam
se habens ab utrisque · ergo nec simpliciter bonus nec simpliciter ma
lus potest dici. ¶ preterea qua ratione dicetur bonus · eadem
ratione uidetur posse dici. malus. ¶ preterea quia si fit
in quibusdam sequitur si fit est. in quibusdam sequitur
si fit non est. ut si scutum fiat album quid ergo in
quibus hec diuersitas accidat. ¶ Responsio quod bonitas
oponis est bonitas in fieri. et io esse bonum in ope
ratione aliud est quam esse bonum in fieri. quia fieri oponis est
esse oponis. Sed esse opantis non est in fieri · nec boni
tas eius est in fieri. Sed solum cum facta est. et io hic
sequatur aliquis opatur bonum ergo opo est bona. non
tamen sequitur aliquis opatur bonum ergo aliquis opans
est bonus. Sed si esse uel bonitas esset solum in fieri
sic oponis bene obicit. ¶ Ad primum quod unumquodque
uiuus est etc. bonum uero est sicut non similiter
coheret ut effectus. et io non oportet quod si denotet
effectum · quod denotet causam. ¶ Ad aliud dico quod
actus inesse secundum partem duplex est. uel secundum partem quantitatiua
subiecti. et hoc modo accidit aie que requirunt multas
dispositiones ad hoc quod in aia recipiantur.
cum una est sola dispositio uel quam non sunt tot dis
positiones quot requiruntur possunt dici inesse secundum partem.
¶ Ad aliud dico quod quedam sunt solum dum fiunt ut ex

et ago et de talibus sequitur si fit est. Alio non in non du
bita sunt non domus et huius et in talibus sequitur si fit
non est. ¶ Item uidetur quod habitus bonus semper debeat
antecedere oponem bonam · quia omne quod reducitur de
potentia in actum · reducitur per aliquid actuale. Sed opo re
ducitur de potentia bona in actum bona non nisi ab aia.
ergo oportet aiam prius esse bonam. ¶ Item omne quod fit ex
aliquo fit ex sibi conueniente · bonitas oponis fit ex
ab aia · ergo oportet aiam cum opone generat in bonitate · ergo
oportet prius animam habere bonitatem quam bona operetur.
¶ Item sicut dicit plato primum tribuit unicuique boni
tatem quantum natura eius fuit capax. ergo si aia erat ca
pax omnis uirtutis a sua creatione habuit omnem uirtutem
et sic antequam fuit bona quam oparetur bonum. ¶ Responsio
quod aliquid reduci de potentia in actum est. duobus modis.
ut sicut a causa determinata et opante per naturam. et de hoc
uerum est. ut sicut a causa indeterminata et opante per uo
luntatem. non enim domus facit domum sed artifex
uel dico quod aliquid esse actum tale est dupliciter.
uel realiter et habendo uirtutem rei. ut si homo hom
generet. uel habendo speciem uel similitudinem. et hoc mo
ultimo dicimus quod etiam in agentibus per uolun
tatem habet hic ueritatem. agens enim per uoluntatem
prius habet actum apud se speciem uel similitudinem rei
fiende quam illam rem reducat de potentia in tali actu
tale et patet per hoc solo ad aliud. Esse enim conueniens in
aliquo potest esse dupliciter aut in natura aut in ratione
in natura quam habet formam secundum ueritatem. in ratione quam
secundum speciem et similitudinem solum. ¶ Ad aliud
dico · quod primum dicitur tribuisse unicuique bonitatem
quantum natura eius fuit capax non quia actu tribuit. Sed quia
tribuit unicuique potentiam ad illud habendum. sic aliquis
dicitur dedisse alicui rem aliquam qui dedit ei per que
si uelit possunt acquirere rem illam. uel dico quod
prima causa operatur unumquodque respectu ad finem. unde
quod dicitur quod tribuit unicuique bonitatem quantum
natura eius fuit capax intelligendum est per comparationem ad
finem · homo uero creatus est ut acquirat beatitu
dinem · et ut eam perciperet nobiliori modo quo est
possibile tali creature non autem acquireret si sic creatus fuisset
uirtuosus sed gratis suum quod naturaliter haberet et io minus
nobiliter et in minori nobilitate dignitate quam cum acque
rit. et io natura hominis respondet ad finem propter quem est capax
non fuit beatitudinis in sua creatione. nec hoc esset ei bonum
unde si contulisset in sua creatione minus contulisset quam natura
eius fuit capax. ¶ de secundo sic. sic contingit aliquem esse me
lius dispositum aliquo ad susceptionem intellectus spe
culatiui. Sic contingit ad susceptionem habitus intellectus practici.
Sed sic uidemus quod ad generandum habitum speculatiuum in alio non per
dit semel audire in eo quod pluries audire in alio · ergo similiter
et ad generandum habitum practicum tantum faciet una bona opo in
alio quantum multe bone in alio · ergo si ex multis oponibus
bonis generatur uirtus in illo ex una bona opone poterit
uirtus generari in isto. et sic in isto bene nato sufficiet

una bona opo ad uirtutem. ¶ Item unius causa est una in
genere uno. Sed opo causa est habitus. ergo habitus unius unica opo debet
esse causa. ergo non ex multis oponibus generatur uirtus sed ex
una opone. ¶ preterea est esse primum per creationem quod est opus
prime cause. et est esse per uirtutem · uirtus enim. dat bene
esse. et sequitur ad esse. Sed ad esse primum sufficit una o
peratio opantis illud. ergo ad esse secundum · scilicet uirtutem ad uel bo
num esse sufficere debet una opo opantis ad uirtutem
ergo ex unica opone est uirtus. ¶ Contra. nichil nisi
esse est solum cum factum est. cum fit est. Sed cum fit bona o
peratio tunc fit habitus bonus · ergo cum habitus non nisi cum factum est
cum fit bona opo nondum est habitus bonus · et sic nullo modo
una bona opo cum fit ponit habitum. ¶ Sed contra est quod
uerum sequatur iste fecit unam oponem bonam prius · ergo
modo est bonus et uidetur quod sic per predictas rationes · quia
ad hoc possunt adduci · et hoc etiam uidetur quia si iste
fecit bonam oponem bonitas est in eo. Sed contraria
non sunt simul in eodem · ergo malicia non est in ipso. Sed si
in ipso non est malicia · ipse est bonus. ergo si iste fecit
unam oponem bonam · ipse est bonus. ¶ Responsio secundum quod
supra diximus ad uirtutem consuetudinalem non sufficit una
opo bona. unde nec sequitur. Si facit unam bonam oponem
est bonus. sed fit nec sequitur. si fecit unam bonam opo
nem est bonus. et quod obicitur. quod primo. quia si fecit
oponem bonam · bonitas derelicta est in ipso bene concedo. sed
per modum dispositionis et non per modum habitus. unde ad hoc potest
dici malus. quia habitus malus non contrariatur in eodem cum
dispositione bona. ¶ Ad primo ergo obiectum dico. quod quantum
cumque aliquis sit bene dispositus. semper ipse quoddam
modo habet quandam contrarietatem in appetendo cum carne
sic cum sit propter requirit assuefactio uel tamen concedo quod uel
to pauciores bone sufficient in uno quam in alio. ¶ Ad aliud
dico quod ille multe opones non sunt multe cause habitus
unius. immo et si sint multe sunt tamen causa una sicut fortes
et plures multi sunt homines sunt tamen unus tractor lapidis uel
unus motor nauis sunt unum trahendo lapidem et unum
in mouendo nauem. ¶ Ad aliud dico quod esse primum non
sic requirit dispositiones ad hoc quod sit sicut esse secundum sicut bene
esse. et hoc est. quia in recipiente secundum quodam reperit
quandam contrarietatem propter corruptionem sensus uel uirtutis sensitiue.
preterea opo ad primum esse est a prima causa. que plus potens
est. opo ad bene esse est a nobis dico secundum philosophum plus
autem potens prima causa quam homo. et opo eius efficatior
quam opo hominis. hoc autem quod et solutio eius magis est
secundum ea uentilata et ibi requiratur. ¶ de tercio sic
dicitur. quod si aliqui faciunt grammaticalia et grammatice et
musicalia et musice · sunt grammatici et musici. sed
non si faciunt iusta et iuste · sunt iusti. uidetur
sim dictum per utrumque · sic enim patet ad hoc quod aliquis
sit bonus musicus et similiter sciat de musica · requiruntur
tamen multe opones et frequentes. unde multi sunt qui
multa sciunt de musica · non propter hoc boni musici dicuntur
ergo patet quod non sequitur si faciunt musicalia et mu
sice quod sint musici. ¶ Item ponamus quod se

quatur facit grammaticalia et grammatice · ergo est grammaticus. sed
supra diximus similiter esse in artibus et in uirtutibus
ergo debet sequi facit iusta · et iuste · ergo est iustus contra
tamen dictum. ¶ Item quia potest dici hoc esse duplex. facit
iusta et iuste. quam hoc facit grammaticalia et grammatice. ¶
Item dicit quod non est simile in artibus et in uir
tutibus supra non simile esse dicit in quibus artibus si
mile et in quibus non. et queritur ad hoc quid. ¶ Ad
primum dicendum quod duplex est musica speculatiua et de ista
loquitur hic. et hoc est que perexigitur ad hoc ut
aliquis operetur musicalia · et musice. est alia practica
et ista requirit opones multas et frequentes per quas
acquiritur. sic et uirtus quemadmodum dictum est. ¶ Ad
aliud dicendum quod facere grammaticalia et grammatice. est facere
grammaticalia et habere grammaticam. sicut exemplar sue oponis
Sed non potest habere grammaticam ut exemplar quin causam
cognoscat. et io de necessitate sequitur. si facit grammaticalia
grammatice est grammaticus. Similiter facere iusta iuste est
facere iusta. habendo iusticiam sicut exemplar sue opo
nis bene autem est uerum. quod non potest habere iusticiam
ut exemplar sue oponis quin cognoscat iustici
am sed propter cognitionem iusticie non dicitur iustus aliquis
sicut propter cognitionem grammatice dicitur aliquis grammaticus
potest enim aliquis opans iusta et iuste habere iusti
ciam ut exemplar non quod sit sua sed alterius · et propter
illam non dicitur iustus. sed non potest habere grammaticam
ut exemplar alicuius oponis quin sit sua · quia etiam
si alterius esset et sua esset cum eam cognosceret
per hoc patet quia potuit hoc dici duplex. facere iusta
et iuste. quam hoc facere grammaticalia et grammatice. uerumtamen
ipse duplex est. sed hoc. facit iusta iuste potest habere
duas causas quarum altera ponit iusticiam in opante
alia non. sed ista. iste facit grammaticalia et grammatice non potest
habere aliquam causam quin semper ponat grammaticam in o
pante ¶ Ad aliud dico · quod illud quod supra dictum
est simile esse in artibus et in uirtutibus intelligendum
est quantum ad hoc. quia utrobique perexigitur opo antequam
insit habitus. Quod non dicitur hic non esse in
telligendum est [illegible]
quod ad hoc [illegible]
quod aliquis [illegible]
in opone [illegible] iuste potest
habere iusti[illegible] etiam ut exem
plar non [illegible] solum sui. sed etiam alterius. non autem
grammaticam aut musicam sed si. hoc sic ut exemplar
sua sunt. uel dico quod illud supra dicebatur de
artibus mechanicis · ut cithare fabricare. quod non
hic dicitur de artibus liberalibus. ¶ de quarto sic
dicitur. quod ad uirtutem tria requiruntur. scire
uelle et in continuatione opari. Contra. Similiter
opatur potentia ad potentiam et actus ad actum. et habitus ad
habitum · ergo cum potentia speculatiua uideatur contrariam scire
qui est actus est eius et scientia que est habitus contra opo
nem et contra uirtutem dicitur habere dictum. Ex quo arguitur

est nichil ex opposito dictum contra ad aliud ad ipsum requi
ritur. uel quod scire nullo modo requiratur ad uirtutem.
Item cum omnis operatur bona nisi dum est bonus. Sed
sit solum ad hoc ergo est malus. Sed in sententiis dicitur
quod omnis malus est ignorans. ergo ad operationem bona
requiritur cognitio. Item cum uoluntas ponat omne
quod potest per uoluntatem uoluntarium. quando dicit ita
uoluntarium cuius principium est in se ipso cognoscenti singu
laria. sic ergo dicentis aliquis et hominem esse duo. sic neque
scire et uelle. male ergo dicitur tertia. Item uidetur quod
uelle sine operatione sufficiat. quia in operatione bona magis
est consideranda affectio quam effectus. unde uidetur quod uoluntas
intensa sine operatione sufficiat. Item nisi in cer-
tis pauper habens quid dare posset esse largus. Item
infidelis dicit uirtutes esse uoluntates aut non sine
uoluntate. ergo patet quod uirtus ex sola uoluntate
acquiritur. quia fortitudo illa non est per certam scientiam rationem.
Sed si hoc totum uidetur quod uirtus intellectualis et consuetudinalis
sint eadem. quia uirtus intellectualis perficitur in cog
nitione et uoluntate siue delectatione. et similiter
uirtus consuetudinalis perficitur in eisdem. ergo eadem uirtus.
Ad primum dicendum quod speculatiuus intellectus dupliciter potest considerari
secundum se uel in quantum habet se per quandam extensio
nem ad operationes ut dicitur in tertio de anima. primo modo
diuiditur contra practicum. Secundo modo non. dico ergo quod
scientia utroque modo consideranda et intellectus consideranda et modo
secundo. Sic non diuiditur intellectus speculatiuus contra
practicum. sed est in proposito ad primum. sic nec scire contra
uirtutem sed oportet ad ipsum. Ad aliud dico quod
cognitio dirigitur operantem in fine. ideo cognitio uadit
ad uirtutem que finis est operantis nec est dicendum
quod quod omnis aliquis operatur bonum. quod sit ma
lus. sed est in recessu a malo. et similiter non oportet
quod sit ignorans sed potius sciens quia dirigitur per
uoluntatem in fine. Ad aliud dico quod et
si in uoluntario notetur cognitio nichilominus
tamen cognitio et uoluntas sunt duo diuersa quia
unum est dirigens alterum sicut si aliquis et homini

debeant diuersa officia uel actus diuersitatem ali
cuius operationis aliquis et homo. dicentur duo diuersa.
Ad aliud dico. sicut ostensum est. quod in
habentibus uoluntatem facultatem operandi exterius suf
ficit uoluntas cum cognitione sine opere exteriori
dum tamen illa uoluntas sit intensa et ideo talium
dicitur infidelis uirtutes esse uoluntates. sed cum
magis hic ea que ut in pluribus requiruntur ut
in pluribus autem requiruntur hec tria. Ad illud
quod obicit quod tunc uirtus intellectualis non diffe
ret a consuetudinali. dico quod immo quia uoluntas uel

delectatio non attenditur in intellectuali nisi ratione summi boni in
consuetudinali uero ratione boni proximi et ideo non oportet quod uirtus
intellectualis et consuetudinalis sint eadem uirtus hoc autem
determinatum est plenius supra. De quinto queritur sic.
Omnis est regens alias. et sine qua alie non procedunt
ad opus magis confert quam non sunt hee. Sed scientia sic
se habet respectu operationis et uoluntatis ad assecutionem uirtutis
ergo ad uirtutem magis quam uoluntas uel opus. Item
Omnis causa uel primaria plus confert super causatum quam
causa secundaria. sed respectu uirtutis scire est causa primaria. uolun
tas uero et opus causa secundaria respectu ipsius. ergo plus conferunt
ad uirtutem scire quam uelle uel operari. Item
dicit actor quod scire parum aut nichil prodest. queritur
ergo causa distinctionis. ad litteram. Veritatem hanc per utrum
predictis cum respectibus quomodo scire parum
conferat. et quomodo multum. Ad primum dico causa regens
alias causas duplex est. una naturalis. et hec quod
dam modo intrinsece imponit. et quedam uoluntaria
et de hoc non est uerum. Ad aliud dico. quod causa
primaria magis influit super causatum. non quod quodlibet sed
proximum. Sed uirtus non est proximum causatum ipsius scire
et ideo non oportet quod plus influat ad uirtutem quam
ipsum scire. Ad aliud dico. quod duplex est scientia
est enim scientia speculatiua et hec consistit in suis
terminis et nullo modo refertur ad effectum nichil confert
ad uirtutem. alia est scientia operandorum et hec dupliciter
potest considerari. aut referendo ad intellectum siue cog
nitionem. et hec parum perficit uel referendo ad
affectum et hec multum et non parum facit ad uir
tutem. De sexto queritur sic. Vnusquisque
facilius potest resistere malo tanto magis efficacius
culpabilis. si succumbat. sed quilibet cog
noscens magis talis facilius potest resistere malo
quam qui non habet. ergo tanto plus peccat si succum
bat. ergo in eodem genere peccati. plus peccat uir discretus
quam idiota uel simplex. Item de fortis no
bilis subiectum in quo habitus magis peccat sed anima uiri
discreti et scientis in quantum huiusmodi nobilior est quam
indiscreti et ydiote. cum scientia sit quedam
perfectio et quedam nobilitas in anima. ergo plus peccat
de fortis cum per malam operationem. plus ergo peccat sciens
quam ydiota per has easdem rationes potest ostendi quod
uir indiscretus. tamen quia facilius est ei operari bona cum
scientia quia facilius potest resistere aduersis. si se offe
rant quam sciens. Contra apud regem tempora
lem sunt in operibus corporalibus eisdem et similiter
facit plus remuneratur temporaliter nobilis quam igno
bilis. unde apud regem temporalem si simplex mi
les et dux uel comes exponant se pro re publica
uel aliud consimilem operationem faciunt plus remuneratur
nobilis et magis operatur et honoratur dux uel
comes. quam simplex miles. ergo sic debet esse in ope
ribus spiritualibus. ergo in eodem genere operationis nobilitas
nobiliorem subiectum magis debet remunerari nobilis quam
in nobilis

Responsio dico quod per se non plus est remunerandus
nobilis quam ignobilis quam. sed quia melius plus posset
obesse et non obesse. unde per se per eo quod maiori affectione mo
uetur uel etiam quia et si plus in hoc non faciet. ad
tamen possunt accidere in quibus per se uel per amicos plus potest pro
desse. Eodem modo sciens per se et per informationem
aliorum potest plus prodesse. et si uellet per sermones ma

Post hec autem quid est uirtus et cetera. Ille facie dicte
Manifesto in precedentibus ex quibus et qualibus operibus ge
neratur uirtus. manifestat hic quid ipsa sit. et diuiditur hec pars
quia ponit quod primum prohemium ad hanc partem. Secundo inquirit diffinitio
nem uirtutis consuetudinalis ibi. quoniam igitur. et hec pars sic
diuiditur. quia primo dat siue inquirit ac. diffinitionem uirtutis con
suetudinalis. Secundo dat et inquirit diffinitionem propriam uirtutis consu
etudinalis. adhuc autem. uel aliter ut dicitur quod primo
inquirit ac. diffinitionem uirtutis dicentem quid est. Secundo dif
finitionem dicentem propter quid est. uel aliter ut dicatur quod primo
dat diffinitionem uirtutis communem tam naturalis quam consuetudinalis. secundo manifestat
quomodo generatur illud siue illa ratio uirtutis consuetudinalis dicens
quod quantum erit esse operationes iuncte quo ad nos. determinata
ratione et ut sapiens determinabit. et ex hiis ulterius
concludit specialem rationem uirtutis consuetudinalis. tertio non assignat
differentiam inter rationem propriam uirtutis et specialem. Lectio In presenti lec
tione primo ponit prohemium ad hanc partem. Secundo in
quirit diffinitionem uirtutis consuetudinalis prout est communitas
siue diffinitionem uirtutis generaliter. siue naturalis siue acquisite
uel consuetudinalis. tertio concludit quod hoc est ratio uirtutis generaliter.
Sed utique. Secunda pars diuiditur in duas quia primo inquirit
diffinitionem quo ad genus. secundo quo ad differentiam que cum genere
facit diffinitionem. oportet autem. et primo quia uirtus est de numero
eorum que sunt in anima. enumerat ac. ea que sunt in
anima ut ostendat quod illorum quartum est uirtus sic genus
eius. secundo manifestat unumquodque illorum. dico autem. tertio per remo
tionem duorum quasi per locum a diuisione concludit tertium de uirtute
passiones. Quarto dicit quod dictum est quid sit uir
tus secundum genus. quod quidem. prima secunda diuiditur quia primo
manifestat passiones. secundo potentias. et habitus. prima illa in
qua per remotionem duorum concludit tertium de uirtute di
uiditur in duas quia primo remouet duo illorum a uirtu
te. secundo concludit tertium de ipsa per remotionem eorum. Si igitur
et primo remouet passiones a uirtute per .iiii. rationes
secundum quas illa diuiditur in quatuor. secundo poten
tias per tres predictarum rationum quas resumit. secundum quas
illa diuiditur in tres partes. prima illa in qua requirit
quo ad differentiam diuiditur quia primo dicit quod non sufficit sic in
quirere quid sit uirtus quo ad genus. sed cum hoc oportet inqui
rere differentiam. Secundo modo ducit differentiam secundum. tertio per inductio
nem ostendit illam differentiam esse conuenientem. Vnde igitur oculi. et ibi
inducit tamen in uirtute perfectis. tamen in uirtute tota siue
rei complete. procedit ergo sic dicens. post hec. id est postquam
dictum est ex quibus et qualibus operibus habet esse uirtus
Secundo inquirendum quid sit. deinde intendit sic argu
ere que sunt in anima sunt passiones potentie uel habitus
Sed uirtus est eorum que sunt in anima. hoc subauditur ergo uirtus

erit passio uel potentia uel habitus. deinde manifestat que sint
passiones dicens. dico autem passiones. et primo per exempla
deinde quasi per diffinitionem dicens quod passiones sunt ea quibus
sequitur delectatio uel tristicia. deinde manifestat que sint po
tentie dicens. quod potentie sunt per quas sumus passibiles
passionum. uel secundum quas sumus potentes ad irascendum uel
contristandum uel miserandum. deinde manifestat que sunt habitus dicens
quod habitus sunt secundum quos nos habemus bene uel male ad
passiones uel secundum bonos habitus bene. secundum malos male
deinde remouet passiones a uirtute per quatuor rationes
prima talis est. secundum rationes non dicimur boni uel mali sed
uirtutes et malicias dicimur boni uel mali. ergo uirtu
tes et malicie non sunt passiones. Secunda talis est
Secundum passiones non laudamur uel uituperamur. sed secundum uir
tutes et malicias laudamur uel uituperamur ergo uirtutes
et malicie non sunt passiones. maiorem propositionem probat.
Sicut patet in littera. Tertia ratio talis est. passiones
sunt in nobis inuoluntarie. uirtutes autem non. immo
sunt uoluntates aut non sunt sine uoluntate.
ergo uirtutes non sunt passiones. Quarta ratio talis
est. Secundum passiones mouemur. sed secundum uirtutes non
mouemur immo uirtutes nobis adiacent. ergo uirtutes
non sunt passiones. Iste autem rationes sic distinguuntur
quia due prime accipiuntur per comparationem uirtutis ad suum
effectum. tertia per comparationem uirtutis ad suam causam scilicet uo
luntatem. Quarta per comparationem ad subiectum cui adia
cet. Item duplex est effectus uirtutis in anima. unus
est per se et absolute. scilicet bonitas. alius per relationem
ad opinionem hominum. scilicet laus uel eius oppositum et per hoc
differt prima ratio a secunda. deinde remouet potentias
a uirtute et primo dicit causam quod per easdem rationes
uirtutes non sunt potentie. Secundo resumit tres primas ratio
nes. et omittit quartam. quia non concludebat poten
tiis mouentibus. sic concludebat passionibus. tres autem ratio
nes quas resumit similiter sunt accipiende et
in forma ut prius. Consequenter ac. resumit que postea causa
sunt dicens. quod si uirtutes non sunt passiones nec
potentie. et non sunt in anima preter hec nisi habitus
dicit quod relinquitur uirtutes habitus esse. deinde dicit quod
dictum est quid sit uirtus in genere. id est per genus. deinde
inquirit diffinitionem quo ad differentiam dicens. quod ad plane cogno
scendum uirtutem non solum oportet dicere differentiam que addita generi
quoniam est habitus. id est non sufficit accipere eius genus. sed oportet dicere
cum hoc. qualis sit habitus. id est cum hoc oportet dicere differentiam que
addita generi totum dicat esse uirtutis. Consequenter inducit
differentiam dicens. quod omnis uirtus cuius fuerit facit bonum et
perficit illum qui habet. et opus eius. scilicet huius reddit bonum
Consequenter manifestat hoc in uirtute naturali. tamen ratione uirtutis proxime
tamen etiam ratione uirtutis tocius dicens. Verbi gratia. uirtus oculi
facit oculum bonum et reddit opus eius. id est oculi bonum. quod
probat. quia uirtute oculi bene uidemus. deinde dicit quod similiter
uirtus equi facit equum bonum. et opus eius bonum reddit
quia facit eum bonum ad currendum et ad ferendum
siue sustinendum ascensorem et ad expectandum ad uersarios bellantes.

Omne ex predictis concludit rationem dicens quod si sic habet in omnibus sic. scilicet quod sit virtus cuiusque habentem faciat bonum et opus eius bonum reddit tunc virtus communis id est communiter sumpta ad naturalem et moralem erit habitus a quo homo est bonus. et opus eius bonum reddit. Vel generalis virtus. id est tam consuetudinalis quam intellectualis. vel communis virtus. id est virtus consuetudinalis sumpta communiter ad quatuor eius differentias que sunt. fortitudo. iustitia. temperantia. prudentia. Deinde dicit quod iam primo diximus quomodo hoc sit. scilicet quod virtus consuetudinalis perficiat habentem et opus eius bonum reddit. hoc est scientia. ¶ Circa partem istam primo queritur super hoc quod dicit. hic scrutandum est quid est virtus. Secundo super hoc quod dicit tria esse in anima. passiones. potentias. et habitus. Tertio de notificatione passionum. Quarto de notificatione potentiarum. Quinto de notificatione habituum. Sexto super hoc quod dicit. quod secundum passiones non dicimur boni neque mali neque laudamur neque vituperamur. Septimo utrum passiones anime voluntarie sint naturales. Octavo de diffinitione virtutis quam ponit hic. et super hoc quod dicit. quod est diffinitio hec virtutis communiter. ¶ De primo sic. Supra dixit Aristoteles. quod presens opus non est contemplationis gratia sed ut boni fiamus. Sed ergo ad bonum fieri. non prodest scire quid est virtus. Videtur quod in doctrina presenti non sit querendum quid sit virtus. ¶ Item ibidem dixit. non enim scrutamur ut sciamus quid sit virtus ergo scire quid est virtus preter intentionem presentis doctrine. ergo in doctrina presenti non est determinandum. ¶ Item cum diffinitio debeat fieri per priora et non per posteriora. prius debuisset diffinivisse virtutem quam divisisse. et sic hec pars antecedere debet partem in qua posuit divisionem virtutis. ¶ Item diversitatem actuum sequitur diversitas habituum. ergo cum scire velle et operari. sint actus diversi. virtutes que relinquuntur ex hiis non potest esse habitus unus. et sic nec diffinitione una diffiniri. ¶ Responsio quod ad bonum fieri prodest scire quid est virtus. Unde in precedenti libro dixit Aristoteles quod cognitio dirigit hominem in rectam operationem. sicut signum dirigit sagittantem ad figendum per sagittam et ideo ad bonum fieri prodest scire quid est virtus et si non primo. ¶ Ad aliud dico quod est finis ulterior. et hoc modo non scrutamur ut quid sit virtus sciamus. Unde scire quid est virtus non est de necessitate presentis doctrine sed quod prius et perficit ad aliud necessarium est quod per se intenditur in presenti doctrina. ¶ Ad aliud potest dici quod diffinitio quam hic inquirit. non generalis virtutis. immo solum consuetudinalis. et propter hoc non oportet quod preponatur divisioni. Vel dico quod si intenderet communiter et equaliter de virtute intellectuali. et consuetudinali prius debuisset diffinivisse quam divisisse. Sed tamen non intendit nisi solum de consuetudinali. et non de intellectuali. et ratio supradicta est. ideo eam dividit primo ut exequatur de eo membro de quo principaliter intendit. ¶ Ad aliud dico. quod diversi actus possunt dici dupliciter. sunt enim actus

diversi qui nec inter se sunt ordinati nec unus dirigitur ad alterum. et in talibus tenet quod ad diversitatem actuum sequitur diversitas habituum. Sunt etiam actus diversi qui habent ordinem inter se. et unus dirigit ad alterum et hoc modo diversi actus possunt esse ab uno habitu hoc modo se habent scire velle operari in virtute. ¶ De secundo queritur sic. cum anima sit forma vel actus corporis et plus vel similiter competit actio sicut passio. ergo cum actio diversa contra passionem non erunt in anima solum tria predicta. ¶ Item cum contingit animam disponi ad susceptionem habituum preter predicta. erunt in anima dispositiones. et ita non tantum tria predicta. ¶ Item similitudines que sunt in anima. et non sunt aliquod trium predictorum. Similiter affectiones sive voluntates sunt in anima. preterea qualiter accipiuntur naturales et distinctio horum trium que dicuntur esse in anima. ¶ Ad hoc ultimum quia valet ad solutionem aliorum. Primo dicendum. quod omne quod est in anima aut est innatum. et sic potentia. aut acquisitum et tunc vel habet causam extra. et sic dicitur passio. vel habet causam intra et sic dicitur habitus. ¶ Ad primum ergo obiectum dico. quod sine dubio actiones sunt in anima sed hic accipitur passio non ut est unus generis numeris diversificatum ex opposito contra actionem. sed prout facit tertiam qualitatis. que continet quod non dividitur contra actionem. preterea actio que est ab anima. potest habere causam intra et sic reducitur ad actum. ¶ Ad aliud dico quod hic non appellatur habitus prout dicitur qualitas difficile mobilis sed prout notat omne acquisitum in anima per se. sive non causatum in ea ab extrinseco et sic patet quod dispositio potest dici habitus. et sub habitu continetur. ¶ Ad aliud dico quod non loquitur hic de eis. que sunt in anima nisi secundum partem motivam sicut species sive similitudines que sunt in ea. solum secundum partem speculativam et ideo de illis non est obiectio. vel dico quod species sunt in anima. sicut in loco et in continente solum. et non sicut in subiecto et ipse non loquitur solum de hiis que sunt in anima sicut in subiecto. ¶ Ad aliud dico quod affectio sive voluntas quia habet quodammodo causam in anima. reducitur ad habitus et ideo convenienter dicit tantum tria predicta esse in anima. cum hoc sub quodam trium illorum contineantur. ¶ De tertio sic. dicit Aristoteles quod ira passio est. et quod est circa animam. contra. ira est accensio sanguinis circa cor. ergo cum cor corpus sit et sanguis similiter ira non erit passio anime sed si aliquid magis corporis. ¶ Item ut habetur in secundo libro de anima. qui dicit animam tristari vel gaudere. dicit eam texere vel edificare. ergo tristicia sicut ira. non erit anime sed magis corporis. sicut nec texere vel edificare. ¶ Item timor et audacia dicuntur excitates sive fortitudinis ergo malicie. sed in presenti lectione dicit quod malicie non sunt passiones. sic neque virtutes ergo timor et audacia passiones non sunt. Quare male ponit. obici. de invidia de qua dicit inferius quod est vicium et defectus quidam nemesis. Similiter potest queri de misericordia que virtus est vel dicitur virtutis nulla autem virtus passio est ¶ Item dicit quod passiones sunt quibus sequitur delectatio et tristicia sed similiter

ad habitus sequitur delectatio vel tristicia et sic passiones possunt dici habitus. ¶ Responsio quod potest accipi secundum materiale esse et sic non est passio proprie sed magis corporis est et esse corpus habet esse. vel secundum esse formale. et sic habet diffinitionem talem. ira est appetitus doloris contra ipsum apparentem existimationem et sic passio anime et circa animam. Modo autem primo diffinitur sic. ira est accensio sanguinis circa cor et per eandem distinctionem responsio est ad aliam rationem. ¶ Ad aliud dico quod timor uno modo appellatur habitus qui est in anima a terribili obiecto dominante et per consuetudinem sive ex defectu aggrediendi ipsum et sic est vicium. Similiter audacia potest dici habitus qui est in anima ex terribili obiecto sive ex aggressione superfluat terribilis cum spe vel proposito medii. et sic dicitur habitus. Alio modo timor appellatur passio illata anime a terribili obiecto predominante et audacia. Similiter passio illata anime ex terribili obiecto non predominante secundum quod aliquis vincit vel dominatur. et sic accipiuntur hic. Similiter dico de invidia. Invidia enim potest appellari habitus qui acquiritur in anima ex tristicia proveniente de bono alterius et sic est vicium. vel potest appellari motus ad tristandum ex illa proprietate facta in anima. et sic passio est. ¶ Ad aliud dico quod misericordia uno modo nominat habitum acquisitum in anima. ex compassione quam habet aliquis de miseria proximi et sic virtus est. Alio modo quod infertur anime ex miseria proximi considerata. et sic passio est. ¶ Ad aliud dico. quod ad passiones sequitur delectatio. vel tristicia. sicut effectus ad causam. et de necessitate et primo et per se. ad habitus autem. aut non sequitur delectatio vel tristicia. aut sequitur non causa de necessitate neque primo et per se. potest enim aliquis habere habitum et non delectari vel tristari in illa sed pati non potest quin delectetur vel tristetur. ¶ De quarto sic. dicit quod potentie secundum quas sumus potentes ad passiones. contra. secundum habitus sumus magis vel minus potentes ad passiones unde qui virtuosus est minus patitur a terribili quam qui non est habitus. ergo ita non convenit ipsis viribus male ergo notificat per hoc potentias. ¶ Item supra dixit quod castitas et temperantia maxime possunt tenere nos a carnalibus voluptatibus ergo manifestum quod castitas facit nos passibiles carnalium voluptatum. ¶ Item fortis dicitur qui non excellitur in prosperis neque deprimitur in adversis. ergo virtus fortitudinis facit hominem passibilem prosperorum et adversorum ¶ Responsio quod cum dicitur secundum potentias sumus potentes pati hoc secundum notat causam materialem. sed si dicatur quod secundum habitus sumus potentes pati hoc secundum notat causam efficientem vel materialem hoc non est verum inquantum sic dispositio. Unde habitus causa est efficiens solum aptitudinis ad patiendum. Vel si est causa materialis hoc est sicut dispositio. vel dico quod passibile dicit aptitudinem ad patiendum aptitudo autem dicitur materialis. et hoc notatur cum dicitur quod secundum passiones sumus passibiles. et acquisita. hoc notatur cum dicitur secundum habitus sumus passibiles. ¶ Item aliter secundum passiones sumus passibiles non ergo secundum potentias solum. ¶ Responsio quod cum dicitur. Secundum passiones sumus passibiles hoc secundum notat causam formalem. Sed cum dicitur secundum potentias sumus

passibiles hoc secundum notat causam materialem. ¶ De quinto sic. dicit quod habitus sunt secundum quos nos habemus bene vel male ad passiones. hoc enim non videtur convenire omnibus habitibus non enim convenit operationem neque scientie. ¶ Item secundum dispositiones bene vel male nos habemus ad passiones. et ita dispositiones erunt habitus. ¶ Responsio quod loquitur hic autem de habitibus intellectus perfectivi. solum. et ideo non est obiectio de scientia et de opinione. vel dico quod secundum scientiam vel opinionem bene habemus nos ad passiones mediate quia secundum quod scire dirigit nos ad virtutem acquirendam. et virtus facit nos habere bene ad passiones secundum quod per medium potest dici. quod secundum scientias et opinionem bene habemus nos ad passiones. ¶ Ad aliud potest concedi. quod dispositiones sunt habitus prout loquimur hic de habitu. Vel dico quod secundum dispositiones habemus nos melius. ad passiones et etiam secundum habitum tamen propter completionem quam addit habitus super dispositionem prius debemus hoc habitui. quam dispositioni ¶ De sexto sic. dicit quod passiones non dicimur boni neque mali. neque laudamur neque vituperamur. contra. secundum ea que disponunt animam ad virtutis susceptionem vel eius contrarium dicimur boni vel mali et laudamur et vituperamur passiones autem et operationes sunt huiusmodi. ergo secundum operationes et passiones laudamur et vituperamur. ¶ Item operans iuste. quia gaudet secundum quod operatur iuste est iustus. ergo cum delectatio et tristicie sint passiones delectationes et tristicie sunt ipse passiones faciunt nos bonos et sic secundum passiones dicimur boni et mali. Item in illis in quibus reperitur superfluitas indigentia et medietas in illis est bonitas et malicia passiones sic se habent hoc dicit inferius et supra. ergo in illis est bonitas et malicia. quare secundum eas dicimur boni et mali. ¶ Ad hoc dicendum quod secundum passiones dicimur boni et mali. prout hoc propositio secundum notat causam efficientem vel causam materialem prout dispositio reducitur ad causam materialem quare passiones et malicias dicimur boni. et mali. prout hoc propositio secundum notat causam formalem et hoc modo solvendum est ad primum ¶ Ad secundum dicendum. quod cum dicitur qui facit iusta et gaudet. sicut qui removetur a voluptatibus et hoc ipso gaudet castus vel iustus. est gaudere sive delectari non est ibi passio. sed potius ibi notat consensum voluntatis similiter tristari non est ibi passio. sed potius notat dissensum unde hec magis notat habitum prout supra accepimus habitum et non passionem. ¶ Ad aliud dico quod in passionibus et operationibus est medietas sicut materialiter et non formaliter et ideo licet in eis sit bonitas sic et malicia non tamen oportet quod secundum eas denominentur et dicantur boni vel mali. ¶ De septimo sic. in eis que a natura sunt totum est equaliter in rebus eiusdem speciei. ut risibilitas in omni homine. rudibilitas in omni asino. sed in diversis vel in eodem tempore alio et alio passiones reperiuntur non secundum equalitatem sed secundum magis et minus ergo passiones non sunt a natura sed a voluntate. ¶ Item causa cuius est voluntas ipsum est voluntarium sed materia passionum causa in nobis est voluntas sicut patet in illis qui se exponunt

voluntarie ad minus delectabilia vel ad minus tristabilia in quibus nos exercitamur. ergo in illo passiones sunt voluntarie. ¶ Item que sunt anime simul innascuntur cum eo cui insunt. ergo passiones non insunt in nobis. sed passiones non simul innascuntur ei cui insunt. ergo passiones non insunt in nobis anime. ¶ Respondeo dicendum quod passiones in nobis sunt voluntarie. sed involuntarium dicitur dupliciter aut quia violenter sunt per violentiam. aut quia naturaliter sunt per naturam. dico ergo quod passiones per comparationem ad animam existentes possunt inesse nobis per violentiam. non per naturam tamen quia in anima est aliquid receptivum per quod nata est pati ab obiecto nichil est ut dicatur esse anime quando ab eo quod non sed a voluntate. dicendum quod passiones possunt considerari secundum aptitudinem et sic sunt semper secundum equalitatem vel rationem actuum contrarium et sic secundum magis et minus reperiuntur. Vel dic aliter et melius quod materiale dupliciter est. Uno modo anima totaliter causatur ex principiis intrinsecis ipsius rei. risibile in homine. et de hoc verum est quod obicitur. Alio modo quod non totaliter. sed ex hoc dependet actu exteriori et de hoc non est verum immo secundum influentiam maiorem et minorem cause exterioris magis et minus ibi reperitur. hoc modo dicuntur passiones cause in nobis a natura et de eo quod est naturale hoc modo non sequitur quod innascatur. Vel si dicatur quod innate sint hoc est solum intelligendum secundum suam aptitudinem et non per actum suum quod ostendit quod initium passionum causa est voluntaria. dicendum quod verum est. sed non tota causa est immo aliquid in nobis est naturaliter movens ad passiones illas. ¶ De octo

Sic dicit quod virtus est habitus a quo quis est bonus opus eius reddit bonum. et de hac diffinitione queritur cum virtus sit prius quam actus eius. male diffinitur per actum reddendi. ¶ Preterea cum reddere sit actus iusticie que est quedam virtus specialis male diffinitur per actum reddendi. ¶ Preterea queritur quare potius diffinitur per actum iusticie quam per actum alterius virtutis. ¶ Item dicit quod hec diffinitio est virtutis item et exponitur virtutis naturalis et moralis. sed contra. cum virtus sic et sic non dicatur univoce. videtur quod virtus ut se habet communiter ad utramque sic et sic una diffinitione non possit diffiniri. ¶ Respondeo dicendum quod de virtute est loqui dupliciter aut secundum suum habitum. et sic prior est quam actus ipsius vel secundum suum usum. et sic non. et sic potest diffiniri per actum. Vel dic quod aliquid dicitur prius tempore et origine ut potentia actu. et dicitur aliquid prius substantia et diffinitione et hoc modo actus precedunt potentiam et tota perfectione et completum incompletum et sic tamquam per prius potest habitus per actum diffiniri. ¶ Ad aliud dicendum quod iste actus qui est reddere potest accipi generaliter et tunc obiecti cuiuslibet virtutis et sic non est determinatus alicui virtuti. sed indifferens ad omnem virtutem. et sic accipitur hic. vel potest accipi specialiter videlicet prout determinatur rei ablate per extraneo. et sic est actus iusticie et sic non accipitur hic. et

per hoc patet solutio ad sequens. ¶ Ad ultimum dicendum quod eo modo quo diffinitur unum est scilicet secundum analogiam. sic diffinitio est una. Unde sicut virtus dicitur analogice de consuetudinali et naturali sic et habitus et reddere opus bonum analogice dicuntur. et ideo nichil inconveniens sidetur diffinitio una. eo modo quo diffinitum

¶ Adhuc autem et cetera. ... Supra posuit auctor diffinitionem virtutis communem. hic autem consuetudinalis sive hic ponit diffinitionem virtutem dictam quidem et est quod sive diffinitionem virtutis ut est moralis et in presenti lectione sunt quatuor partes. in prima dicit quod modo quem subiungit fiet nobis manifestius de virtute quam modo precedenti. Secundo procedit ad investigationem diffinitionis hic intente. Amplius. Tertio diffinitionem investigatam concludit. igitur est. Quarto manifestat diffinitionem supra et hic positam assignat differentiam suam inter virtutem ut hic. et supra diffinitur. ubi. pars ista dividitur quia primo ostendit quod virtus consistit immediate quo ad nos. Secundo dicit quedam per que potest haberi ultima differentia diffinitionis. scilicet determinata ratione et ut sapiens determinabit ibi. Adhuc peccare. Et primo ad ostendendum quod virtus sit immediate quo ad nos. dividit auctor medium in medium secundum rem et quo ad nos. et assignat diversitatem inter hec. Secundo ostendit quod est immediate non rei sed quo ad nos. Sic utique. Et primo ponit auctor divisionem medii per medium rei. et quo ad nos. et notificat quod nomine equalis intendit accipere medium. Secundo manifestat medium rei. Dico. Tertio medium quo ad nos. Ad nos. Quarto quia dixerat quod medium rei equaliter distat ab utraque extremitate. et quod est unum et idem omnibus manifestat. Ubi ergo. Quinto manifestat quod medium quo ad nos non est tale. Quod autem. pars illa in qua ostendit virtutem esse in medietate non rei sed quo ad nos dividitur quia primo ponit quatuor rationes ad hoc ostendendum scilicet quod virtus sit immediate quo ad nos. Secundo dicit quod intendit de virtute consuetudinali dico. Tertio dicit causam huius. scilicet quia virtus consuetudinalis attendit circa operationes et passiones. in quibus sunt medium et extremitates. hoc enim. Quarto manifestat quomodo sit medium et extremitates circa passiones. Ut ergo. Quinto quomodo circa operationes similiter autem. pars illa in qua narrat alia per que potest haberi hec dicta determinata ratione et ut sapiens determinabit. dividitur quia primo dicit bonum fieri uno modo et malum multis. Secundo concludit ex hoc quod difficile est bonum operari vel fieri. et facile malum. et ex hoc licet non ponat satis potest haberi quod virtus est cum ratione determinata. Ideo. Tertio propter predicta assignat superfluitati defectum malicie et medietati virtuti et propter hoc. Quarto ponit causam huius. boni. pars illa concludit diffinitionem. dividitur quia primo concludit diffinitionem. Secundo quia dixerat quod virtus est immediate quo ad nos. manifestat quorum dicatur illa medietas. medietas. Tertio quia dixerat extremitates superfluitatem et indigentiam manifestat quare sic non cupiuntur et adhuc. Quarto dicit quod virtus est in medio illorum extremorum. virtus.

¶ Circa primum sic procedit dicens quod adhuc erit manifestius de virtute sic. scilicet in quam sequitur suple quam modo predicto et hoc dico. si speculemur. scilicet inspicere voluimus. qualis est natura. scilicet naturale esse eius. scilicet virtutis quasi dicat quod ratio sive diffinitio quam hic investigat manifestius declarat naturam et veritatem ipsius virtutis quam diffinitio superius posita. Deinde quia superius ex predictis quod sit sit immediate et quod corrumpatur a superfluitate et indigentia volens dividere medium ut ostendat esse duorum medium sic dicit quod in omni continuo et in omni discreto est accipere hoc quod plus. scilicet superfluum hoc quod minus. scilicet diminutum. hoc vero equale. scilicet medium. Deinde dividit equale dicens quod hoc scilicet equale sive medium est. aut secundum rem. aut secundum nos. quasi dicat quod medium duplex dicitur aut medium secundum rem. aut medium secundum nos et per hoc quod dicto in omni continuo et in omni discreto est hec innuitur intelligere quod similiter sic in operibus et passionibus et circa quas est virtus. Deinde quia nominat medium nomine equalis. dicit quod esse hoc dicitur medium aliquod inter superfluitatem et indigentiam. Deinde manifestat quid sit medium rei dicens quod medium rei est quod equaliter distat ab utraque extremitate et quod est unum et idem omnibus. scilicet apud omnes. Deinde manifestat quid sit medium quo ad nos dicens quod medium quo ad nos est quod neque habundat neque deficit quo ad nos. et dicit quod ipsum non est unum et idem omnibus. Deinde declarat quomodo medium rei equaliter distat ab utraque extremitate. et quomodo unum et idem omnibus dicens. Ut ergo si decem multa. scilicet si ita sit quod decem sint extremum magis sive superfluitas. et duo pauca. scilicet si sint extremum minus sive indigentia nos accipimus sex media. inter decem et duo. et hoc loquendo de medio secundum rem. et quod ita debeat esse probat quia equaliter superhabundat dua et superhabundatur a decem quia in quatuor. et dicit quod tale est medium secundum arismeticam. Deinde manifestat medium quo ad nos dicens quod illud non est tale. neque est idem et unum et idem omnibus dicens tale est medium secundum rem. at medium quod est medium secundum nos. non est sic accipiendum suple sicut medium rei et probat dicens quod si decem minas. scilicet panes comedere. sit multum. scilicet superfluum. et comestor medius vel alius habitus. iubet comedere sex. quod probat dicens quod fortassis comedere sex esset superfluum vel parvum acceptanti. scilicet illi qui debet comedere et constat quod non debet iubere quod est superfluum et quod est parvum. Deinde ostendit cui posset esse parvum et cui multum dicens quod miloni. magno et forti hoc esset parvum. sed incipienti gimnasiorum. scilicet exercitiorum. scilicet ei qui magis indiget exercitio propter corporis debilitatem esset multum et dicit quod similiter accidit in cursu. scilicet quod illud quod uni esset superfluum alii esset diminutum et similiter in palestra. scilicet lucta. Consequenter accedit ad ostendendum quod virtus sit immediate non rei. sed quo ad nos. Et incipit prima ratio ibi Sic utique. Et est talis omnis sciens fugit superfluum. et defectum et querit medium non rei sed quo

ad nos. Omnis sciens. scilicet cum est quiescens. sed operans ad virtutem est sciens. quia ad virtutem perexigitur scire et posterius velle et ultimo operari. ergo operans ad virtutem fugit superfluitatem et deficientiam et querit medium non rei sed quo ad nos. sed hoc non faceret nisi ibi esset virtus. quia iam non esset sciens ergo virtus est immediate non rei sed quo ad nos. et hoc est quod dicit. Sic utique. scilicet inspiciendo ad medium non rei sed quo ad nos. omnis sciens. scilicet cum dilectione et sciens operans fugit. superfluitatem et indigentiam. quo ad se. Sed ipse querit medium. et quesitum constat ipse vult illud. et dicit quod illud medium est medium non rei. sed quo ad nos. Deinde dat secundam rationem que hic incipit Si enim. que talis est. Omnis doctrina opus suum bene facit et operatur respiciens ad medium non rei. sed quo ad nos. ergo similiter virtus opus suum bene facit respiciendo ad medium non rei sed quo ad nos. sed constat quod hoc non esset verum nisi esset immediate quo ad nos. et hoc est quod dicit Si enim. quasi dicat sic est quod omnis doctrina perficit bene opus suum et bene operatur. ipsa dico respiciens ad medium. et agens ad hoc. scilicet ad medium non rei sed quo ad nos. si utique ita est. suple et virtus similiter operatur et bene suum opus perficit inspiciendo ad medium non rei sed quo ad nos. Deinde dat tertiam rationem ibi. Unde assueti. que talis est operantibus ad virtutem dissuadetur superfluitas et defectus ut ipsius corruptiva et suadetur medietas ut conservativa. sed hoc non esset nisi virtus esset immediate. ergo virtus consistit immediate. et hoc est quod dicit ita dixi virtutem esse immediate quo ad nos. et hoc patet unde legislatores et viri discreti sunt assueti. dicere bene habentibus vel qui intendunt acquirere vel habere bonum. huiusmodi operibus. scilicet per operationem bonam. scilicet illi qui volunt acquirere virtutem per bonam operationem consueti sunt inquantum dicere. quoniam non est auferendum defendendo. ad diminutionem. neque addendum. ascendendo ad superfluitatem. ac si. scilicet quasi verum sit. quod superfluitas et indigentia corrumpunt bonum. suple sed medietas suadetur ac si. medietas conservet ipsum bonum. quarto dat rationem quartam ibi. Si autem boni artifices. que talis est omnes artifices. sive omnis ars operatur inspiciendo ad medium non rei. sed quo ad nos. sic et natura. sed virtus est melior et certior omni arte. ergo magis operabitur virtus inspiciendo ad medium non rei. sed quo ad nos et hoc est quod dicit. Si. n. q. d. ita dixi virtutem esse immediate quo ad nos. enim. scilicet quia. si omnes artifices operantur respicientes ad hoc. scilicet ad medium quo ad nos. quemadmodum natura. scilicet sicut natura operatur respiciendo medium quo ad se et subiungit minorem dicens. virtus autem certior est. in se. et melior. omni arte. Deinde subiungit conclusionem dicens. si autem ita est. medii utique erit inspectrix virtus. Deinde ne crederet quod hoc vellet dicere de omni virtute dicit. Dico autem virtutem consuetudinalem. scilicet quod dixi intellige de virtute consuetudinali

et quia hoc dicit. quia hec id est virtus consuetudinalis consistit circa passiones et operationes quod probat. circa in hiis id est operationibus et passionibus est medietas superfluitas et indigentia. Deinde manifestat quomodo circa passiones sint extrema et medium dicens verbi gratia quasi diceret circa passiones extrema etiam medium. verbi gratia contingit timere et audere et concupiscere et irasci et misereri. et universaliter circa delectari et tristari id est generaliter circa omnem passionem est magis id est superfluitas et minus id est defectus et utraque sunt non bonum id est mala. Deinde dicit quod ibi est medium dicens ita circa magis et minus circa passiones sunt extrema. sed delectari vel nichil contristari. ut oportet quo ad modum. quando oportet quo ad tempus. in quibus oportet quo ad materiam. et cuius gratia oportet quo ad finem. hec aggregata faciunt medium et illud est optimum. quod scilicet medium virtutis tanquam circa quod est virtus. Deinde manifestat quomodo extrema similiter sunt circa operationes dicens quod similiter sicut circa passiones sic circa operationes est superfluitas et indigentia et medium dicit quod circa operationes est virtus in quibus operationibus superfluitas vituperatur id est viciosa reputatur. et defectus vituperatur idest vituperabilis reputatur. sed medium laudatur. tunc est in acquisitione. et dirigitur. tunc est in plena passione et dicit quod hoc ambo scilicet laudari et dirigi sunt virtutis. supple que virtus est. medietas aliqua id est medietas vel in medietate quo ad nos. Deinde ex predictis quasi recapitulando concludit dicens. Est igitur virtus ex predictis inspectiva medii. Deinde sequitur illa pars in qua narrat quedam per que potest haberi hec diffinitio determinata ratione. et cetera. et dicit adhuc. id est post predicta. sciendum quod est id est contingit peccare. id est male operari multis modis quod probat dicens. autem. id est quia malum est infinitum. id est infinitis modis potest fieri. sicut pytagorici existimant. ipsi dicunt quod bonum est finitum. id est uno modo determinato et uno quod probat dicens. quia malum consistit in adiunctione a signo. id est a medio. sed bonum in contactu signi vel medii. Sed facile est deviari a medio. et difficile est ipsum invenire et ex hoc potest talis ratio extrahi. illud quod difficile est fit vel invenitur et eius oppositum non fit et invenitur nisi cum determinata et recta ratione et sic quod sapiens determinat. virtus sit bona ut habitus. ergo illud non fit vel invenitur nisi cum determinata ratione et sicut quod sapiens determinat. et quia dicit quod malum est facile fieri et bonum difficile. ideo dicit. propter hec superfluitas et indigentia. sunt ipsius malicie ut est qualis est. sed medietas. est ipsius ut est qualis est virtus. Deinde quare attribuitur virtutis sit bonitas medietati declarat dicens quia boni sunt simpliciter. id est uno modo sicut medium uno modo invenitur. Sed mala fiunt fa. id est infinitis modis sicut superfluitas et indigentia fiunt modis infinitis circa partem illam in qua concludit diffinitionem investigatam sic procedit dicens. est ergo virtus habitus voluntarius in medietate quo ad nos determinata ut sapiens determinabit et hoc ultimum potest esse expositio precedentis ut sit sensus determinata ratione. ut puta sapiens determinabit vel virtus attenditur in voluntate. et operatione que voluntarie dicit

determinata ratione vel opinionis dicit ut sapiens determinabit et dicit. quod de virtute est loqui dupliciter. uno modo prout in se consideratur. et quo ad hoc dicit determinata. Item alio modo prout consideratur in supposito. et quo ad hoc dicit prout sapiens determinabit. Deinde manifestat ratione quorum dicitur medietas dicens. quod est medietas duarum maliciarum. scilicet superfluitatis et indigentie. Deinde manifestat quare ille extremitates nominentur sic. quod superfluitates sic nuncupantur quoniam superhabundant ratione eius quod oportet et in passionibus et in operationibus. Similiter indigentie sic nuncupantur quoniam deficiunt. sed virtus invenit medium et vult. ¶ Circa quartam partem sic procedit dicens. ita deinde est virtus consistit in medietate quo ad nos et ideo virtus secundum substantiam et cetera. id est secundum rationem presentem que significat quid est esse ei est medietas. quasi dicat. hec diffinitio modo assignata continet virtutem inquantum sic medietas. sed virtus diffinita secundum perfectionem et bonum est extremitas. quasi dicat. quod secundum predictam que est virtutis est habitus a quo quis bonus et eius opus bonum redditur est virtus sic extremitas et hec est summa et intentio huius lectionis. Ordo satis patet. ¶ Circa partem istam primo queritur super hoc quod dicit. quod modo iterum erit manifestius de virtute quam modo predicto. Secundo de hoc quod dicit hic accipit continuum et discretum ad ostendendum in operationibus et passionibus circa extrema et medium. Tertio super hoc quod dicitur bonum sive virtutem consistere in medietate. quo ad nos et non rei. ¶ Quarto super hoc quod dicit quod omnis ars operatur sive doctrina respiciendo medium non rei. sed quo ad nos. ¶ Quinto super hoc quod dicit quod virtus est certior omni arte. Sexto super hoc quod dicit quod est in medietate quo ad nos dicto de virtute consuetudinali. et ideo queritur utrum similiter sit virtutum de intellectualibus. Septimo de hoc quod dicit malum infinitum et bonum finitum. et quia infinitum uno modo dicitur quod non habet finem. ¶ Octavo queritur utrum malum possit habere finem. Nono super hoc quod dicit. quod facile est malum operari. sed difficile bonum. Decimo super hoc quod ponit diversas diffinitiones virtutis. ¶ De primo sic supponit notificavit auctor virtutem per diffinitionem suam et hic similiter. ex quo sic arguitur diffinitio est oratio indicans esse rei. sicut ergo esse rei non suscipit magis et minus. sic videtur quod oratio ipsius esse indicando non recipiet magis vel minus et si sic hec diffinitio non amplius manifestabit virtutem quam precedens ¶ Item ad idem magis et minus proprie sunt circa qualitatem. cum ergo magis et minus habet simpliciter quantitate dicitur simpliciter et quod magis et minus habet ratione alicuius quantitas est ratione eius. ergo si nulla diffinitio est qualitas secundum accidens ratione diffinitionis secundum suam substantiam neque secundum actum manifestandi vel illa diffinitio neque secundum substantiam neque secundum actum manifestandi diffinitur debet dici cum magis vel minus. et sic hec diffinitio non magis manifestabit quid sit virtus quam predicta. ¶ Item sic notificantur res per operationes sic notificantur res suo modo per proprietates. Sed non invenitur quod una proprietas magis notificet rem quam alia. ergo nec similiter diffinitio. ¶ Ad primum dico quod diffinitio que indicat essentiam rei est ex genere et differentia. hec est diffinitio alia. que non dicit essentiam solum sed etiam causam. Unde notandum quod diffinitio que

dicit quid est res et propter quid. quia notificat ipsam et esse et suam causam magis notificat eam quam que dicit quid est solum. Unde bene concedo quod esse non recipit magis vel minus sic nec diffinitio nec etiam notificatio per diffinitionem si simpliciter et eadem acceptione res diffiniatur. Sed sic non est hic et super ut visum fuit in expositione sententie. ¶ Ad aliud dico quod magis et minus uno modo dicuntur per accessum et recessum ad contraria vel ad contrarium. et sic sunt solum circa qualitatem. Alio modo magis et minus dicuntur solum rem completi et incompleti. et hoc modo magis et minus possunt esse in substantiis. Vel dico quod de diffinitione est loqui dupliciter. aut secundum se. aut secundum suum actum qui est notificare vel indicare rem. primo modo non est ibi magis vel minus ratione diffiniti. sed actus ille dupliciter potest comparari vel inquantum est a diffinitione in diffinitum absolute et sic forte non habet magis et minus maxime si secundum eandem acceptionem accipiantur diffinitiones vel secundum comparationem ad nos et sic potest esse quod quantum ad suum actum magis sit in una diffinitione quam in alia. ¶ Ad tertium potest solvi per interemptionem dicendo. quod immo una proprietas magis notificat rem quam alia. secundum quod notificant per proprietates magis extrinsecas et magis de proximo consequentes rem. Vel potest dici quod non est simile de proprietate et de diffinitione. sunt enim diversa genera et diversi modi diffinitionum secundum diversitatem causarum. Sed non sic notantur diversa genera proprietatum nisi forte modicum. et ideo non est simile. vel tamen ita sit non est magna vis. ¶ De secundo quia auctor volens ostendere in operationibus ex quibus virtus acquiritur esse medium et extrema. descendit ad continuum et discretum que sunt species quantitatis. Sed quare cum substantia sit principium et principalius inter differentias predicamentorum plus debet descendere vel saltem ad equaliter ad differentias substantie ut diceret in omni corpore et cetera primo queritur non similiter descendit ad species vel differentias qualitatis. propter cum operatio sit actio plus debet descendere ad species vel differentias actionis. ¶ Propter dicit quod in omni continuo est ponere hec tria. contraria cum hec tria sint opposita. opposita enim nata sunt fieri circa idem. ¶ Item dicit quod in omni discreto sunt plus et minus. et medium hoc vero falsum. in binario enim non est medium. et medium nullum est extremorum. ¶ Postea queritur quid est ad propositum. ¶ Secundo sic deinde est super ad virtutem sequitur multitudo operationum et perseverantia ipsius operantis unde deinde fuit in libro precedenti quod una hirundo nidum non facit sed nec ver per hoc intelligebat multitudinem operationum. neque una dies sed multo tempore est perfectio per quod intelligit perseverantia sicut quidam continuitas in operando dicto ergo quod ad multitudinem operationum que requiruntur ad virtutem operationes habent convenientia cum discreto quantum ad perseverantiam que requiritur ex parte operantis est continuo. quia ergo ratione multitudinis vel perseverantie non sic communicabant operationes ut ex hiis acquirebantur actus cum differentiis substantie nec qualitatis nec etiam actionis propter hoc ad aliorum generum differentias non descendebat sicut ad istas differentias quantitatis et propter hoc patet quid est

sit ad propositum. ¶ Ad aliud dico quod hec tria non dicuntur esse in omni continuo quia sunt in esse sic in uno subiecto contrariorum. sed quia omne continuum ad maius comparatum minus est ad minus maius ad equale dicetur equale vel medium. Vel dic quod si in continuo sint hec tria ut in linea non tamen sic idem et ideo est inconveniens. sed melius est dicere primo modo et per hoc est solutio ad illud quod queritur de binario binarius enim respectu unius plus respectu quaternarii vel ternarii minus respectu alterius binarii equale. ¶ De tertio sic. medium quo ad nos non fit uno modo. sed videtur secundum dictum hominum est ergo virtus fiat uno modo et sic individualis non erit virtus in medietate quo ad nos. ¶ Item si virtus est medium quo ad nos sed medium quo ad nos infinitum quia infinitis modis diversificatur secundum particularium diversitatem. ergo virtus sive bonum erit infinitum quod nullus dicit. ¶ Item cum fit uno modo solum si attribuitur alicui magis est attribuendum ei quod uno modo se habet. sed medium secundum rem uno modo se habet solum medium autem rei non uno modo. ergo medio secundum rem magis est attribuenda virtus quam medio quo ad nos. ¶ Secundo dico quod virtus consuetudinalis consistit in medietate non rei sed quo ad nos. ¶ Ad primum dicendum est. quod loquitur est de virtute secundum eius essentiam et sic est divisibilis et per comparationem ad operationes et circumstantias ex quibus delinquitur. Sed de illis est loqui dupliciter vel secundum speciem. et sic uno modo fit et est individualis vel secundum numerum id est per relationem ad subiectum et sic divisibilis est et multis modis fit. et hoc per se patet quia quod uni medium est. alii potest esse superfluum et alii diminutum. et per hoc idem patet solutio ad secundum. similiter ad tertium dicendum. quod eo modo quo deinde est medium quo ad nos fit uno modo sic et medium secundum rem. Unde medium in re pondere et statura eodem uno modo fit michi medium abstrahendo a substantia uno modo fit abstrahendo a subiecto ¶ De quarto sic. cum doctrine quedam sint speculative. et quedam active. non omnis doctrina operatur inspiciendo medium quo ad nos. ¶ Item artes multe ut gramatica et dialectica et similiter etiam methaphisice nichil intendunt de medio quo ad nos. ergo non omnis ars vel doctrina operatur inspiciendo medium quo ad nos. ¶ Secundo quod auctor non loquitur in hac parte de arte vel doctrina generaliter. Sed de arte vel doctrina que operativa sunt potissime ad conservationem corporis sicut virtus suo modo operatur ad conservationem anime. et ideo de speculativis non est obiectio. similiter nec de methaphisicis. que non sunt ad conservationem corporis directe. ¶ De quinto sic. cum virtutes sunt circa singularia. ars non secundum universalia non quod virtus non sit certior arte. ¶ Item cum ars suppleat defectum nature vel virtutis nec natura vel esse certior arte. Sed potius contrarium. ¶ Item cum inspiciendo fit actio ... per se prudentie quod inspectio quedam discretio est. ... inspectrix medii esse non convenit ut virtus est ... male ergo dicit quod virtus est inspectrix medii. ¶ Ad primum dico quod ars et virtus possunt considerari ... secundum comparationem ad ea que sunt. et sic ars certior est ... quam virtus ut obiectum est vel per comparationem ad finem ... per que ars et virtus

49

exeunt in opus. et quia ars per cognitionem virtutis aut per voluntatem. nichil autem communius est homini sua voluntate quo ad hoc dicitur virtus certior. vel dic quod est ars sive cognitio speculativa et hec est communis universalis et hec certior. sed est ars sive cognitio operandi que est ad eundem finem ad quem est virtus et ista cum virtus est certior quia in se quodammodo continet illam secundum quod dictum est supra quod ad virtutem requiritur scire velle operari et hec est communis signa sic et virtus. ¶ Ad aliud dicendum quod ars si sibi relinquitur fortasse posset errare. sed natura non et dicit virtutem arte certiorem. natura enim nichil agit frustra neque deficit. ¶ Ad aliud dic quod respectu virtutis certius obiectum cuiuslibet virtutis non est prudentia. sed virtutis cuiuslibet. sed in respectu virtutis est speciale obiectum prudentie. sic est proprius actus prudentie vel dic quod virtus que est prudentia est actus quamvis per quam comparat cum aliis virtutibus vel in respectu sive discretio et quo ad hoc nulla virtute distinguitur immo manet in omni alia virtute. et dicitur quo ad hunc actum amittit virtutem. est autem alius actus proprius et specialis qui est eligere et dissentire sive consentire in bono. ut bonum est et hic est proprius actus eius. et ideo quantum ad primum nichil est. tamen est si sit in omni alia virtute et in actu cuiuslibet alterius virtutis. ¶ De Sexto sic. quia contingit aliquem superflue vel diminute se habere circa agressionem terribilium vel circa corporales voluptates et etiam contingit aliquem superflue et diminute laborare circa contemplationem primi vel dationem eius. ergo sic dicitur quod virtus consuetudinalis est in medio duarum maliciarum sic potest et de intellectuali.

¶ Item omne quod habet contrarium plus habet plus et minus contrario primum habet contrarium scilicet ignorantia cuius ergo potest habere plus et minus. ergo secundum hoc potest in medio duarum maliciarum sicut et consuetudinalis. ¶ Contra quod virtus consuetudinalis acquiritur in anima mediantibus operationibus in quibus corpus obedit anime est virtus et virtus consuetudinalis sive corporales. sed virtus intellectualis non sic immo ibi anima est et impassibilis et expers. ergo potest dici quod virtus virtus est immediate duarum maliciarum. sed non est virtus maliciarum eiusdem rationis quia in consuetudinalibus malicie magis respiciunt virtutem corporalem in intellectu. alii non magis respiciunt animam utrique tamen potest esse plus et minus sed non similiter. sic virtute intellectuali vel in actibus cuius contingit aliquem plus vel minus laborare illud plus vel minus sunt superfluum et diminutum non differunt a superfluo et diminuto [illegible] operationes virtutis consuetudinalis per hoc patet solutio [illegible] ad aliud. illud enim plus et minus non attendit[ur] [illegible] in operatione virtutis intellectualis non est aliud [illegible] ab eo quod secundum consuetudinalem quia non contingit [illegible] vel lassatur anima per se sed solum ratione cor[poris] [illegible] [ho]ris cum quieta est. ¶ De Septimo sic [illegible] bonum causatur in nobis a

voluntate. cum ergo bonitas voluntatis possit intendi in infinitum. videtur quod bonum possit intendi in infinitum. infinitum ergo est ut videtur. ¶ Item infinitum esse est de conditionibus prime cause ergo quod magis assimilatur prime cause magis debet convenire. hoc autem bonum. si ergo malum dicitur infinitum multo plus et bonum. ¶ Item finiti corruptio est. sed malum est boni corruptio. ergo malum finitum. ¶ Item quod agit est eius actu secundum quod tale est finitum. ergo malum finitum. ¶ Item duorum contrariorum si unum est finitum et alterum. sed bonum et malum sunt contraria. ergo si bonum finitum et malum per. dicitur quod bonum est indivisibile malum autem divisibile et infinitis modis sed queritur quomodo hoc sic intelligendum. ¶ Item queritur utrum essentia prima sic infinita. quod sic videtur. ¶ Quia si idem sunt essentia prima et potentia eius et sua potentia est infinita. ergo et essentia prima. ¶ Contra. sic posse est actus potentie. ita et est actus essentie. sed ad ostendendum finitatem in potentia sufficit dicere de potentia quod quod possit hoc et non illud. ergo similiter ad ostendendum finitatem essentie sufficit ostendere quod sit hoc et non illud. sed de essentia prima possumus dicere quod est hoc et non illud non enim est homo vel asinus ergo ipsa est finita. ¶ Respondeo dicendum quod bonum est finitum quia finis ut bonum increatum est idem finitum quia ad finem. sed hoc est bonum creatum. unde bonum increatum posset dici infinitum eo modo quo bonum creatum dicitur finitum tamen sumendo finitum generaliter sive quia est finis sive quod est ad finem dici potest bonum simpliciter finitum. ¶ Quod obicitur quod bonum creatum est infinitum quia creatum a voluntate bona que in infinitum potest intendi. dicendum quod finitum dicitur quod habet terminum extra creatum quod solum intendit per ergo bonum creatum increatum quia ut terminum non habet cum est finitum quia habet terminum extra scilicet bonum increatum propter quod est. Ad aliud dicendum quod infinitum dicitur multipliciter. uno modo propter simplicitatem et replicationem rei. et sic essentia prima dicitur infinita. alio modo propter indeterminationem infinitorum effectuum et sic potest primum dici infinita. quia per quam est infinitorum. Tertio modo dicitur infinitum propter potentiam receptivam infinitorum formarum se habentem et sic prima potentia dicitur infinita. ¶ Quarto modo dicitur infinitum quod modis infinitis potest fieri sive exire in esse. et sic malum quo ad perfectionem sui esse infinitum dicitur. Sexto modo dicitur infinitum quod in augmento terminum non habet et hoc item malum secundum quod perfectum ad augmentum potest dici infinitum non enim aliquid est ita malum quod adhuc non possit intendi et fieri peius solum ergo duobus modis primis infinitas est conditio prime cause et nullo aliorum modorum et nullo duorum primorum modorum malum dicitur infinitum. ¶ Ad aliud dicendum quod bonum creatum cum malum est corruptio finitum est. quia comprehensibile est. et quia non potest in infinitum. et hoc modo potest concedi malum sibi oppositum esse. sed propter hoc habet finem vel finitis modis fiat sicut et bonum non est. ¶ Ad aliud dicendum quod malum non agit nisi per bonum in quo est et in bono

finitum est ut visum est. ¶ Ad aliud dic quod contrarietas est ratione formarum diversarum et bonum et malum ratione formarum suarum eo modo quo est dicere malum habere formam similiter finita sunt. vel dic quod illud tenet in eis que sunt vere contraria. malum autem non est vere bono contrarium sed magis privatio eius. ¶ Ad aliud dic. quod aliquid dicitur indivisibile quod autem in se habet partem et partem nec natum est esse pars alterius per compositionem nec aliquid natum est componi et non sit ipsum et hoc modo solum potest esse dicitur indivisibilis. Alio modo dicitur indivisibile quod non habet partem et partem. in quantum dividitur tamen potest aliquid componi et et in eo vel ab eo dividi. quamvis ipsum nichil componantur et sic que est et quod sunt indivisibilia dicuntur. Tertio modo dicitur indivisibile aliud quod non habet partem et partem. aliud quod non habet partem et partem nec componitur alii. et tamen tamen potest componi aliquid quod non est ipsum. et sic intelligentia dicitur indivisibilis. Quarto modo dicitur indivisibile aliquid quia et si dividi possit non tamen in alia que non sint eiusdem nature. et hoc modo obiecta dicuntur simplicia sive indivisibilia. Quinto modo dicitur aliquid indivisibile quia tamen uno modo generatur et modo si fiat additio vel subtractio cedit in contrarium et sic bonum dicitur indivisibile. et per oppositum malum divisibile quibus enim subiectam circumstantiarum que generant ad generationem mali generatur malum omnis autem simul generant ad generationem boni. et sic patet quomodo bonum dicitur indivisibile et quomodo malum divisibile. ¶ Ad aliud dic quod sine dubio essentia prima est infinita. sic et potentia eius. quia incomprehensibilis et immensa. et propter hoc non est in uno loco ita quod non in alio. si enim esset sic in uno loco quod non in alio simul et semel non esset incomprehensibilis. sic angelus vel anima. dic ergo quod ad ostendendum essentiam non sufficit dicere quod sit hoc. et non illud. sed ultra oportet addere scilicet quod cum est hic non est ibi. et hic amittebatur. et si adderetur finita esset. et in peccabat secundum quid. ¶ Octavo sic. unum contrariorum non est ad alterum. bonum et malum sunt contraria. ergo malum non est ad bonum. sed bonum et finis idem. ergo malum non est ad finem sive finem non habet. ¶ Item dicit dionisius de divinis nominibus malum est preter finem et intentionem. ergo non habet finem. sed quod est infinitum finem non habet. malum est infinitum ergo non habet finem. ¶ Item dicitur malum est privatio modi speciei et ordinis. sed finis solum est in ordine ergo est privatio finis. contra dicit dionisius de divinis omnium malorum principium et finis bonum sit. ergo malum habet bonum pro fine. ¶ Item voluntas semper agit propter finem. sed mali principium sive causa est voluntas. ergo finem habebit malum in suo exitu intendit. ¶ Respondeo quod bonum potest finis esse simpliciter. sed secundum intentionem operantis. unde dicitur quod malum per se loquendo finem non habet. sed potest prestare finem. tamen in intentione operantis semper habet finem. sed aliud quod sic est finis est in intentione. potest esse non finis. ¶ Ad aliud dic. quod malum exit a voluntate. sed in ordinata et ideo simpliciter finem non habet. sed deficit a fine. voluntas enim ordinata agit propter finem simpliciter. sed voluntas inordinata non. ¶ De nono sic. illud ad quod unumquodque natum est illud

facile esset operari. et eius contrarium difficile sed ad bonum nata est unaquaque creatura. et maxime rationalis ergo bonum facile est operari rationali creature sive homini et eius contrarium difficile. ¶ Et dicit supra quod natura non assuescit ad contrarium ex quo in ea si homo natus est ad bonum quod non possit assuescere ad malum. ex hoc ulterius videtur. quod sic homo non indiget arte ad videndum sive ad ridendum quia hec insunt a natura sic nec ad bonum cum boni appetitus sit a natura. ¶ Respondeo quod de natura humana est loqui dupliciter aut de ipsa inquantum est natura sive secundum suam primam institutionem et sic semper intendit bonum et ideo bonum est et cum difficultate ad contrarium operatur. aut de ipsa inquantum est corrupta et ipsa ratione communius difficile bonum operatur et malum facile. et sic loquitur hic auctor. quia facilitas et difficultas operandi bonum et malum attenduntur non solum ex parte nostra. sed ex parte boni et mali operabilis et quia bonum unico modo est operabile. malum non pluribus modis contra. et sic natura humana esset perfecte ad bonum tamen ex parte operabilis malum facilius est operabile quam bonum unde sic vel primo modo patet contradictio. et per hoc patet solutio. Ad aliud dic. quod appetitus boni naturalis est. et ad hoc non indigemus arte. vel doctrina. tamen operatio ad ipsum voluntaria est. ad quam notitiam in operando necessaria est doctrina. ¶ De decimo sic. cum unius rei sit diffinitio una male ponit hic diversas virtutis diffinitiones. ¶ Item in vii. phisicorum diffinitur virtus sic. virtus est dispositio perfecti ad optimum. unde male ponit predicte diffinitiones vel quomodo hec differat a predictis. ¶ Item in libro celi et mundi sic. virtus est ultimum potentie de re. scilicet queritur per quam habeatur diffinitio quam hic ponit. videlicet hic voluntarius in medio consistens quo ad nos determinata ratione et ut sapiens determinabit non enim hec omnia haberi in hac parte propter hoc est quia quomodo per predicta habeatur. ¶ Item hec duo unum idem determinata ratione et ut sapiens determinabit unde alterum superfluit. ¶ Item dic quod hec ultima diffinitio est virtutis in quantum est medietas procedens non est ei in quantum est extremitas. et queritur quid hoc sit dictum et quomodo differat virtus ut est medietas a se ipsa ut est extremitas. ¶ Ad primum istorum dicendum quod tres predicte diffinitiones sunt virtutis prout comparatur se habet ad virtutem naturalem et consuetudinalem sive moralem. hec autem de qua hic potest ipsa est consuetudinalis ut dicitur in littera unde non sunt eiusdem diffinitio hec et precedens. ¶ Item virtus sic communiter sumpta ad naturalem et moralem potest considerari per comparationem ad potentiam in qua fit. et sic hec diffinitio virtutis est ultimum potentie de re. vel comparationem ad finem. et sic hec virtus est dispositio perfecti ad optimum vel per comparationem ad utrumque. et sic hec virtus est habitus qui bonum facit habentem et opus eius bonum reddit. ¶ Ad aliud dic. quod ex precedenti lectione habetur quod virtus est habitus. scilicet ex eo quod dicitur est in principio huius libri quod est [n]on a natura sed ab assuetudine habetur quia est habitus voluntarius.

¶ Item ex eo quod dicebatur in precedenti lectione quod virtutes sunt voluntates vel non sunt sine voluntate. Reliqua vero quomodo per presentem lectionem habeatur iam est. ¶ Ad aliud dicendum quod virtus est medietas duarum maliciarum secundum proportionem ad nos. in quantum ergo illa medietas respicit duas malicias a quibus separatur dicitur hic dicta per ut sapiens determinabit. ¶ Ad aliud dicendum quod virtus secundum suum esse potest dici extremitas per rationem sui sed medietas vel dico quod per comparationem ad subiectum quod est ea denominatur et dicitur bonum extremitas per comparationem non ad operationes ex quibus fit per comparationem a superfluo et diminuto dicitur medietas.

¶ Non autem suscipit et cetera.

Sicut supra ostensum est virtus consistit in medietate quo ad nos et illa medietas ut predictum est circa operationes et passiones et ideo ex hoc posset aliud induci quod circa omnes operationes posset esse virtus sive medietas quo ad nos et hoc non est verum. propter hoc in hac parte aristotiles intendit ostendere quod non circa omnes passiones vel operationes est medietas dicens quod sunt operationes et passiones que medium habere non possunt. Sed ex opposito videtur quod sunt operationes et passiones que habent. Sed hoc non specialiter. Sed ulterius dicitur quod non sufficit sic universaliter dicere. et ideo specialiter dicitur que sunt operationes et passiones que habent medium. et hoc dicit secundo ibi. Unde prima pars est de presenti lectione et dividitur in quatuor. in prima dicit quod non omnis operatio neque omnis passio suscipit medium. secundo dicit aliud. quare quedam ponit exempla de operationibus et passionibus que medium non habent. ubi. ergo. Quarto probat hoc per rationes. circa. tertio pars dividitur in duas. primo exemplificat de passionibus secundo de operationibus. et in operationibus. pars quarta dividitur in v. partes propter v. rationes. quarum prima incipit ubi dicit omnia. cum. secunda ibi sed non super. tertia ibi. Similiter ergo. quarta ibi. quemadmodum autem. Quinta ibi. ulterius. ¶ Ad primum ergo sic procedit dicens. in dictum est quod virtus est habitus voluntarius consistens in medietate quo ad nos. et quod illa medietas est circa operationes et passiones. autem. sed non omnis operatio neque omnis passio habet medium. sub. et ideo neque virtus potest esse circa omnem operationem vel passionem. Consequenter ponit causam sive probat. quod non omnis operatio coniuncta est cum malo. habet medium. sed quedam operationes et passiones sunt huiusmodi ergo quedam operationes et passiones sunt que non habent medium. et illud dicitur mox nominatum coniunctum malo. quod in suo nomine dicit ad malum per intellectum constitutionem deformitatis super additum substantie operationis vel passionis. Deinde exemplificat de passionibus que non habent medium et que mox nominate coniuncte sunt cum malo dicens. ut sicut patet in gaudio malorum. et sicut patet in inverecundia. et sicut patet in invidia. Deinde exemplificat de operationibus dicens. quod similiter furtum et adulterium hec operationes non habent medium. Sed mox nominate coniuncte sunt cum malo. Consequenter ponit rationem primam ad ostendendum. quod circa predicta non sit medium.

sive virtus que talis est. nulla que secundum se ipsa dicuntur esse mala possunt habere medium. sed omnia predicta. scilicet predicte passiones et operationes et similia eis sunt huiusmodi. ergo neque predicte passiones neque operationes neque eis similia possunt habere medium. Deinde dicit secundam rationem que talis est. quorumcumque non sunt superfluitates et defectus illa non possunt habere medium. sed predictorum non sunt superfluitates et defectus. ergo eorum non potest esse medium et hoc manifestat quod circa predicta non possit esse medium. ergo circa predicta numquam est. digerere. id est recte operari. sed semper peccare id est quecumque predicta operantur peccant. et quod semper sit peccare circa predicta probat. quia circa hec numquam est bonum vel non bonum. id est indifferens et hoc adulterando ut oportet vel quando vel quo oportet sed simpliciter facere unumquodque predictorum peccatum est. Deinde dat tertiam rationem que talis est. Similiter se habent in iniusta facere timere et intemperare id est superfluitatis defectus et medietatis sicut et predicta. Sed horum non est superfluitas deficientia et medietas quod probat ducendo ad inconveniens quod est quia sic superfluitatis et deficientie esset medietas. et superfluitatis superfluitas. et indigentia indigentie. ergo similiter neque predictorum est medietas. ¶ Consequenter dat quartam rationem que talis est. Similiter se habent castitas et fortitudo id est superfluitatis et indigentie que sunt extrema. et predicta id est medii. ergo sicut castitatis et fortitudinis non sunt superfluitas et indigentia Sic neque predictorum est medietas. ¶ Consequenter dat quintam que talis est. nullius superfluitatis et indigentie est medietas. sicut medietatis non est superfluitas et indigentia. Sed predicta sunt superfluitates et indigentie. ergo predictorum non est medietas sicut tractatur simpliciter littera facta est. et ideo non est vis de ea. ¶ Circa partem istam queritur. utrum omnis operatio et passio habeant medium sive sit bona. Secundo de passionibus de quibus exemplificat. Tertio de operationibus. Quarto de rationibus per quas ostendit propositum. ¶ De primo sic. sic dictum est prius supra in omni continuo et discreto est ponere hoc quidem plus illud vero minus. et illud equale. et equale ibi appellatur medium ex quo arguitur cum simile sit in operationibus et passionibus quia similiter accipit illud ut simile est in operationibus et passionibus in omni passione et operatione similiter est medium. Si dicat quod verum est in omni passione et operatione potest esse medium rei. sed non est quod medium quo ad nos de quo hic loquitur contra cum operatio nunc semper habeat medium secundum naturam. similiter operatio et passio respicientes voluntatem sive rationem debent habere medium in voluntate sive in ratione tale autem medium est quo ad nos. ¶ Item in principio precedentis libri dictum est quod omnis doctrina et ars et operatio et electio est operativa boni. Sed quod operativa bonum medium habet vel in medietate fit ergo quelibet operatio potest esse in mediate. ¶ Item operatio et passio id quod est natura est. Sed omnis natura bona. ergo et omnis passio et operatio vel ergo medium vel in mediate consistunt. ¶ Item si omne bonum et unum convertuntur. Sequitur quod quicquid est ipsum sit bonum Sed omnis operatio et passio dicitur quod est. ergo quod est bonum. preterea arguo sic

quicquid est ca.

quicquid est causa cause est causa causati. Sed operationis causa est voluntas. prima autem causa est causa voluntatis. ergo prima causa causa est operationis. Sed non est causa nisi boni. ex quo videtur quod omnis operatio sit bona. sic potest ostendi et de operatione mala. quod si voluntas causa est male operationis. et prima causa est causa voluntatis. ergo et male operationis. ergo si non est causa nisi boni. mala operatio est bona. ¶ Ad primum dicendum. quod in omni operatione et passione potest esse medium. Sed duplex est medium. Rei. et quo ad nos. et medium rei. potest ibi esse. Sed non semper oportet quod est vel possit ibi esse medium quo ad nos et hoc est quia potest nominari operatio vel passio sub condicione vel circumstantia abstrahente ipsam a ratione medii et ponente in uno extremi et sic est in proposito sicut patet et de invidia que est tristicia. in apparenti prosperitate alicuius inimici. et hoc magis patebit postea. nec simile de operatione procedente a natura et voluntate natura enim nichil facit frustra neque deficit in necessariis. sed voluntas multociens. et ideo propter libertatem arbitrii et flexibilitatem eius ad opposita. et ideo non est simile ¶ Ad alia duo dicendum. quod possumus loqui de substantia passionis et operationis et sic dicitur ens et natura. et sic bonum operatur semper. Vel potest loqui de ipsis in quantum cum substantie claudunt in se aliquam circumstantiam deformantem et hoc modo loquitur hic de passione et operatione et hoc modo non semper habent medium. ¶ Ad aliud dicendum quod est operatio bona. et est operatio mala. et operatio bona procedit a voluntate ut recta est et ordinata et quia rectitudinem et ordinationem non habet a se. sed a prima causa. ideo quod bene operatur habet a se. sed a prima causa. et ideo de omni bona operatione dicendum quod ratio vel voluntas causa est eius quod causa prima quia causatur ab ea. causa est illius bone operationis. Sed male operationis causa est voluntas per inordinationem suam. quam habet ex se. et quia ex nichilo est non in quantum effectus prime cause et ideo non est dicendum quod illius prime operationis causa sit prima causa. licet sit causa voluntatis que est causa illius. quia non secundum quod est causa illius procedit. ¶ Circa secundum sic. dicit quod gaudium malorum non potest habere medium. et ideo videtur quod simpliciter sit malum sive per se. sed quod gaudium malorum explicite potest intelligi uno modo dicitur gaudium malorum de malo malorum alio modo de bono malorum. Tertio modo de malo bonorum. hiis tribus modis potest dici gaudium. Sed quod nullo istorum modorum sit malum secundum se videtur. quod primo modo non. ostenditur sic enim dicit aristoteles. hiis duo similiter sunt eligenda. amicis bene. inimicis male. Unde dicit quod virtus est et boni moris qualiter. Similiter eiusdem moris sunt gaudere de bono bonorum. et gaudere de malo malorum. Sed gaudere de bono bonorum bonum. ergo gaudere de malo malorum erit bonum. ¶ Item sicut iustum est bonos remunerari sic iustum est malos puniri. Sed gaudere de bono vel iusto bonum est. ergo gaudere de malo malorum est bonum. ¶ Item multi mali per mala que eis accidunt corriguntur et resipiscunt. ergo sicut est gaudere de correctione malorum sic et bonum erit aliquando gaudere de malo eorum. Similiter sub alio sensu videtur posse habere medium. scilicet secundum quod gaudium malorum dicitur gaudium de bono malorum. omnis enim rationalis creatura creata est ad hoc ut bonum percipiat. sed

constat quod gaudere de adeptione eius ad quod creatura creata est non est malum sed potius bonum. ergo gaudere de bono malorum cum propter bonum creati sunt potest esse bonum. ¶ Item nonne multociens mali per bona que eis accidunt corriguntur ut prodigi filii animarum per blanditias et non semper per flagella. Similiter tertio modo videtur gaudium malorum dicitur gaudium de malo bonorum. sicut enim patet boni aliquociens ex malo meriti fiunt meliores. unde petrus profuit negare christum quia humilior factus fuit postea et melior. Similiter pene sive mala que boni sustinent faciunt eos cognoscere fragilitatem et miseriam suam et in hoc cavent sibi a superbia. unde videtur quod sic multociens mala cedant bonis quare gaudere de malis bonorum erit bonum aliquando. ¶ Respondeo ad ea que queruntur de prima expositione. quoniam duplex est malum. scilicet culpe et pene. culpe quod maculat animam. et a quo dicitur mala. pene quod purgat. primum simpliciter detestabile est et simpliciter gaudium de illo est malum. et de illo loquitur. Sed malum pene quod dicitur iustum est bonum. et gaudium de illo uno modo potest esse bonum. alio modo non. si enim consideretur malum pene et nocumentum sub hoc modo gaudium de illo malum est. si autem in quantum purgat iniuriam. et satis facit pro eo. sic gaudium de illo bonum. unde dico quod propositus vel rex gaudeat de pena latronis ut nociva est et corruptiva. latronis peccat. si autem gaudeat de pena eius quia per hoc liberatur res publica ut supra hoc potest explicari iustitia eius merito. sic licet ei gaudere de pena eius et merito. et sic patet solutio eorum que de prima expositione querebantur. ¶ Ad ea que querebantur de secunda expositione potest dici quod illa expositio non est generalis neque sub illo sensu accipitur hic gaudium malorum. tamen si vellemus sustinere. possumus dicere quod de malis est loqui dupliciter vel in quantum sunt et sic debemus de bonis illorum. vel in quantum sunt mali. et tunc bonum eorum in quantum sunt tales est simpliciter malum. et tunc gaudere de bono malorum nichil aliud est quam gaudere de malo simpliciter. et sic etiam gaudium de bono malorum malum est ¶ Ad obiectum dicendum quod malum in quantum sunt nati creati sunt ad hoc ut percipiant bonum. sed non in quantum mali et hoc est quia in quantum mali non retinent ordinem sed ad ulterius sunt ab ordine. ¶ Ad aliud dicendum. quod mali in quantum sunt correctionem non accipiunt quia hoc non communiter est. et ideo nichil est gaudere de bono eorum ut qui per hoc corriguntur. ¶ Ad aliud quod queritur de tertia expositione dicendum quod gaudium de malo bonorum. sive sit malum culpe sive pene. in quantum dico boni sunt numquam potest esse beneficium. ¶ Ad aliud quod obicitur quod immo quia per hoc fiunt meliores dicendum. quod hic per si accipiatur causaliter falsum est. numquam enim malum causa est. augmenti ipsius boni. sed si accipiatur occasionaliter sic potest esse verum. Sed non est semper gaudendum de omni occasione boni. vel dicendum. quod bonum minus respectu maioris boni. est quasi non bonum. et ideo si sit gaudendum de malo aliorum boni. quia per hoc fit melius illud gaudium non est eius inquantum bonum Sed in quantum minus bonum. vel quasi non bonum et ideo ad hoc non respondet. Sciendum quod principes quid accipiuntur iste tres passiones aut secundum triplicem vim anime secundum concupiscibilem gaudium malorum Secundum irascibilem in verecundia secundum rationalem in invidia. invidia enim non est nisi secundum quod aliquis comparat se alicui per

credit esse maiorem se vel furtum maiorem secundum illud iob parvulum occidit invidia. ¶ Secundo sic. dicit quod adulterari sive adulterium simpliciter malum. nec potest bene fieri. contra. omnis actus qui licite potest exerceri ab alio simpliciter potest exerceri ab aliquo alio illud patet in dando sicut enim aliquis potest licite comedere vel bibere vel aliquod tale facere. sic et quilibet alius. sed ergo iste potest licite cognoscere hanc mulierem quod similiter quilibet alius sit licitum sed constat quod alius cognoscendo eam adulteratur ergo adulterium potest esse licitum. ¶ Item sicut contingit cognoscere non suam et sic adulterium facere. sic contingit videre non suam et audire non suam. et sicut isti actus sunt naturales sic iste actus. ergo sicut hec addicio non suam respectu actus videndi vel audiendi deformitatem non facit. sic nec respectu actus cognoscendi. sed adulterium nichil aliud est quam cognitio mulieris non sue. ergo adulterium non erit simpliciter malum sive secundum se. Item dicit quod furtum est malum per se. contra. tempus necessitatis licitum est contrectare rem alterius. et ille cuius est nolit sed hoc est furtum. ergo tempore necessitatis furtum est bonum. ergo non est malum simpliciter. Item extra necessitatis tempus licet contrectare rem alienam volente domino. ergo tempus necessitatis licitum est contrectare rem alienam domino volente. ergo furtum non est secundum se malum. ¶ Item dicit quod homicidium est malum secundum se. contra. bonum est ut malefacta remaneant impunita. sed puniantur pena debita ergo si malefactor hic meretur puniri pena occisionis est bonum hunc occidere. ergo homicidium non est malum simpliciter sive per se. Item sententia est species iusticie. ergo quod ex sententia geritur iustum est. sed ex sententia est ut iste homicida occidatur vel aliquod malum aliud tale faciens. ergo hunc occidere est iustum. ergo bonum est homicidium. Item quomodo differunt hec tria et priora quid accipiuntur. ¶ Dicendum ad primum quod adulterium simpliciter malum et a nullo licite potest exerceri. ad primo obiectum dicendum quod bene verum est. quod actus qui licite exercetur ab uno licite potest exerceri a quolibet alio. sed adulterium nec ab uno nec ab alio licite potest exerceri. quia adulterium non nominat actum sed actum deformatum sive cum circumstantia. quia si dicatur iste cognoscendo hanc non peccat propter hoc quod proponitur hanc demonstratam uxor sive mulier sua. et dico quod si similiter demonstrata mulier sua respectu alterius sive alius licitum est. sed eadem demonstrata respectu alterius demonstratur non sua. et ideo alius non est licitum propter eandem [illegible] propter sua. similiter si demonstratur licitum est. ¶ Ad aliud dicendum. quod ex actu videndi vel audiendi [illegible] super non sua nulli fit iniuria. sic fit ex actu cognoscendi et hoc est quia sive mulieris non apparet mulierem respectu actus videndi. sic respectu actus cognoscendi. et ideo illud non fuit sic inventum vel non est simile. ¶ Ad aliud dico. quod tempore necessitatis res efficiuntur communes. et ad me transfertur si necesse in [illegible] et ideo contrectando eam non contrecto rem alienam sed propriam. ¶ Ad aliud dico. quod cum contrecto rem alterius volente eo cuius est. iam non contrecto rem alienam. sed meam. quia voluntas domini fecit eam meam. Similiter cum rem alterius

contrecto nolente domino tempore necessitatis iam non contrecto rem alterius. quia necessitas iam fecit eam meam. ¶ Ad aliud dico. quod homicidium simpliciter malum est. sed intelligendum quod non dicitur simpliciter homicida qui occidat solum. sed quia habet intentionem occidendi. Unde dico quod si iudex occidat hunc hominem intendens eum occidere quod in hoc sistat peccat similiter si intendat eum punire et sistat in tormento in eius [illegible] sed si ipse insistit ad faciendum iusticiam recto iudicio hunc occidat. intendens non occidere sed iusticiam exercere propter hoc rei publice succurrere et hoc sit propter principaliter intendit bonum hoc. et per hoc patet solutio contra quod est hoc quod erat. ¶ Ad aliud dico. quod peccatum est actus inordinatus procedens ab anima. aut ergo secundum partem concupiscibilem et sic adulterium. aut secundum irascibilem et sic homicidium. aut secundum rationalem et sic furtum. furtum enim deliberationem quandam exigit in sua actione. vel dico. quod omne peccatum procedit ex inordinata concupiscentia. omnis autem concupiscentia inordinata aut est carnis. et sic est adulterium aut oculorum et sic furtum. aut est concupiscentia superbie vite et sic homicidium frequentissime enim fit homicidium quia unus alteri intendit preeminere. ¶ De quarto sic. dicit auctor quod horum non sunt superfluitates et defectus contra. superfluitatum et deficientiarum sunt superfluitates et deficientie. sed hec sunt de numero et deficientiarum superfluum. hoc dicitur infinitus. ergo horum sunt superfluitates et deficientie. ¶ Item dicit auctor quod circa hoc nichil est bonum vel non bonum. contra. dixit auctor supra quod hec mox nominata sunt coniuncta cum malo. ergo circa hoc est malum. ergo non bonum. ¶ Item bonum et non bonum opponuntur ut affirmatio et negatio. sed affirmatio vel negatio semper vera sunt de quolibet ergo semper circa hoc est bonum vel non bonum. ¶ Item habet hic pro inconveniente. quod superfluitatis et indigentie sit medietas. contra. supra dixit quod virtus est medietas duarum maliciarum. scilicet superfluitatis et deficientie. ergo superfluitatis et deficientie potest esse medietas. similiter potest queri super hoc quod dicit quod castitatis et fortitudinis non est superfluitas et defectus extrema cum ipse debent esse medietates. Unde [illegible] vel dico. ¶ Ad primum dicendum quod superfluitatum et deficientiarum sunt superfluitates et deficientie. si genitivi illi construantur primitive et sic [illegible] de numero superfluitatum et deficientiarum sunt superfluitates et deficientie. sed si construantur possessive sive in ratione cause materialis vel subiecti sic non est simile. et sic loquitur hic. ¶ Ad alia duo dico. quod non bonum potest accipi ut contrarium bono et sic semper circa hec est bonum vel non bonum. quia malum circa hoc est bonum vel non bonum. sed potest accipi ut privatio. ut non bonum. ut amplius dicatur quam indifferens. et sic circa hoc nunquam est bonum vel non bonum. id est indifferens. immo semper ¶ Ad aliud dico. quod auctor habet pro inconveniente quod superfluitatis et deficientie sit medietas ut circa que sunt ut subiecti hec quod circa hec sive horum ut in ratione extremorum sic medietas hec non habet pro inconvenienti. Similiter dic ad aliud quod fortitudinis et castitatis non est superfluitas et deficientia ut subiectorum. sed horum sunt hec sicut extrema mediorum.

¶ Oportet autem superius et cetera.

Docuit auctor que sunt operationes et passiones que non habent medium et per hoc a contrario habetur que sunt ille que habent medium. sed hoc non in propria ratione. sed in universali ideo auctor in parte ista dicit quod non sufficit hoc cognoscere in universali sed oportet determinare in speciali. et reddit causam huius. et hoc facit in prima parte huius lectionis. In secunda parte determinat auctor circa quas passiones et operationes consistat medietas et hoc in speciali. ibi. circa timores. et ibi primo determinat circa quas operationes secundo circa quas passiones. ibi. sunt autem. prima pars habet duas partes. primo respectu operationum que magis sunt exteriores sive ad alterum secundo respectu operationum que magis sunt interiores sive magis sunt absolute et non ad alterum. ibi. sunt autem. prima pars cum reliqua cum precedenti est de presenti lectione. sed hec presens lectio habet duas partes in prima dicit quod non sufficit dicere in universali quod operationes et passiones habent medium. secundo determinat specialiter que habent medium et hoc per comparationem ad operationes magis exteriores sive que magis sunt respectu alterius ibi. circa timores. prima continet duas partes. in prima dicit quod non sufficit sic determinare in universali que operationes habent medium et reddit causam huius dicens. circa operationes enim. secundo dicit quod hoc concordatum suscipiendum est in specialibus operationibus oportet autem concordari. et prima habet duas quia primo dicit quod non sufficit sic dicere in universali. secundo ponit causam huius circa operationes. pars secunda principalis dividitur. quia primo determinat medietatem et extremitates tendentes circa operationes partis irascibilis. secundo concupiscibilis circa delectationes. tertio rationalis circa dationem. et hec pars tertia dividitur. quia duplex est actus partis rationalis unius respectu alterius sive ab aliquo ad alterum et hic in dando accipiendo unius ab alio ad se et hic est appetendo. primo ergo determinat auctor medietatem circa actum dandi et accipiendi. secundo circa actum appetendi. circa autem. prima habet tres primo determinat medietatem et extremitates circa actum dandi respectu personarum parvarum. secundo respectu magnarum circa autem. tertio comparat hec media ad invicem et per hec extrema. ibi. magnificus. pars sequens in qua determinat media et extremitates circa actum appetendi dividitur quia primo determinat medietatem et extremitates circa actum appetendi. ut est respectu magnorum honorum. secundo comparat hoc et dicit quod similiter sicut actus dandi potest esse circa magnas et parvas pecunias. sic et actus appetendi potest esse circa parvos et magnos honores quemadmodum enim determinat medietatem et extremitates circa parvos honores dicitur. Ad primum ergo sic procedit dicens quod oportet illud. scilicet que operationes et passiones habent medium quod dictum est quodammodo et universaliter in dictis que sunt que non habent. deinde dicit sed oportet hoc aptare. id est apte determinare in singularibus. id est circa singulas operationes et passiones et intelligatur illud de singularitate operationum et passionum non numero sed specie. vel de singularitate earum non secundum se sed per comparationem ad singulas virtutes. anime ut sunt concupiscibilis. irascibilis et rationalis. deinde reddit causam huius dicens. hoc est faciendum. quia sermones illi circa operationes universales sunt. id est [illegible] sive certitudinem non habent sed particulares sunt meliores. id est certiores quod probat dicens.

quia operationes sunt circa singularia deinde dicit auctor quod oportet concordari. id est concordatum manifestare et determinare illud scilicet et suscipere hoc ex descriptione. id est ex hac apta manifestatione in specialibus operationibus et passionibus circa partem secundam principalem sic procedit dicens. quod circa timores et audacias. que sunt extremitates respectu fortitudinis est medietas. scilicet fortitudo deinde dicit quod ille qui superhabundat in timore non habet nomen sed qui superhabundat in audendo. ille habet nomen et dicitur audax deinde imponit nomen superhabundanti in timiditate et dicit quod talis dicatur timidus. deinde determinat medietatem circa operationes procedentes a concupiscibili. et hoc est quo ad tactum non quo ad gustum et dicit quod circa delectationes et tristicias non omnes inveniuntur supple male se habentes. et tamen minus male se habent circa tristicias quam circa delectationes quia plures peccant ex appetitu delectabilis in quo est tristicia quam ex fuga et odio eius in quo tristicia. deinde dicit quod medietas circa hec est castitas. et quod superfluitas est incontinentia. et dicit quia pauci sunt qui deficiant circa delectationes. ideo philosophi talibus nomen non imposuerunt sed auctor nomen imponit et dicit. quod tales sunt. id est nominantur vel dicuntur insensibiles. Deinde determinat medietates circa actum dandi et accipiendi. primo respectu pecuniarum parvarum dicens. quod circa dationem et acceptionem pecuniarum supple parvarum medietas est. scilicet liberalitas. deinde dicit quod ibi est superhabundantia et defectus. scilicet prodigalitas et illiberalitas. et dicit quod ista contrarie. id est modo contrario vel respectu actuum contrariorum superhabundant. scilicet respectu actus dandi et actus recipiendi. quod probat quia prodigus in emissione. id est in datione superhabundat. sed in acceptione ab alia deficit quia ab aliis non vult recipere. sed econtra. illiberalis superhabundat in acceptione quia a quolibet vult accipere. sed in emissione. id est in datione deficit. deinde dicit quod sufficiat ad presens quod dictum est et non similiter. quod notatur per hoc quod dicit. in typo et breviter quod notatur per hoc quod dicit. in capitulo brevi. et dicit quod de hoc postea certius determinabitur. deinde dicit quod circa pecunias. scilicet maiores sunt alie potestates. scilicet alia medietas et alie extremitates et dicit quod medietas circa magnas pecunias dicitur magnificentia et dicit quod magnificus differt a liberali quia magnificus est qui medio neque se habet in dando et accipiendo. circa magna et parva [illegible] ad effectum deinde ad effectum. ita pirocalia. dicitur ab a quod est sine et pir quod est ignis et calo quod est bonum. igne vel amore boni. banausia vero dicitur avaro et usia quasi aliis superfluus facit pecuniam bene debet sustentari vario sic indifferenter omnibus dando. deinde dicit quod defectus appellatur in [illegible]. et dicitur a micros quod est minor et pono pois quod est fingo. gis. quia tales multum et avari in [illegible] fingunt se minores et minus habundantes quam sint et dicitur quod hec extremitates differunt ab aliis que sunt circa liberalitatem. et quomodo differunt dicetur postea scilicet cum determinabit de iusticia. actus enim dandi et accipiendi possunt habere iusticiam et potest aliquis esse iustus vel iniustus in accipiendo sicut postea dicetur. deinde determinat medietates que attenduntur

circa appetitum et fugam honoris. et primo medietatem et extremitates circa magnorum honorum. Secundo paruorum. dicit ergo quod circa honorem. supple magnum. et in honorem. id est circa appetitum et fugam magni honoris. medietas est magnanimitas et dicit quod superhabundantia quod idem est quod ascensio. Deinde dicit quod defectus dicitur pusillanimitas et dicitur pusillanimitas a pusillo et animo. Deinde dicit quod sicut dictum est liberalitatem se habere ad magnificentiam liberalitatem dico differentem a magnificentia. supple quia circa parua est et magnificentia circa magna. sic id est eodem modo se habet circa magnanimitatem que magnanimitas est extendens se supra medio. Alio modo circa magnum honorem. ad eam id est ad aliam medietatem. existentem id est que existit circa paruum honorem quia dicit quod sicut circa pecunias est duplex medietas quarum una est circa paruas pecunias alia circa magnas et per hoc differunt una ab altera. sic circa honorem est duplex medietas una circa magnum honorem. alia circa paruum et per hoc differunt una ab alia. et quod ita sit probat. quia magis contingit desiderare honorem supple paruum et magnum. ut oportet. in quo attenditur medietas. et magis. id est quam oportet in quo superfluitas et minus quam oportet in quo defectus. Deinde determinat superfluitatem circa appetitum parui honoris dicens. quod superfluitas sit. quia superhabundat desiderijs. id est qui superflue desiderat istos honores paruos. dicitur philotimus a philos quod est amor et thymos quod est flos. quasi superflue amans paruos honores qui flores dicuntur propter instabilitatem et mutabilitatem et ideo quod iste honor maxime attenditur circa famam magis que nichil secundum illud quid est hodie hoc cras auffertur. Deinde dicit quod ille qui deficit dicitur aphilotimus. ab a quod est sine et philos amor et timos flos quasi sine amore floris vel honoris. Deinde dicit quod medius non nominatus est. et similiter dispositiones sunt innominate et appellat dispositiones quasi in abstracto per dicta sive medietas sive extremitates. nisi quod dicit innominate sunt dispositiones nisi in tantum quod dispositio philotimi per similitudinem ad concretum dicitur philotimia. et dicit auctor quod circa hec extrema litigant. de mediatione id est de medio et dicit unusquisque extremorum se habere medium. unde nos quandoque dicimus quod philotimus qui tamen superfluus est est medius. et aliquando ad philotimum qui est deficiens vocamus medium. et dicit quod postea dicetur propter quid tamen hoc contingat. ¶ Circa primam partem primo queritur de hoc quod dicit quod oportet determinare de medietatibus operationum non in universali sed singulariter aperire et manifestare. Secundo propter quid incipit a fortitudine que est medietas consistens circa operationes partis irascibilis. Tertio utrum fortitudo possit esse medietas vel non diuise. Quarto de medio quando determinat circa partem concupiscibilem sive circa eius operationes. Quinto de extremitatibus eius. Sexto de liberalitate et magnificentia utrum sint una medietas vel diuise et super hoc quod videtur innuere quod sit pertinere possit ad iusticiam. et dicit quod de hijs dicetur in tractatu de iusticia. Septimo super hoc quod videtur pertinere magnum et paruum honorem circa ea que appetuntur et dantur. et propter quid primo determinat medietatem in appetendo et

fugiendo honorem magnorum in dando vero primo determinat medietatem circa pecuniarum. ¶ Circa primum sic. dicit auctor quod oportet illud determinare in singularibus operationibus et non in universali quia ille operationes que habent medium contingunt circa particularia et operationes particulares sunt et finite. ergo si infinita non cadunt sub arte neque sub narratione ut dictum est. ubi hoc in singulis sint infinita. ergo non est determinandum. preterea supra dixit auctor quod sermo de singularibus certitudinem non habet. ergo secundum hoc per scientiam in singularibus certitudinem non potest habere. postea in singularibus operationibus non est medium determinare. Sed in ipsis non descendendo ad singulares operationes. sicut patet in littera. quia nichil videtur dicere ¶ Ad hoc dicendum. quod singulare dicitur quod est unum numero. sed unum numero potest dici dupliciter. vel numero concretum et sic homo dicitur unum numero. secundum quod aliquis dicit ipsum athomum specie. et tale singulare potest considerari secundum artem. neque singularia hic sunt infinita et ad hec singularia. dicit hic descendendum esse est alio modo descendere singulare quod est unum numero sicut supponitur vel mundus et hoc modo singularia infinita sunt et ad singularia hoc modo non est descendendum secundum artem vel [...]. quod autem sic se habeant res patet in scientia et per hoc patet solutio obiecti. vel posset dici quod consideratio communis duplex est. una per universalem acceptionem per abstractionem et per compositionem ad singularia et hoc modo primo universalis circa virtutem maior esset et intensius. Alio modo per universale dicitur in ratione ad particularia et hoc modo considerat in universali et sic dicendo et considerando in universali applicat considerare in singularibus sicut in singularibus. consideratio enim rei in universali per universale comparata ad singularia est quodammodo consideratio rei in particulari ¶ De secundo sic dicit Macrobius quod prudentia est auriga virtutum. quia ad illas virtutes se habet ut regens et dirigens. et secundum hoc aliis prior. quia de medio que est circa operationes ipsius esset determinandum. ¶ Item prudentia est per se partis rationalis sed post. fortitudo non per se irascibilis sed prius relate ad rationalem. quia sicut rationalis ponitur ante alias propter nobilitatem et complementum eius. sic prudentia ante fortitudinem. Item concupiscibilis sit generativo circa quam attenditur castitas precedit actum irascibilis. circa quem attenditur fortitudo quia prius de castitate. quam de fortitudine. ¶ Contra moralis philosophus principaliter considerat finem. ergo quod plus accedit ad finem prius est ipso. sed constat quod fortitudo plus accedit ad finem prius est ipsi. sed constat quod fortitudo plus accedit ad finem quam aliqua alia virtus sicut enim dictum fuit supra in libro precedenti. si felicitas insit alicui secundum plures virtutes assignandi est magis secundum optimam. et perfectissimam. virtus autem que est fortitudo est melior et perfectior omni alia sicut patet propter difficultatem maiorem que ipsam concomitatur et quia propter se et immediate ordinatur ad rem publicam. et ad eius conservationem quod quia summum bonum in vita reputabant antiqui. quia patet quod prius de fortitudine quam de aliis agendum est ¶ Preterea humilitas attenditur circa partem irascibilem quo ad actum irascendi. sicut patet in sequenti littera. fortitudo quo ad actum aggrediendi. ergo sicut prius est irasci quam aggredi sic prius de humilitate quam de fortitudine. ¶ Tertio ad finem quam actus regendi alias virtutes. non est actus prius prudentie in quantum est virtus

specialis nec per illum ponitur in specie virtutis. et ideo ratione illius non oportet quod precedens inter virtutes. sed si per illum actum poneretur in specie virtutis bene obiceret. preterea aliter posset dici. scilicet quod virtutes possunt comparari ad potentiam quam perficiunt et tunc primo precedunt et secundum hoc prudentia precedet omnes alias virtutes ratione nobilitatis potentie a qua exit sive per quam accipitur et quam perficit vel possunt comparari ad actus per quos acquiruntur et ex quibus generantur et considerando eos propter prioritatem secundum tempus et tunc quia actus et operationes concupiscibilis precedunt actus et operationes rationalis et irascibilis castitas que est circa illos actus precedet. Tertio modo possunt ordinari secundum quod est media et perfectius ducunt ad finem. ducunt autem in finem ratione boni et perfectiori quanto est. et tanto virtus completior et nobilior. et quanto immediatius ducit ad finem erit prior hoc autem fortitudo maius enim bonum et difficilius est bene se habere circa terribilia in quibus mors quam circa que attenditur fortitudo. quam circa delectationes corporales in quibus attenditur castitas ¶ Item difficilius est et melius bene se habere circa hec. quam circa dationem vel acceptionem pecunie. vel circa appetitum honoris. et ideo fortitudo precedit hic alias. quia secundum hanc viam ordinatur in hac perfecta patet solutio. ¶ Ad ultimum. quamuis esse actus irascendi circa quem attenditur humilitas sit prius tempore. quam actus circa quem attenditur fortitudo et quo ad hoc humilitas prius fortitudine. tamen propter nobilitatem et complementum maior est. et quia plus ordinat finem fortitudo precedit ¶ De tertio sic. una debet esse medietas que determinari habet circa actum unum in specie et diuise. medietates circa actus specie differentes. contra ergo timere et audere sunt actus differentes specie ut quod fortitudo que est medietas circa hos actus non possit esse una medietas secundum speciem. Item dictum est supra. quod qui sufferet praua et gaudet fortis est. ergo secundum hoc fortitudo attenditur circa actum sufferendi. et non circa timere et audere. et si dicas quod circa hunc et contra illos reddit id quod prius. scilicet quod non est una medietas Si dicas quod sufferentia ista est perseuerantia in audendo recto et timendo recto. Similiter sufferentia vel perseuerantia. sequitur in recto se habendo in aliis actibus circa quos sunt alie virtutes. ergo similiter de aliis posset dici ut dicit qui totum sufferet delectationes et tristicias et hoc ipse gaudet castus est. preterea actus perseuerantie est perseuerare et sufferre. ergo cum sit diuisa virtus a fortitudine non perficit neque requiritur ad fortitudinem. ¶ postea quomodo differt hic actus sufferendi ut competit fortitudini ut est actus perseuerantie prius. postea dicit quod qui superhabundat in timiditate non est nominatus. contra. vocatur enim timidus ergo est nominatus. postea superhabundans in timiditate superhabundat in hoc actu ergo sicut audax dicitur superfluus et non deficiens sic est timidus. ¶ Respondendum quoniam audere et timere duobus modis possimus considerari. Uno modo secundum se et sic sunt actus specie differentes non attendi haberet una medietas sic circa illos actus. Alio modo prout referuntur ad actum aggrediendi secundum suppositum in

talem in illis ut timere supponat aggredi vel sustinere terribilia cum defectu audere sic aggredi vel sustinere terribilia superflue. hoc ultimo modo loquitur hic de ipsis. et sic actus isti non sunt specie differentes sed solum secundum intensionem et remissionem que quidem non habent mutare speciem ut dicatur timidus qui minus aggreditur vel timet sustinet. dicatur audax qui magis. ¶ Ad aliud dico. quod frustra esset aggredi nisi esset sustinere. unde ex actu sustinendi perficitur fortitudo in aggrediente. unde addo quod actus et actus sustinendi possunt considerari ut diuisi sunt et secundum se. et sic differunt non habent unius causare ex ipsis vel in quantum actus sustinendi vel sufferendi supponit actum aggrediendi sive prius actus respectu ordinat se ad ipsum sustinere et sic accipiuntur hic et possunt habere unam medietatem diuisionem tamen erit circa hec illa medietas quia circa actum aggrediendi ut in quo inchoatur et circa actum sustinendi vel sufferendi ut in quo perficitur et consummatur. ¶ ad aliud dico. quod sufferentia et sustinentia proprie requiritur et exigitur ubi est difficultas. maior autem difficultas in operibus que inducunt fortitudinem et ideo magis in illarum determinatur sufferentia et ipsa magis dicitur esse circa actum qui est sufferre ¶ ad aliud dico. quod perseuerantia uno modo appellatur virtus bonus delectatur in bono. ex affectu non recedendi a bono sed continue ipsum semper. et sic virtus. Alio modo dicitur perseuerantia affectus non recedendi. sed permanendi in bono tali. et sic non est virtus per se sed manet in omni virtute circa tamen virtute determinatur et assignatur potest quam circa alias ratione predicta ¶ Ad aliud potest dici. quod superhabundans in timiditate in quantum superhabundans non est nominatus. unde timidus non nominat ipsum in ratione superhabundantie vel dico quod illud nomen non ei nisi secundum impositionem quam facit auctor et nominatum quam imponit. unde cum dicit quod innominatus est. hoc refertur ad actum antequam imposuit ei nomen. unde forte autem hoc nomen ei imponit. unde simile est si dicatur iste puer non habet nomen. sed nominatur Emanuel vel aliquid tale ¶ Ad aliud dico. quod timere et audere dicuntur secundum prius et posterius actum aggrediendi. timor autem vel timere est actus aggrediendi defectum dicit. et ideo superhabundantia in timendo est superhabundantia in defectu. sed audere est actus aggrediendi superfluitatem habet. et ideo superhabundantia in audendo simpliciter est superhabundantia. ¶ De quarto sic. circa partem concupiscibilem non solum est medietas castitas immo prima que attenditur secundum medietatem in cibo. et sobrietas secundum medietatem in potu. ergo sicut determinat de medietate que est castitas. sic de aliis duabus. Item hoc videtur quia in quarto ubi determinat de castitate quodammodo determinat de prudentia et sobrietate sicut ibi patet quia et hic similiter. ¶ Item sicut superfluo et diminute se habere circa operationes generatiue sic circa operationes nutritiue. quia talem medietatem et extremitates ei debet determinare. sed constat quod talis pertinet ad partem concupiscibilem quia hic ubi determinat de medietate circa operationem partis concupiscibilis. debet de tali medietate determinare postea est virtus generatiua et nutritiua et augmentatiua sicut ergo determinatur medietas circa partis vel operationum partis vel potentie generatiue sic alia circa augmentatiue. Item sicut circa operationum partis nutritiue sunt due medietates. scilicet prima in cibis et sobrietas

in potu sic virtus generative due medietates et sic castitas non est una medietas secundum speciem. preterea cum circa concupiscentie attendantur castitas, pudicitia et sobrietas. quare primo determinat de castitate quam de aliis duabus. ¶ Ad primum dicendum quod auctor in parte ista non intendit determinare omnes species vel partes virtutum et potentiarum anime, sed illas que maiores sunt et que sunt nobiliores et ad finem magis ordinantur. magis autem est huiusmodi castitas quam pudicitia vel sobrietas. et ideo non oportet quod determinaret de aliis. sed sufficit quod de ista solum et de ista potius quam de aliqua aliarum duarum propter rationem boni et perfecti magis in ea existentem et quia plus ducit in finem propositum. verum non est simile quod postea ostendetur. quare in quarto determinat de castitate (?) quia continentia sub virtute relata ad operationes pertinentes ad partem concupiscibilem simpliciter et ideo ibi determinat de pudicitia (?) et sobrietate. hic autem non vult determinare solum de virtute propter nobilitatem et completionem eius ostendendam. ¶ Ad aliud dicendum quod actus et operatio augmentative per se non est cum delectatione vel tristitia. sed actus generative et nutritive sic se habent. et ideo quia virtus est solum circa operationes que sunt cum delectatione et tristitia potius attenditur utrum sit medietas circa actus generative et nutritive quam circa augmentative. vel aliter potest dici scilicet quod in actibus generative et nutritive ratio obiecti talium vel talium principaliter potest esse voluntas non sic autem in operatione augmentative. ideo magis attenditur virtus et medium circa illa. tamen dico quod circa operationem augmentative vel circa augmentativam potest esse medietas. sed illa magis est medietas rei et non medietas quo ad nos circa quam est virtus. ¶ Ad aliud dicendum quod nutritive non est unum obiectum specie indifferens immo diversa et specie differentia scilicet calidum et siccum ut in cibo, frigidum et humidum ut in potu. et ideo non est una medietas sicut virtus. sed virtutis generative unum est obiectum specie indifferens et ideo medietas una est virtus una specie. ¶ Consequenter (?) sic. dicit auctor quod castitas et extremitates sunt circa eas delectationes et tristitias. sed cum hoc sit commune omni virtuti ut ostensum fuit supra, male dicit hoc de castitate et non de aliis. preterea quod istud potius appropriat castitati et extremitatibus eius quam aliis virtutibus et extremitatibus eius. preterea circa castitatem utrumque extremum nominatur per privationem. secundo circa fortitudinem neutrum. quod verum est. preterea dicit quod deficientes non sunt nominati circa defectum castitatis. et quod verum hoc sit. scilicet quia pauci sunt deficientes sic dicit. sed similiter pauci sunt audaces et qui superhabundant in actu agendi. quare similiter superfluitas virtutis fortitudinis non debent esse nominata. ¶ Preterea (?) quod delectatio duobus modis potest accipi similiter et tristitia scilicet communiter et sic consequitur operationem et passionem cuiuslibet potentie anime et sic circa delectationem et tristitiam esse que est omni virtuti vel potest accipi proprie et attenditur secundum actus sensus corporis et passionis virtutis concupiscibilis et sic circa huiusmodi attenditur castitas et extremitates eius et appropriatur. debet potius virtus operationis et passionis concupiscibilis potius quam alterius potentie. quia delectatio huiusmodi et tristitia

solum causatur in anima ex apprehensione immo ad hoc magis movet natura quam in aliis. ¶ Ad aliud dicendum quod extremitas que est superfluitas circa castitatem magis est vitium quam defectus. et quia vitium consistit in privatione ideo ratione vitii magis convenit nominari privative superhabundantia circa castitatem. ¶ Item quia defectus causatur ex impositione (?) et defectu nature. similiter nomine privationis. superfluitas autem circa fortitudinem et si sit vitium non tamen est vitium tantum quantum defectus eius. sicut dicit intellectus (?). licet tamen opponitur medietati. et ideo ratione vitii non sic nominatur per privationem. similiter defectus scilicet timiditas non sic causatur ex impositione et defectu nature vel non ita manifeste. et ideo patet quod non sic exprimitur extrema huiusmodi nominari per privationem sicut alia. ¶ Ad aliud dicendum quod defectus circa castitatem non est nominatus et causa quia pauci sunt deficientes circa delectationes. sed quod sic pauci deficiunt causa est quia natura movet ad hoc. quod deficiat provenit ex defectu nature. quia ergo et si pauci sunt deficientes circa castitatem et pauci superfluunt circa fortitudinem tamen quia insensibilitas causatur ex defectu nature non sic autem audacia immo ex huiusmodi proximitate (?) nature. ideo illud nominatur, illud non. ¶ Sed quod cum sensibile sit perfectio aliis, iam quod insensibilis sit privatio aliis. quare dicendum non esse aliis. sed esse vitium supponit esse aliis. quia insensibile vitium non est postea. sed esse vitium potius esse vitium nature quam morale. ¶ Preterea quod insensibilitas prout hic accipitur non privat potentiam sentiendi vel actum simpliciter sed actum ut determinatur circa partem vel potentiam concupiscibilem. privatio tamen huius actus dupliciter potest esse. quia potest esse et provenire ex defectu naturali principio vel potest procurari per voluntariam hominis operationem et primo modo esset vitium nature non morale. secundo modo est vitium morale et sic accipitur hic. ¶ De sexto sic. cum dare et accipere sint actus contrarii non potest esse liberalitas circa hos actus medietas. preterea cum datio et acceptio possit esse vel rerum aliarum sicut pecuniarum debent esse alie medietates circa dationem et acceptionem aliarum rerum sicut pecuniarum. Item dicit auctor quod extrema liberalitatis contrarie superhabundant equaliter. quare propter rationem contrarietatis potest dici utrumque superfluitas et sic neutrum defectus. Item dicit quod de hoc postea tractabitur quando tractabit de iustitia. sed verum est quod quando acceptio et datio pecuniarum convenit iustitia non cum sit iuste dando vel dando aliis quod medium est sed liberalis. verum videtur quod hoc non possit pertinere ad iustitiam. ¶ Ad primum dicendum quod dare et accipere si secundum se considerentur sunt actus specie differentes sed non sic accipiuntur hic immo prout accipere debet ordinari ad ipsum dare ut dicitur superflue accipere qui accipit multa pauca dans, diminute accipere qui accipit pauca dans multa et ideo hoc modo potest esse circa hoc medietas una. ¶ Ad aliud dicendum quod nomine pecunie non supponit hic pecunia specialiter sed generaliter omne quod cadit sub datione et acceptione pretio. dicta patet quod superfluus in accipiendo et diminutus in dando dicitur deficiens potius quam excessus. ad dandum enim ordinari debet accipere. ideo acceptio hic est sicut in potentia ad accipiendum. et ideo superfluitas vel actus accipiendi est

superfluitas in datione vel in eo quod est ut privatio. sed superfluitas in dando est superfluitas simpliciter. ¶ Ad aliud dicendum quod cum aliquis dat, aut dat de eo quod est sibi necessarium et non superfluum ipsi et hoc faciendo sed dat cum debet et est largus est sive liberalis si nichil det de superfluo sicut multi sunt qui multa habent et multo plura quam sic eis necesse. dico quod si dent hoc modo ut oportet hoc est opus iustitie quod sic patet tempore enim necessitatis huiusmodi necessitate suum est quicquid alteri superfluit. verum illud dare nichil aliud est quam reddere alii quod suum est. et similiter intelligatur ex parte actus accipiendi unde hoc modo differunt circa actum dandi et accipiendi. potest attendi liberalitas et iustitia. ¶ De septimo sic. in dando et accipiendo similiter circa appetitum et fugam honorum ponit auctor diversas medietates prout isti actus comparantur vel obiecti multiplicatur per magnum et parvum. sed cum magnum et parvum circa pecunias vel circa honores non faciunt differentiam secundum speciem, videtur quod propter hoc erunt diverse medietates. preterea sicut quod datur vel accipitur potest esse magnum et parvum et quod appetitur vel non appetitur sic terribile circa quod attenditur fortitudo potest esse magnum et parvum. similiter castitas delectabile circa quod castitas. et si ex parte illa debent attendi diverse medietates penes parvum et magnum sicut ex hac parte. preterea cum determinat medietates circa actum dandi et accipiendi primo determinat de parvarum pecuniarum. secundo de magnarum. cum autem determinat medietatem circa actum appetendi primo determinat de magnorum honorum. secundo de parvorum et quare verum sic hoc. ¶ Ad primum dicendum quod iste differentes medietates non dicuntur differre specie propter magnum et parvum sed cum hoc habent causam ex parte anime. quidam enim sunt qui quasi habent naturalem appetitum ad dandum magna nec sufficit eis dare parva et quidam econverso. verum diversitas istarum medietatum non solum causatur a parte magni et parvi circa pecunias vel circa honores sed etiam ex parte affectionis naturalis sic diversimode vel parvi et magni inclinantis voluntatem. ¶ Ad aliud dicendum quod iste medietates magis attenduntur circa actus pertinentes ad partem rationalem cuius est discernere in obiectis suorum actuum. ille autem medietates scilicet fortitudo et castitas magis circa actus pertinentes ad concupiscibilem et irascibilem. quare cum sic non est discretio. ideo licet ibi sit magnum et parvum sicut hic tamen non sic determinatur propter hoc diverse medietates. ¶ Ad ultimum dicendum plures sunt dantes parva quam magna. et econverso plures appetentes magnos honores quam parvos. ideo primo determinat medietatem in dando parvarum pecuniarum et in appetendo magnorum honorum et si obiciatur quod sicut sunt plures qui dant parvas pecunias quam magnas, similiter plures sunt qui volunt accipere magnas quam parvas et ideo propter actum accipiendi prius debet determinare de acceptione sive de medietate circa acceptionem magnarum pecuniarum quam parvarum. dicendum quod si determinat medietates diversas circa actum dandi et accipiendi sic faceret. sed non determinat medietatem circa actum accipiendi propter se vel per se sed solum prout refertur et ordinatur ad actum dandi.

¶ Nunc autem de reliquis dicamus et cetera.

Docuit auctor medietates circa operationes magis exteriores et que solum exercentur ab homine cum altero vel respectu alterius sicut de operatione circa quam castitas et fortitudo. et sicut patet de huius actibus dare accipere. hic docet auctor medietates circa operationes magis interiores et que non solum necessario exercentur cum altero vel ad alterum possunt exerceri. vel aliter et melius ut dicatur quod superius docuit medietates operationum principalium quarum medietates necessarie sunt in omnibus. et semper extremitates omnibus et semper detestabiles. hic autem docet auctor quasdam alias medietates circa operationes non principales. et quarum medietates non sic sunt necessarie omnibus vel non semper immo in casu. et dividitur pars ista in partes tres. In prima determinat medietates in operationibus. In secunda in passionibus cum dicit. Sunt autem in passionibus. in tertia excusat se de quodam cum dicit. De iustitia autem quoniam non. Prima pars dividitur in partes tres. in prima determinat medietatem circa actum virtutis irascibilis quod est irasci. irascibilis dico ratione recta et hoc non est nisi in hominibus et non in brutis. In secunda determinat medietatem circa actum rationalem ut communicationem (?). In tertia determinat medietatem circa actum concupiscibile. prima ibi. Nunc autem de reliquis dicamus. Secunda ibi. Circa autem delectabile. et huius habet duas quoniam sicut dicit auctor est delectabile in ludo et est delectabile in vita. primo ergo determinat auctor medietatem circa delectabile in ludo. secundo circa delectabile in vita. prima pars hic. Circa autem delectabile. Secunda ibi. Circa reliquum delectabile. Tertia sequitur pars alia in qua determinat auctor medietates in passionibus et ista pars dividitur in duas secundum duas medietates quas ibi auctor determinat. prima hic. Sunt autem in passionibus. Secunda ibi. Nemesis autem. Sed est dicendum huius partis in qua determinat auctor medietates circa operationes et passiones magis interiores. ¶ Circa primam istarum partium sic procedit. et continuatur ita determinatum est de medietatibus circa actus exteriores sive qui magis terminantur ad exterius. nunc autem de reliquis medietatibus dicamus secundum enarrativum modum hoc est comparando medium et extremitates adinvicem in aliis operibus sicut in predictis. deinde determinat medietatem circa hunc actum irasci et dicit quod medietas est humilitas (?), superhabundantia iracundia et defectus irascibilitas (?). deinde proponit quod sunt alie tres medietates et assignat convenientiam istarum et differentiam. et deinde determinat que sunt et que extremitates earum. dicit igitur quod sunt alie tres medietates habentes quandam similitudinem adinvicem et communionem et differentiam que sunt circa sermonum et operationum communionem et per hoc patet solutio questionis que posset fieri quare scilicet istas tres medietates tangit auctor simul. hoc enim est propter convenientiam earum adinvicem. differunt autem quia quedam sunt circa verum in operibus et verbis. alie autem circa delectabile in operibus et verbis sed hoc delectabile est duplex quoniam quoddam est in lusu sicut aliqui quando ducunt vitam baiocosam et truphat adinvicem et delectabile in vita sive ad invicem spirituale secundum quod aliquis Iacobita diceret verba placentia alicui ut ipsum retineret in religione.

et hoc delectabile est ad vitam spiritualem. Dicit ergo auctor quod dictum est de his medietatibus et earum extremitatibus ut magis cognoscamus quod medium in omnibus est laudabile et extrema vituperanda, sed prius quam determinet de istis dicit quod quemadmodum in predictis multa sunt nominata similiter et in istis. Sed temptandum est fingere nomina ut levius et apertius intelligamus. Deinde determinat auctor medietates duas quod circa unum sive circa sermonem representantem veri. Medium est veritas et extremum quod est in maius superbia, illud quod est in minus ironia. Deinde determinat medium et extremitates circa delectabile in ludo. Et dicit quod medium est eutrapelia et superfluitas bomolochia et deficientia agroikia. Deinde determinat medietates et extremitates circa delectabile in vita et dicit quod medium est amicicia, superhabundans placidus et blanditor et assignatur differentia inter placidum et blanditorem dicens quod placidus talis emolumenti gratia est, blanditor vero emolumenti sui gratia est. Ille autem qui deficit litigiosus et discolus nuncupatur. Deinde determinat medietates et extremitates in passionibus et dicit quod in passionibus una medietas est verecundia, superhabundans autem cataplexia et deficiens inverecundus. Determinat deinde determinat medietatem circa invidiam dicens quod circa invidiam medietas est invidia, at superhabundans et epichairekakia defectus. Sequitur pars ultima qua determinat ac medietatem et extremitates circa iusticiam dicens quod de iusticia quoniam multipliciter dicitur postea dicetur et de aliis virtutibus dicemus, scilicet de naturali iusticia et de iusticia et naturalis est non facere alii quod sibi non vult fieri. Positiva autem que instituta est in urbe aliqua que civitatem ut quadrige vel equum fovente aliquid persolvant plagium vel tributum vel ad pontem, hic est iusticia positiva. Et in hoc terminatur pars in qua determinat auctor medietates et extremitates circa passiones et operationes. Tribus utique dispositionibus. Hic incipit capitulum quartum principale huius secundi libri quo comparat auctor medium et extremitates adinvicem quantum ad oppositionem et ostendit que magis opponuntur aut extrema adinvicem aut extrema medio et dividitur ista pars in duas quia primo comparat auctor ista tria, medium, superfluitatem et indigentiam adinvicem quantum ad oppositionem. Secundo recapitulat cum dicit: Quoniam igitur est virtus quidem consuetudinalis et cetera. Prima pars dividitur in tres secundum tres conclusiones quas ostendit. Primo ostendit quod extremitates opponuntur medio. Secundo ostendit quod extremitates magis opponuntur adinvicem quam medio, sive quod maior est oppositio extremitatum adinvicem quam ipsarum ad medium. Tercio ostendit quod quandoque opponitur una extremitas magis medio quam reliqua, ut quandoque superbia magis, quandoque defectus magis. Secunda pars incipit hic: Sic igitur adversantibus istis adinvicem et cetera. Tercia ibi: Ad medium autem opponitur. Prima pars dividitur in duas. In prima proponit quod tres sunt dispositiones in operationibus, scilicet medium et due extremitates et hec omnia omnibus adversantur et extrema medio et medium extremis. Deinde probat auctor quod medium extremis oppositum et hoc primo per simile. Secundo per inductionem. Per simile sic: quoniam quemadmodum se habet equale ad maius et minus et in comparatione sic medium ad extrema in operationibus, sed equale respectu eius quod est minus et respectu eius quod est maius et sic oppositum extremis. Ergo et medium in operationibus opponitur extremis et hoc est: Quemadmodum et cetera. Secundo declarat vel ostendit hoc per similem inductionem quoniam fortis respectu timidi est audax et respectu audacis timidus. Similiter est de aliis que tanguntur in littera; patet ergo quod medium opponitur extremis. Tunc sequitur pars alia in qua ostendit quod maior oppositio extremorum adinvicem quam ipsorum ad medium. Et illa pars dividitur in duas partes secundum duas rationes per quas probat hoc. Prima sumitur a distantia contrariorum. Secunda ab eo quod consequitur diffinitionem. Secunda hic: Adhuc ad medium aliquod quidem et cetera. Prima ratio talis est: que magis distant magis opponuntur, quia contraria sunt que posita sub eodem genere et maxime a se distant. Sed extrema magis distant inter se quam ipsa a medio. Ergo et extrema magis opponuntur adinvicem quam ad medium. Secunda talis est: que magis dissimilia sunt sibi adinvicem quam ipsa medio. Unde maior est similitudo ipsorum ad medium quam ipsorum inter se. Magis igitur opponuntur extrema adinvicem quam ipsa medio. Hec est sentencia huius partis. Hic primo dubitatur de prima medietate quam determinat, et de eius extremitatibus. Secundo de secunda et de eius extremitatibus. Tercio de tercia et sic de aliis. Circa primum sic proceditur. Hic determinat auctor unam medietatem circa virtutem irascibilem, sed superius posuit sive determinavit aliam circa ipsam vel actum eius, scilicet fortitudinem. Cum igitur unius potencie una sit tantum medietas videtur quod non debet hic determinare aliam medietatem circa ipsam. Item adhuc irasci est actus ultimus et principalis virtutis irascibilis; ergo et primo debuisset auctor determinasse medietatem circa illum actum quam medietatem circa actum qui est aggredi. Item tres sunt actus virtutis irascibilis, scilicet irasci, aggredi et et sustinere. Quare igitur cum auctor determinet medietates circa istos duos actus qui sunt irasci et aggredi, quare non circa istum actum qui est sustinere. Item dicit auctor quod circa hunc actum quod est irasci medietas est humilitas, defectus irascibilitas. Sed contra: medium et extrema sunt circa eundem actum, sed irascibilitas privat hunc actum quod est irasci; non opponitur igitur humilitati cum humilitas circa hunc actum habeat fieri. Item dicit quod superhabundantia est iracundia. Contra: superhabundancia opponitur humilitati tanquam superhabundancia, non ergo iracundia, cum tantum unum uni opponatur. Ad primum istorum dico quod unius potencie quantum ad actum unum tantum una est medietas. Superius autem determinavit auctor unam medietatem circa virtutem irascibilem quantum ad istum actum qui est aggredi. Hic autem determinat aliam quantum ad istum actum qui est irasci. Nec sic est inconveniens diversa media et extremitates diversas circa potenciam eandem determinari quantum ad diversos actus. Ad aliud dico quod auctor ordinat istas medietates quantum ad irascibilitatem et oppositionem et quia nobilior est ista que est fortitudo

quam ista que est humilitas et perfectior, nobilior ideo prius determinat virtutem istam medietatem quam illam. Ad aliud dico quod auctor non determinat medietatem circa istum actum quod est aggredi sed circa istos duos qui sunt aggredi et sustinere. Non enim fortis est vel virtuosus qui aggreditur et sustinet. Unde circa istos duos actus determinat, et sunt unus actus fortitudinis sic dicti et perfecti. Intelligendo naturam sunt unum vel una virtus. Ad aliud dico quod irascibilitas secundum quod est extremum humilitatis non privat communiter hunc actum qui est irasci, sed dicit diminutionem in isto actu. Unde irascibilis qui parum irascitur. Ad aliud dico quod humilitas est uno modo despectus sui ipsius et rerum mundanarum et hoc modo opponitur superbie. Alio modo est mundatio motus potencie irascibilis vel eius actus et sic opponitur iracundie. Circa secundum sic proceditur quod virtus est medietas, dicit auctor. Sed contra: virtus est in intellectu speculativo et practico, intellectus speculativus. Omnis autem virtus in intellectu practico et practice intellectum perficit. Veritas ergo virtus non est. Item postea omnis virtus ponit. Unde sequitur iustum, ergo bonum, sed veritas non ponit bonum, quia non sequitur ipse formaliter est verum, ergo bonum. Veritas est, ergo non est virtus et ideo non est medietas. Item dicit quod superhabundantia eius est superbia. Contra: superhabundancia est extremitas respectu humilitatis, ergo non veritatis. Ad hoc dicendum quod sicut duplex est intellectus, scilicet speculativus et practicus, similiter est duplex veritas. Una que est per scire verum, alia que est per bene operari. Unde magister in scolis dicit veritatem et hoc sciamus verum. Predicator vero qui predicat dicit veritatem et hoc non ut sciamus verum sed ut bonum faciamus. Unde duplex est veritas. Una que est veritas vocis significans verum et hec non est virtus nec perficit intellectum practicum sed speculativum. Alia est veritas vocis significans per opus bonum et hec est virtus et ponit bonum. Sic ergo patet quomodo sit solvendum ad alia duo obiecta. Ad aliud patet solutio. Superbia enim dicitur de super et eo, is. Potest ergo aliquis superbire in sermone ut ille qui vult habere totum sermonem et hoc modo superbia opponitur veritati. Alio modo est excellentia sui ipsius et hoc modo opponitur humilitati sicut predictum est. Circa tercium sic procedit auctor: ponit medietatem sive virtutem circa delectabile in ludo, sed videtur quod male quoniam omnis virtus est bonum anime et non corporis. Unde omnis virtus est propter animam, sed delectabile in ludo est propter bonum corporis. Non est ergo virtus propter circa delectabile in ludo. Item dicit quod agroikia defectus est et agroikus deficiens. Hoc enim non videtur. Agricolus enim malus non est, est enim agricolus qui colit agros. Ad primum dicendum quod delectabile in ludo est propter corpus primo et ex consequenti propter animam. Unde bonum in ludo est primo propter corpus, ex consequenti vero propter animam sive propter bonum anime. Ad aliud dico quod in agricola est operatio, scilicet colere agros, et hoc non est malum, et proprietas consequens ad illam operationem, scilicet ruditas. Sunt enim rudes agricole et nesciunt conversari inter homines et hec ruditas mala est, et quantum ad hoc est agricolus malus. Postea queritur de medietate alia et queritur utrum amicicia possit esse in bonis et in malis vel utrum sit in bonis tantum. Et quod in bonis tantum probatur, quoniam omnis virtus circa bonum sive circa actum in bonis. Amicicia est virtus, ergo solum erit in bonis. Postea amicicia vera est vinculum indissolubile, sed amicicia est in malis est dissolubilis secundum quod duo socii in malis ut ribaldi sunt amici. Ergo vera non erit in malis. Sed contra dicit Tullius quod amicicia est idem nolle, idem velle aliquorum. Sed idem nolle et velle aliquorum potest esse tam in malis quam in bonis. Amicicia ergo potest esse tam in bonis quam in malis. Ad hoc dicendum quod duplex est amicicia: vera et non vera, sed apparens. Igitur dico quod vera amicicia est tantum in bonis, sed apparens potest esse tam in bonis quam in malis. Et cum diffinit Tullius amiciciam diffinit amiciciam communiter ad veram et non veram. Hec sunt que queruntur. Littera plana est. Solum restat expositio quorundam vocabulorum. Yronia est secundum quod per sermonem contrarium intelligatur. Yrisio, scilicet quod aliquis per derisionem laudis vituperatur, ut secundum quod aliquis diceret de aliquo humiliter credo quod sit bonus clericus. Ecce quod de persone laudatur et per hanc derisionem vituperatur. Eutrapelos dicitur ab eu quod est bonum et trapelos conversio, et ludus quasi bene se habens et bene convertens in ludendo. Bomolochus dicitur a bomos, id est, et logos quod est sermo, et est ille qui scit multa loqui. Epichairekakus dicitur ab epi quod est super et chairo quod est malum, quasi gaudens supra malum. Vel ab epi quod est super et chairo quod est gaudium et kakos quod est malum, quasi supra modum gaudens in malo bonorum. Hec querebantur.

Ad medium autem opponitur in hiis magis.

Superius ostendit auctor quod extrema opponuntur medio et quod maior est oppositio extremitatum adinvicem quam ipsarum ad medium. In parte ista ostendit quod non equaliter opponuntur extrema medio sed in quibusdam superbia magis, in quibusdam vero defectus magis. Et ista pars dividitur in duas, quia primo proponit hoc et declarat ac per exempla. Secundo cum dicit Propter autem duas causas probat hoc, et hoc per duas rationes et secundum hoc habet pars ista duas partes. Secunda hic: Alia autem ex nobis ipsis. Circa primam istarum partium sic procedit dicens quod in quibusdam magis opponitur superhabundancia medio, in quibusdam vero defectus magis. Ubi ergo castitati magis opponitur superhabundancia quam defectus, sed fortitudini magis opponitur defectus quam superhabundancia. Deinde probat quod posuit autem, scilicet quod in quibusdam magis opponitur superhabundancia medio quam defectus, in quibusdam econverso, et hoc per duas rationes quarum prima sumitur ex parte rei sicut ipse dicit. Secunda vero ex parte nostra. Prima talis: que magis distant et magis sunt dissimilia magis opponuntur. Sed in quibusdam alterum extremum magis distat a medio et dissimilius est ei quam alterum. Ergo et cetera. Secunda ratio talis est: illud magis opponitur medio ad quod magis nati sumus. Quoniam nos sumus nati ad magis malum. Sed in quibusdam magis sumus nati ad defectum quam ad superhabundantiam, in quibusdam vero econverso. Ergo in quibusdam magis opponitur defectus medio quam superhabundancia, in quibusdam econverso. Hoc est quod dicit in prima parte huius lectionis. Tunc sequitur illa pars in qua recapitulat, et hec fuit quarta pars huius capituli principalis et dividitur in duas. In prima recapitulat auctor. In secunda concludit quoddam corollarium ex predictis.

In prima sic dicit. Aut igitur virtus consuetudinalis est medietas et quomodo istud dictum est. Et quod est medietas duarum maliciarum, huius quidem secundum defectionem, alterius secundum superfluitatem. Istud similiter dictum est. Et quod est inspectrix medii in operationibus et in passionibus dictum. Sequitur pars in qua manifestat auctor causam istius quod dictum est. Quia consuetudinalis virtus coniectiva est in speculatrix medii. Sed medium invenire in unaquaque re est difficile. Ideo difficile est bonum esse. Et declarat auctor quod dixit, quod medium invenire in unaquaque re est difficile, quia medium circuli invenire non est cuiuslibet sed scientis. Unde usus cuilibet est et dare pecunias. Sed cui sit dandum et quantum et cui igitur et sic de aliis circumstantiis istud non est cuiuslibet. Sed boni et in hoc terminatur pars ista secunda principalis huius lectionis. Et sequitur pars quinta principalis huius libri secundi, sive capitulum quintum in quo docet ac facile declinare a malo et haec pars incipit ibi: ideo oportet eum qui intendit ad medium et cetera. Et dividitur in tres partes. In prima parte docet auctor faciliter declinare a malo. Et quia aliquis posset querere ex quo cognoscam ego bonum in isto homine et in illo, docetur in illud. Dicit auctor quod cognoscere bonum in singularibus est difficile. Et docet hoc secundum posse suum et haec pars hic: difficile autem forsitan hoc magis in singularibus. In tertia recapitulat dicta, quod sic per doctrinam istam de facili bonum inveniemus et haec pars hic: sic enim facile. Prima pars dividitur in duas. In prima docet declinare a malo in generali. In secunda docet hoc magis in speciali et declarat hoc per exempla, sive per auctoritates philosophorum. Et haec secunda pars hic: in omnibus magis est cavendum delectationem. ¶ Circa primum istarum partium sic procedit et continuat se ad predicta in dictum est, quod difficile est invenire medium. Ideo dicit auctor oportet eum qui vult invenire medium segregari a magis contrario ipsi medio. In quibusdam enim magis malum est superhabundantia quam defectio et in quibusdam econtra, sicut predictum est. Et dicit auctor quod inspicere ad illud ad quod magis nati sumus et per hoc segregare nos ab eo et trahere nos in contrarium et sic segregantes nos a malo ad medium veniemus. Et dicit quod quemadmodum illi qui volunt ponere ligna in edificiis removendo tortuositas ab ipsis lignis, sic nos debemus a nobis segregare illud ad quod magis nati sumus. Sed enim est quasi tortura in nobis. Deinde docet magis in speciali declinare a malo et dicit quod in omnibus magis cavendum est delectationem, quia nos non approbamus eam nisi decepti et dicit quod nos oportet pati ad delectationem quod passi sunt blebissones ad Helenam. Elena enim fuit pulcerrima mulierum et quam respicientes blebissones dicebant: fugiamus, fugiamus ne peccemus in delectando. Sic nos debemus dicere et fugere delectationes et hoc facientes magis poterimus medium invenire. Deinde sequitur pars in qua dicit quod difficile est cognoscere bonum in isto homine et in illo, quia si aliquis faciat bonum nescimus quo affectu et qua intentione, et quandoque nos laudamus deficientes et quandoque superhabundantes. Sed illi

qui minus recedunt a medio iam non habent immo de illis sumus certi quod mali sunt, ut quando nos videmus aliquem exire de lupanari vel aliquem hominem auferre capucium cuidam clerico isti non latent. Unde qui magis recedit a medio magis malus. Et qui minus minus. Sed cognoscere quomodo et cui igitur et sic de aliis circumstantiis aliquis accedat ad medium vel operatur bonum istud difficile est. Deinde recapitulat dicta, quod si per doctrinam predictam de facili a malo declinabimus et medium inveniemus. Sed est sententia huius partis. ¶ Hic primo dubitatur de hoc quod dicit auctor supra quod extrema medio opponuntur. Secundo dubitatur utrum malum causam habet igitur huius quod dicit ac. quod per a medio sumus mali. Tertio dubitatur gratia huius utrum malum causam habet in qua. Quarto dubitatur de hoc quod dicit quod extrema magis opponuntur inter se quam ad medium. ¶ Quinto et ultimo de hoc quod dicit quod difficile est invenire medium in unaquaque re. ¶ Circa primum istorum sic proceditur. Dicit quod extrema opponuntur medio. Contra. Tantum unum uni opponitur igitur tantum unum extremum medio opponitur, non igitur utrumque. ¶ Tu dices ad hoc quod medium conficitur vel compositum est ex duobus. Sed ad medium concurrunt due oppositiones et quantum ad unum opponitur medio unum extremorum, quantum ad aliud reliquum. Nec est sic inconveniens duo opponi uni. Cum dicit Aristoteles quod hoc quod est amicis bene facere opponuntur duo unum igitur subiecto, reliquum predicato. ¶ Sed contra. Hoc sic obicitur. Supra dixit auctor medium esse indivisibile. Non igitur est compositum et in non ei opponuntur diversa. ¶ Item auctor probat quod extrema opponuntur medio per hoc quod magnum et parvum opponuntur medio. Sed quantitati nichil est contrarium. Ei igitur quod est equale nichil est contrarium, nec similiter ei quod est magnum et parvum. ¶ Item quod magnum et parvum non sunt contraria probatur, quia parvum est habens magnitudinem, igitur parvum est magnum. Non igitur sunt contraria, quia contrariorum unum non predicatur de altero. ¶ Item de quo predicatur abstractum predicatur et denominativum ab eo. Sed magnum denominativum est a magnitudine. Magnitudo autem de parvo. Igitur et magnum de parvo. Non igitur sunt contraria. ¶ Item quod medium non contrariatur extremis oppositum ostenditur sic: quia contraria sunt in eodem genere proximo. Sed medium et extrema aut non sunt in eodem, aut non in eodem remoto. Medium igitur et extrema non sunt contraria. ¶ Ad primum solutio sicut solvebatur. Ad illud quod obicitur in contrarium dico quod supra non dicit auctor medium esse indivisibile quantum ad hoc quod ad medium non concurrant multe oppositiones, sed quantum ad hoc fit tamen uno modo. Et unica via est ad ipsum devenire. Malum autem pluribus modis fit, unde supra dicebatur bonum esse finitum, aut quia finem habet, aut quia uno modo fit, aut quia tamen sive intentionis. Malum autem infinitum, aut quia caret fine, aut quia fit modis infinitis, aut quia non est reperire terminum sive intentionis. Non est reperire terminum mali. Malum enim in toto non est malum quod sic ostendo. Malum sicut dicit Dionisius de divinis nominibus non est nisi in bono. Sed malum in toto non est in bono, sicut non habet sustinere

per bonum. Malum igitur in toto non est malum. Similiter dicitur bonum simpliciter quia tamen fit uno modo, non quia multe oppositiones ad ipsum non concurrunt, immo multe concurrunt. Et per hoc ad hoc opposita ei extrema diversa. ¶ Ad aliud dico quod magnum uno modo nominat essentiam quantitatis, alio modo essentiam cum excessu. Dico igitur quod considerando magnum secundum quod nominat essentiam quantitatis tamen sic dico quod parvum predicatur de magno, nec contrariatur ei. Et hoc modo procedunt rationes. Sed considerando magnum secundum quod nominat essentiam quantitatis cum excessu, sic dico quod ei contrariatur parvum nec potest sic de parvo predicari. ¶ Ad aliud dico quod triplicia possunt appellari contraria. Uno modo possunt dici contraria que maxime a se distant et hoc modo possunt dici disparata contraria. Alio modo possunt dici contraria que maxime a se distant et mutuo se expellunt et sic contraria dicuntur bonum et malum in moralibus. Alio modo sunt vel dicuntur contraria que posita sub eodem genere maxime a se distant et mutuo se expellunt. Et hoc modo dicuntur proprie contraria. Sic igitur patet per predicta quod extrema et medium in moralibus non dicuntur proprie vel propriissime contraria, propter quod non oportet quod sint in eodem genere. ¶ Circa secundum sic procedo et ostendo quod malum causam habet, quia dicit auctor inferius quod inconveniens est ponere bonum causari a nobis et extrema extra et cum mali in nobis una cum existere illorum videtur igitur per hoc auctor quod eadem sit causa boni et mali in nobis. Cum igitur bonum causam habet et malum causam habebit. ¶ Ad idem dicit Dyonisius de divinis nominibus quod sicut calefieri est ab igne ita malum est ab anima. Igitur cum calefieri causatum sit ab igne et malum causatum est ab anima et in malum habet causam. ¶ Item ad idem dicit Augustinus quod malum a Deo est voluntarium, quod si voluntarium non est malum. Malum igitur voluntarium sive a voluntate et ita habet causam. ¶ Oppositum sic ostenditur. Sicut dicit Philosophus finis est causa causarum. Unde est simpliciter omnium causa. Quod igitur caret fine caret causis aliis, quia finis in causis aliis salvatur et conservatur. Sed malum caret fine. Igitur malum non habet causam. ¶ Hoc iterum apparet per hoc quod dicit Dionisius quod malum est preter causam vel intentionem. Malum igitur causam non habet. ¶ Item dicit idem quod malum non est propter finem. Hoc autem non est nisi quia aut malum est propter aut quia malum non est. Sed hoc non est quia sit propter. Hoc est quia malum non est. Igitur malum non habet causam. ¶ Preterea causa est ad quam esse sequitur aliud. Si igitur malum causam habet est aliud ab ipsa causa. Aut igitur est causatum ab illa causa ratione actus aut ratione difformitatis vel determinationis difformitatis illius actus. Si tu dicas quod ratione actus istud non est verum quia actus de se bonus est et similiter ab eo non causatur nisi bonum. Si vero dicas quod causatur ab eo ratione difformitatis illius actus, istud non est verum, cum illa difformitas sit defectus et non ens, et non ens non est causa. Et ideo videtur quod non sit ponere causam mali. ¶ Ad hoc dicimus quod malum causam habet. Et dico quod eius causa est bonum deficiens vel corruptum. Dico enim quod est malum morale et malum naturale. Similiter bonum morale et bonum naturale. Dico igitur quod malum morale habet causam

bonum naturale. Unde causatur a bono naturali. Sed hoc non est nisi in quantum corruptum est. Substantia enim et omne ens bonum naturale est. Unde dico quod malum causatur a substantia. Sed non secundum quod est nisi in quantum corrupta est et deformata per aliquam deformitatem. Concedimus igitur rationes que probant bonum habere causam. Et ad primum in contrarium dico quod finis non dicitur esse causa causarum quia causas aliquas contineat. Sed prioritate et nobilitate dicitur esse causa causarum quia nobilior est inter alias. Et si malum finem non habet non tamen propter hoc sequitur quod non habeat causam. Item dico quod malum finem habet scilicet bonum aliquid, operans enim malum non operatur illud nisi in quantum sibi bonum est. Per hoc patet solutio ad aliud. Cum enim dicit Dionisius quod malum non habet causam, intendit dicere quod non habet causam sub intentione mali, sed sub intentione boni. Nullus enim intendit malum in quantum malum, sed sub specie boni. Et per hoc solutio ad aliud. Dico enim quod nullus percipit malum in quantum malum vel intendit ipsum sicut finem, nisi sub specie vel sub intentione boni. Unde malum operanti ipsum bonum est et hoc dicit Dionisius. ¶ Ad aliud dico quod actus de se non est causa mali, quia ipsum sive substantia bonum est sicut habitum est supra. Sed deformitas in ipso actu causa est mali. Unde dico quod deformitas de se causa non est mali, nec actus de se. Sed deformitas secundum quod in actu est causa est mali. Unde actus causa est actus. Sed deformitas in actu causa est deformitatis in causatum et sed illa deformitas per se non habet esse. Habet tamen existere per actum. ¶ Circa tertium sic proceditur et ostenditur quod bonum habet causam in qua, quia parvo et huic habent esse idem. Sed malum est privatio boni. Cum igitur bonum habet causam in qua et malum similiter habet causam in qua. ¶ Ad idem dicit Augustinus quod malum non est substantia neque substantie ydioma sed accidens. Cum igitur omne accidens habet causam in qua et malum habebit causam in qua. ¶ Preterea idem dicit quod in malo et bono deficit positio dialecticorum qui ponunt quod unum contrarium non causa sui contrarii nec habet esse in altero, quia malum habet causam per bonum et est in bono. Videtur igitur quod propter ipsum malum cum sit in bono ut ipse dicit habeat causam in qua. ¶ Sed contra. Si malum habet esse in alio, aut igitur in bono aut in malo. Si tu dicas quod in malo querendum de illo malo in quo et ipsum habet esse. Et si dicatur quod in malo, erit habire in infinitum. Sed hoc est inconveniens. Malum igitur in malo non habet esse. Si vero dicas quod habet esse in bono istud non videtur, cum impossibile sit unum contrarium esse in alio. Et ita videtur quod malum non habeat causam in qua. ¶ Ad idem dicit Dionisius quod malum neque per se nec in existentibus existit, quare malum non habet causam in qua. ¶ Hoc iterum videtur per hoc quod idem dicit quod malum est privatio que nec numquam est nec nusquam est. Cum igitur malum numquam et nusquam sit videtur quod malum non habet esse et ita non habet causam in qua. ¶ Ad quod dicendum quod malum habet causam in qua scilicet bonum, non bonum morale sed naturale. Unde rationes concedo que ostendunt ipsum non habere causam in qua. ¶ Ad primum oppositum patet solutio. Malum enim existit in bono sive in bono, non morali sed naturali. Bonum autem naturale malo morali non est contrarium. ¶

Ad alia duo soluntur per hoc quod dicit existere fuit vis in hoc quod dicit existit. illud enim dicitur existere quod per se habet subsistere et quod habet causam sue existentie in qua tale. sed sic non existit malum sicut predictum est. Textus quartum sic procedit. dicit quod maior est oppositio vel contrarietas inter se extremorum quam ipsorum ad medium. sed contraria sunt que maxime a se distant. et mutuo se expellunt. sed extrema sunt in eodem genere. utrumque enim malum. medium autem cum extremis aut non est in eodem genere. aut non est in eodem genere proximo magis ergo contrariantur extrema inter se quam ipsa medio. Ad hoc dicendum quod possumus considerari dupliciter. vel in via motus. vel in via motus considerando ista in via motus sic dico quod magis contrariantur extrema medio quam ipsa inter se. cum magis distent ab eo. sed considerando ista in via motus sic magis contrariantur extrema. quam si aliquis ab uno extremorum vellet devenire ad aliud magis oportet ipsum laborare et magis operari quam si vellet devenire ad medium. Unde difficilius est de ingrossamento fieri insensibile quam fieri incontinentem castum. et sic in via motus magis opponuntur extrema inter se quam ipsa ad medium. Textus quintum sic procedit. dicit auctor quod difficile est invenire medium. sed contra hic difficultas aut provenit a parte cognoscentis aut a parte rei que cognosci debet. non a parte cognoscentis quia cognoscens est creatura et omnis creatura in eo quod creatura bonum. omnis ergo creatura conveniens est. se magis est nata cognoscere bonum quam malum et sic a parte cognoscentis non provenit hic difficultas nec a parte boni quod debet cognosci quia bonum est ens malum vero non ens. malum ergo distat a quolibet ente quam bonum. Item auctor ponit similitudinem medii in circulo ad medium in unaquaque re. sed videtur quod non sit similitudo quia medium in circulo est idem apud omnes. sed ergo est similitudo medii in unaquaque re ad medium in circulo et medium in unaquaque re est idem apud omnes quod falsum est. Ad primum dico quod hic difficultas inveniendi medium provenit vel causatur a natura creata corrupta in operante cum creatura nata et hec natura corrupta est et deformata per peccatum. dico ergo quod a parte nature non provenit difficultas ista. sed a parte nature corrupte. sive a parte corruptionis similiter in operato malo est natura corrupta vel deformata et propter istam deformitatem vel defectionem facilius est invenire malum quam bonum. unde a parte operantis et operati provenit hic facilitas et difficultas a parte operantis quia omnis creatura in eo quod creatura. cum sit ex nichilo per naturam illius nichili tendit in defectum et potius habet ad peccandum sicut dictum fuit in precedentibus et sic ex nichilo quod est sui principium habet quod magis tendat ad malum et defectum quam ad bonum. Ad aliud dicendum quod auctor non vult ponere similitudinem in omnibus modis in unaquaque re ad medium in circulo sed quantum ad hoc solum quod sicut medium in circulo est difficile invenire. sic medium in unaquaque re est difficile invenire. Textus quod dixit auctor quod debemus nos segregare a delectationibus et quod nos non approbamus in decepti sed decepti. cum enim superius dixerat virtutem esse circa delectationes et tristicias secundum hoc videtur contra quod debemus segregare nos a virtutibus et quod approbamus virtutem decepti. Ad quod dicendum quod est delectatio et tristicia anime et carnis. cum dicit auctor superius virtutem esse circa delectationes et tristicias. loquitur de delectationibus et tristiciis anime. In parte ista loquitur de delectatione et tristicia carnis vel dato quod superius et hic loquatur de delectatione et tristicia carnis. adhuc plana est solutio quia superius dixit virtutem esse circa delectationes prosequendo quas oportet et quando oportet et sic de aliis circumstantiis. hic autem cum dicit quod debemus nos segregare a delectationibus et quod non approbemus eas nisi decepti. loquitur de delectationibus sub aliis circumstantiis. quas non oportet et quando non oportet et ubi et equaliter non oportet et sic de aliis circumstantiis. Exponatur littera. ad medium et cetera. in hiis. id est in quibusdam. magis in hiis. id est in aliis. superhabundantia. quam enim primum est. et cetera. non hoc supple quod primum et similius est medio magis oppositum. id est opposito dictum. secundum contrarium. id est reliquum extremorum quam ad decorem. id est quam ad sensibilitatem hic vocat sensibilitatem decorem vel incontinentie et hoc quia magis deformat hominem et corrumpit et etiam facit senescere quam irascibilitas totum planum est quod sequitur usque ad tertiam partem principalem ideo oportet et cetera. quemadmodum calipso. ille nauta suadet sicut a fumo et appellis extrahere navem. suadet enim a fumo et a nebulis que sunt super litus maris navem extrahere ad medium quam magis periclitantur homines in mari iuxta litus quam in medio. minima suscipienda est contra mala. id est nos debemus facere minima mala magis quam maiora quia sic magis de facili devenimus ad medium. unde debemus nos segregare a magis malo. hoc autem erit et cetera. intendere autem et cetera. hoc autem erit. id est nos cognoscemus ad que magis nati sumus. ex delectatione et tristicia. fiet. id est facta est nobis. non enim indecepti. immo decepti iudicemus. id est approbamus delectationem vel consentimus in delectationem. ut in capitulo diximus. id est in brevi et in summa. Difficile autem forsitan hoc magis in singularibus. id est invenire bonum. in singularibus. id est in isto homine et in illo. non enim facile. quomodo delectatur. et in quibus et cetera. quemadmodum autem generantes. id est superhabundantes. vocamus viriles. id est fortes. sed imparvum et cetera. sit ad magis et cetera. id est ad superfluitatem. vero. ad minus. id est ad indigentiam. qui autem plus. id est multum succedit a medio ut quando videmus exire de [illegible] vel furia. hic non latet sed usque quo et cetera. quia nescimus quantum peccabit in illo peccato. nec scimus quo affectu operatur. non enim est. hoc aliquid. sensibilium hoc enim. id est sensibile iudicium habet. in singularibus et in sensibus. id est in singularibus et per sensum. hoc quidem. idest difficultas inveniendi medium. hoc quod medius et cetera. inclinare autem in utraque quandoque. habitus qui est in homine ad superhabundantiam et cetera. ita debemus nos invenire medium. sic enim. idest per doctrinam philosophicam. facile et cetera. ...

Virtute autem circa passiones et operationes existente et cetera.

Determinato ex quibus et qualibus operationibus relinquuntur virtutes. cum relinquatur ex operationibus voluntariis secundum quod dicit superius quod virtutes aut sunt aut sunt voluntates aut non sunt voluntate quia non fuit notum quid est voluntarium. ideo in isto libro tercio intendit auctor determinare de voluntario et de eius opposito. scilicet de involuntario. et dividitur iste liber in partes duas. in quarum prima determinat auctor de voluntate simpliciter in secunda de voluntate deliberante et deliberativa. cum dicit. determinatis autem voluntariis. Prima pars dividitur in duas in quarum prima ostendit auctor quod determinandum est de voluntario et involuntario. In secunda de utroque determinat. cum dicit videntur autem involuntaria. et cetera. Prima pars potest dividi in duas secundum duas rationes per quas probat quod ad moralem pertinet de voluntario et involuntario determinare et sunt singule. quoddam est prima hic. virtute itaque secunda ibi utile autem et legislatoribus. prima ratio talis est. virtutis est circa passiones et operationes. quibus existentibus voluntariis consequitur laus vel vituperium et involuntariis ignorantia vel pena. determinatum est de virtute. necesse est determinare de voluntario et de eius opposito quod est involuntarium et ita ad ethicum de voluntario et de eius opposito determinare. Secunda ratio talis est. et est similis quoddam utile est legibus latoribus considerare que operationes sunt voluntarie et que involuntarie ad remunerandum bonos et ad puniendum malos et ethicus est lator legis. ergo utile est ethico voluntarium et involuntarium considerare pertinet ergo ad moralem de voluntario et eius opposito determinare. hoc habito sequitur pars in qua de istis determinat. et dividitur in duas partes in prima determinat auctor de involuntario in secunda de voluntario. cum dicit. ente involuntario et cetera. prima dividitur in duas quia primo dividit auctor involuntarium dicens quod quoddam est involuntarium per violentiam. quoddam per ignorantiam. secundo cum dicit violentum autem et cetera. de utroque membro determinat. et ista pars in duas in prima determinat auctor de involuntario per violentiam. in secunda de involuntario per ignorantiam cum dicit. quod autem est per ignorantiam et cetera. prima pars spectat ad presentem lectionem et dividitur in duas in quarum prima ponit auctor diffinitionem involuntarii per violentiam et hoc facit per diffinitionem violenti est enim involuntarium per violentiam violentum in secundo movet dubitationem de quibusdam operationibus. de quibus dubium est utrum sint voluntarie vel involuntarie cum dicit. quecumque autem propter timorem et cetera. primo sic dicit. quod violentum est cuius principium est extra tale existens. in quo nichil confert qui operatur et qui patitur. et ponit exemplum. ut abstulit aliquid alicubi hoc est violentum. ut si [illegible] alicui. deinde sequitur pars in qua movet dubitationem de quibusdam operationibus de quibus dubium est utrum sint voluntarie vel violente. et hec pars duas habet partes. quia primo movet dubitationem de quibusdam operationibus que magis videntur esse vel magis sint violente quam voluntarie. Secundo ponit dubitationem de quibusdam aliis operationibus que magis sint voluntarie quam violente ibi. si quis autem eaque delectabilia sunt et cetera. prima pars dividitur in duas partes in prima movet auctor dubitationem. in secunda solvit eam cum dicit. mixte ergo et cetera. prima pars dividitur in duas partes in prima movet auctor dubitationem. in secunda confirmat partem utramque dubitationis per rationes cum dicit. nullus enim simpliciter iactat et primo ponit rationes ad confirmandum quod sunt voluntarie. in salute autem et cetera. prima pars in qua movet dubitationem potest dividi in duas secundum duo exempla que ponit. secundum cum dicit. tale quod accidit circa eos qui intempestatibus et cetera. Circa primam istarum sic procedit et continuat dicendis. in dictis est quid est violentum. sed de operationibus que fiunt propter timorem aut propter magis bonum dubitationem habent utrum sint voluntarie vel involuntarie verbi gratia aliquis tirannus precipit alicui homini quod occidit aliquem aut sub tali pena. quod si hoc non fecit occidet eum. ille vero interficit illum hominem. timens mori. queritur igitur utrum illa operatio sit voluntaria vel involuntaria. Item aliud exemplum ponit dicens. quod si aliquis existens in mari videns periclitari navis nisi proiciat merces in mari. proicit merces in mari. ne ipse periclitetur et socii sui. queritur igitur utrum illa operatio sit voluntaria vel violenta sive involuntaria et ostendit auctor quod est involuntaria dicens. quod nullus simpliciter volens proicit merces suas in mari. quare hic proiectio involuntaria est. Deinde ponit rationem ad ostendendum quod sunt voluntarie. et est talis. Omnis operans aliquid propter salutem suam sive intendens per hoc suam salutem operatur illud voluntarie. sed proiciens merces in mari per hoc intendit salutem suam. ergo hoc est voluntarium. sive hic proiectio est voluntaria et non violenta vel involuntaria. Deinde sequitur pars in qua solvit dubitationem istam et hec pars dividitur in quatuor in prima solvit auctor hanc dubitationem In secunda declarat quasdam circumstantias harum operationum. cum dicit. In operationibus autem talibus. In tercia quia aliquis posset querere quale pro quali sustinendo. dicit quod hoc declarare est difficile. In quarta regreditur super suum principale propositum et declarat quando hee operationes sunt voluntarie et quando involuntarie. pars tercia ibi. est autem difficile quando [illegible] et cetera. Quarta ibi. vel non hoc dicendum violenta et cetera. Circa primum istarum partium sic procedit auctor dicens. quod hee operationes sunt mixte sunt enim partim voluntarie et partim involuntarie. voluntarie sunt quia principium motus partes [illegible] ut manus et pedes ad proiciendum. participandum merces in mari est in ipso operante vel proiciente. voluntarium est autem cuius principium est intra. Item involuntarie sunt hee operationes quia nullus id est per se id est simpliciter et absolute eligit aliquam talium operationum. Deinde sequitur pars illa in qua determinat quasdam circumstantias illarum operationum dicens. quod illi laudantur qui patiuntur turpia pro magnis bonis. sed qui turpia patiuntur vel agunt pro parvis bonis illi vituperantur in aliquibus autem non attenditur laus. sed propter ignorantiam [illegible] autem pena. ut ponantur quando. aliquis talia operatur que naturam hu[illegible] excedunt et que non debet homo operari que [illegible] da enim non est faciendum. sed magis moriendum est quam illa facere ut magis eligendum est mori quam [illegible] vel matrem vel [illegible] interficere. sequitur alia pars

modo dixisti quod in talibus operationibus sunt propter tales operationes quia laudantur homines quia vituperantur a ratione pro quali sustinendo ita quod non vituperetur. Ad quod respondet auctor dicens quod determinare quale pro quali sustinendum sit illud est difficile. quia quod preeligendum alii est gravius quam pena que promittitur alii aut econverso. Deinde sequitur pars in qua recapitulat auctor supra suum principale propositum dicens quod operationes predicte nec simpliciter sunt voluntarie nec simpliciter involuntarie. Sed partim voluntarie partim involuntarie. Sunt enim voluntarie quantum ad hoc quod principium istarum operationum est sive in operante sunt involuntarie sive quoad hoc quod nullus per se eligit aliquod istorum. Deinde sequitur pars in qua movet dubitationem de quibusdam operationibus que magis sunt voluntarie quam involuntarie dicens quod dubitatio est utrum operationes quas facimus moti a delectationibus extra sint involuntarie. videtur enim quod sint eo quod hec extra delectabilia extra nos cogunt nos et hec pars dividitur in tres partes quia sicut dictum est primo movet auctor dubitationem. Secundo ostendit quod hee operationes non sunt involuntarie sed voluntarie. cum dicit. erunt enim sicut violenta omnia. et tunc resumit diffinitionem violenti supius positam ut evidentius sit quod predictum est. cum dicit. violentum utique violentum esse. Pars autem media in qua probat quod hee operationes quas facimus moti a delectationibus extra sunt voluntarie et non violente dividitur in duas secundum duas rationes per quas probat hoc. prima hic. erunt enim sic violenta et cetera. Secunda ibi. ridiculum autem causari. Prima ratio talis est. qui operantur cum tristicia nolentes operantur. ergo si qui operantur propter delicias volentes operantur et volentes. cum omnis operatio sit propter delectationes et tristicias. sic omnis operatio erit violenta hoc autem est falsum non igitur operatio propter delicias erit violenta. Secunda ratio talis est violentum est cuius principium est extrinsecum et nichil conferente qui operatur et qui patitur ergo cum in talibus operationibus patientes aliquid conferant cum se humiles ut reparentur a delectationibus manifestum est quod hee operationes non sunt involuntarie sed voluntarie et ut evidentius sit quod dictum est resumit diffinitionem violenti supius positam dicens quod violentum est cuius principium est extrinsecum nichil conferente illo qui patitur. Hec est sententia huius partis. Hic dubitatur circa unum. primum de hoc quod determinat auctor de voluntario et involuntario. Unde dubitatur primo utrum ad moralem de voluntate pertineat determinare. Secundo dubitatur gratia huius utrum debeat determinari de scientia et scibili sicut de voluntate et voluntario. Tertio dubitatur gratia huius cum ad virtutem requiratur scire et velle cui istorum actuum magis attribuenda sit virtus. Quarto dubitatur utrum malum sit voluntarium vel involuntarium gratia huius quod dicit quod per operationes voluntarias laudamur et vituperamur. Quinto de diffinitione involuntarii. Sexto de diffinitione violenti. Septimo et ultimo de hoc quod dicit auctor quod hee operationes que fiunt propter timorem aut aliquid

hee partim sunt voluntarie partim involuntarie. unde dicit quod sunt mixte. Circa primum sic proceditur et videtur quod moralis de voluntate non debet determinare. quia cuius est considerare subiectum eius est considerare potentiam vel proprietatem illius subiecti. sed naturalis est animam considerare. ergo cum voluntas sit potentia vel passio sive proprietas anime. et naturalis erit determinare de voluntate et non moralis. Preterea sic est quod moralis de aliis potentiis non determinat ut de vegetativa et sensibili. sed naturalis quia animam considerat. ergo neque debet de voluntate determinare. sed naturalis. Item tu dicis quod propter virtutem de voluntate determinat sive de voluntario ergo cum voluntarium nichil ad virtutem conferat videtur quod de voluntario non debeat determinare. Ad primum dicendum quod voluntas potest considerari dupliciter vel per comparationem ad subiectum vel per comparationem ad obiectum et ad obiectum dupliciter quia aut secundum quod illa comparatio est naturalis aut secundum quod est deliberativa vel rationalis. Dico igitur quod moralis primo modo non considerat voluntatem neque secundum quod comparatur ad obiectum naturaliter sive secundum quod comparatio huius ad obiectum naturalis est. sed considerat eam secundum quod ratio eius ad obiectum deliberativa est et rationalis. hoc est secundum quod ratio est deliberans et dictans et hoc modo debetur voluntati meritum vel demeritum. primo modo non. et sic patet ergo quo sit voluntas de consideratione moralis et naturalis. non enim est comparatio voluntatis ut est cum deliberatione sive secundum quod rationalis est ad cuius obiectum naturalis. et hoc modo ipsam considerat moralis. Ad secundum dicendum quod penes alias sive quo ad alias potentias anime vel proprietates non attenditur meritum vel demeritum propter quod de aliis non determinat moralis. Ad aliud dicendum quod sicut dicit aristoteles qui bene diffiniunt contraria consignificant unde ad huius plenam notificationem huius contrarium oportet alterum notificare. et quia voluntarium et involuntarium sunt contraria ideo ad habendum plenam notitiam de voluntario et de eius opposito quod est involuntarium determinat. unde ratione voluntarii de involuntario determinat ut magis pateat natura voluntarii. Aliter potest responderi quod moralis de felicitate et virtute determinat secundum quod sunt bonum civile. Civilis autem qui est legislator debet bonos remunerare et malos punire. et quia ad operationes involuntarias consequitur ignoscentia vel pena. sicut ad voluntarias laus vel vituperium ideo ut magis sciat civilis quibus operationibus debetur pena vel ignoscentia laus vel vituperium de utroque scilicet tam de voluntario quam de involuntario debuit determinare. sic potest responderi ad hoc primum. Circa secundum sic proceditur ad virtutem tria requiruntur. scire velle et operari ergo sicut determinat auctor gratia virtutis de voluntate et voluntario. Similiter debet determinare de scientia et scibili. Preterea sicut dicit augustinus liberum arbitrium est facultas voluntatis et rationis. voluntas ad bonum ratio ad scibile aut cognoscibile. unde ratio cognitiva est. cum igitur virtus sit a libero arbitrio videtur quod sicut auctor de voluntate ita debet de ratione vel cognitione determinare. Ad hoc dicendum quod scientia speculandorum nichil facit ad virtutem. Scientia autem operandorum facit vel confert. dico tamen

quod scire de se terminatur ad verum et ad scibile sed scire secundum quod confert ad virtutem non est propter se sed respicit terminum. Sed propter velle ideo de velle sive de voluntate determinat auctor et non de scire. scire enim parum aut nichil confert ad virtutem sed velle et operari totum. quia igitur secundum quod confert ad virtutem terminum proprium non respicit quod est scibile vel verum propter hoc de scientia et scibili non determinat auctor. Sed de voluntate cui magis attribuitur virtus et propter quod confert scire ad virtutem. Circa tertium dubitatur tertio cui magis sit attribuenda virtus. an scientie an voluntati. et quod scientie videtur quod est scire magis. probatio. quod sicut dicit aristoteles in primo libro ab eo bene incipimus operari a quo incipit differentia nostri ad bruta. sed a cognitione vel scientia incipit differentia nostri ad bruta. non a voluntate volunt enim sicut et nos. quare a cognitione incipit bona operatio sive bonum in nobis. Sed illi a quo habet inceptionem bonum in nobis attribuendum est. quare magis attribuendum est virtutem sive bonum scientie quam voluntati et ita magis dicendum scire vel scientiam esse causam virtutis quam voluntatem. Item ad idem quando plures actus ordinantur ad effectum aliquem. ultimo actui attribuitur effectus tamquam cause illud patet in motu ... implicite in multis aliis. si velle prius est quam scire quod patet prius est velle scire quam scire. quare prius est velle quam scire magis ergo dicendum scire causam virtutis esse quam velle. Ad oppositum sic ostenditur per hoc quod supius dixit auctor. quod scire parum aut nichil confert ad virtutem sed velle et operari totum arguo igitur. si velle et operari totum confert ad virtutem. scire autem aut parum aut nichil manifestum est quod magis dicendum est velle causam esse virtutis quam scire. Item hoc patet per hoc quod dicit per hoc quod voluntas per se est ad bonum. scire autem ad verum per se ad bonum non nisi per accidens. unde scientia boni est per accidens. veri autem per se. voluntas autem boni est per se veri non nisi per accidens magis ergo dicendum est velle causa virtutis quam scire. Item hoc apparet per hoc quod sciat aliquis quicquid voluerit bonum non propter hoc erit bonus et hoc dixit supius. sed velle quantumcumque voluerit bonum poterit esse bonus. quare voluntas magis causa est virtutis sive boni quam scire et scientia quod concedo. Ad primum obiectum in contrarium dico quod licet bonum habeat principium vel inceptionem a cognitione et scientia. consumptionem tamen habet a voluntate. et ei attribuendum est bonum. a quo propter illud quod vult aristoteles habet consumationem vel completionem. vel aliter dicendum quod per illud quod vult aristoteles ostendere in quo est virtus. sicut in libro de anima ostendit quod est ab anima rationali. quam ab illa incipit differentia nostri ad bruta. nec potest sic concludere quod scientia magis sit causa virtutis quam voluntas. vel aliter dicendum quod a voluntate incipit bonum. sed hoc a voluntate rationabili. hoc autem non est in brutis. unde per hoc differimus a brutis. Ad aliud dico quod est scire cognoscendorum vel speculandorum et scire operandorum cum ergo obicit quod velle precedit scire hoc est verum scire speculandorum sed hoc scire nichil confert ad virtutem sed scire operandorum precedit velle prius enim

scimus vel cognoscimus operanda quam velimus ipsa operari. hoc autem scire ad virtutem requiritur. Circa quartum sic proceditur et ostenditur quod malum sit involuntarium et non voluntarium. per hoc quod dicit dionysius quod malum est ad cuius terminum nullus operans respicit et si hoc manifestum est quod malum voluntarium non est. Item ad idem bonum est per se voluntarium. ergo malum per se involuntarium et tenet hec consequentia per hanc regulam. si contrarium in contrario et propositum in proposito tenet enim in predicatis per se. Item voluntas naturalis est. et natura est boni vel ad bonum voluntas ergo de se ad bonum est. non ergo ad eius contrarium. et in malum non est voluntarium. Ad oppositum autem ostenditur per hoc quod dicit augustinus quod malum adeo est voluntarium quod si non est voluntarium non est malum. malum igitur voluntarium est. Ad hoc intelligendum est quod aliquid esse voluntarium hoc potest esse multis modis aut quia est a voluntate permittente aut quia a voluntate operante. aut quia a voluntate intendente. a voluntate permittente sic ego permitto aliquid furari vel hominem aliquem occidi sic est peccatum per omissionem voluntarium ut peccatum quod aliquis habet propter hoc quod non facit aliquid quod debet ut quod aliquis clericus non dicit horas suas. voluntas enim permittit quod non dicat et sic est peccatum hoc voluntarium quia a voluntate permittente. voluntarium a voluntate operante. sicut quod aliquis luxurietur. hoc voluntarium. voluntarium enim a voluntate intendente duobus modis est. aut quia bonitas intendit substantias sub intentione vel specie propria. et sic est bonum voluntarium. aut quia intendit substantiam rei. non sub intentione propria vel specie propria. sive sub modo proprio. sed sub alieno. hoc modo est malum voluntarium. voluntas enim malum id quod est vel substantiam mali intendit non tamen sub specie mali vel in quantum malum sed sub specie boni. sic igitur patet quo est malum voluntarium et quo involuntarium. Ad primum quod obicitur quod non sit voluntarium per hoc quod dicit dionysius quod nullus operans ad terminum mali respicit dico quod per hoc quod dico terminum potest dici vel substantiam mali. et sic non habet veritatem illud verbum. vel potest dici speciem in intentionem mali. et sic habet veritatem. Ad aliud dicendum quod de voluntate est loqui dupliciter aut in quantum est naturalis. aut in quantum est deliberativa. dico ergo quod loquendo de voluntate in quantum naturalis est. hoc est per se bonum voluntarium. sed loquendo de ipsa in quantum est deliberativa illa propositio non est per se sed per accidens. voluntas enim deliberativa non magis est ad bonum quam ad malum et tali voluntati debetur meritum vel demeritum sive talis voluntas meretur vel demeretur non voluntas secundum quod naturalis est et sic cum per malum demereatur patet quod malum voluntarium est per hoc idem patet solutio ad tertium. Circa quintum sic proceditur et primo obicitur de ordine. quam cum involuntarium sit privatio voluntarii et habitus ante privationem prius debet auctor de voluntario determinare quam de involuntario. Et hoc iterum apparet per hoc quod prius intendit auctor de voluntario. de involuntario autem non nisi gratia voluntarii. Item circa diffinitionem involuntarii cum enim

ad scire tria requiruntur. scire. velle. et operari. videtur quod sicut est involuntarium per ignorantiam debet esse involuntarium per operationem. Item illud quod fit per necessitatem illud est involuntarium. videtur ergo quod sicut dividit auctor involuntarium per involuntarium et per violentiam et per ignorantiam similiter debet dividere involuntarium per necessitatem et ita debet ponere plura membra involuntarii propter hoc quaeritur penes quid sumuntur illa duo membra.

Ad primum dico quod sicut predictum est. auctor non determinat de involuntario nisi propter violentiam ut magis notificet voluntarium quia igitur per notificationem ipsius voluntarii cum prius sit per alterum habet notificari quam illud quod ipsum habet notificari. ideo prius determinat auctor. de involuntario quam de voluntario. Et alia de causa involuntarium sumitur vel dicitur per privationem voluntarii. unde penes defectum differentiarum que ad voluntarium concurrunt sumuntur de involuntario que sunt involuntarium per violentiam et per ignorantiam voluntarium enim cuius principium est in eo qui operatur cognoscendi singularia per defectum huius differentie vel conditionis cuius principium est intra. vel in eo qui operatur sumitur involuntarium per violentiam cuius principium est extra per defectum vero cognoscendi huius singularia sumitur involuntarium per ignorantiam. sic igitur patet quod involuntarium quantum ad utrumque eius membrum est simplicius quam voluntarium et ratione huius simplicitatis que est in involuntario respectu voluntarii. prius determinat auctor de involuntario quam de voluntario. et per hoc quod dictum est patet solutio ad illud quod querit penes quid sumuntur ille due differentie voluntarii. Ad illud quod querit quare non est involuntarium per operationem sicut per defectum scientie. dico quod operatio sequitur ad voluntatem. unde ad privationem voluntatis sequitur privatio operationis et sic quia involuntarium privat operationem ad utrumque. non est involuntarium per defectum operationis distinctum contra alia. quia ad quodlibet involuntarium consequitur defectus operationis ad virtutem. Ad aliud solutio. querit enim auctor in fine istius illud quod fit per necessitatem. ut illud quod facimus moti ad delectationibus exterius sint involuntaria vel voluntaria et dicit quod sunt voluntaria. voluntas enim potest sic [illegible]. Quod vero sic proceditur. dicit auctor quod involuntarium est. cuius principium est extra et nichil confert qui operatur et qui patitur. Sed contra. posito motore et mobili de necessitate ponitur motus. nichil est ergo quod dicit ad motum violentum nichil confert qui operatur et qui patitur. Preterea quod magis confert ad motum quam effectus. constat quod nichil quare nichil est. quod dicit quod nichil confert qui operatur. Preterea dicitur quod violentum est cuius principium est extrinsecus Sed hoc quod ergo motus istorum inferiorum violentus principium enim motus istorum inferiorum sunt corpora superiora. et hec sunt extra nos. Item videtur quod motus celorum sit violentus spera enim superior movet speram inferiorem ut speram ignis et ad hunc motum non confert passum. sed potius in contrarium movetur motus enim spere inferioris circularis est et motus celorum circularis videtur igitur quod motus spere inferioris sit violentus. Item videtur quod operatio que est secundum quod aliquis facit domum vel archam sit violenta principium enim est extrinsecus et nichil confert qui patitur. lapides enim et ligna nichil conferunt. quare hec omnis operatio que est ab arte est violenta quod est inconveniens. Item in quolibet motu sunt inqualibus actionem nonne passum aliquid confert. non enim esset passum nisi esset hic motus vel actio. quid ergo est et quod dicit nichil conferre.

Ad duo primo planum est solutio. cum enim dicit auctor quod nichil confert qui operatur et qui patitur. dico quod non loquitur de operante qui est efficiens. unde dico quod est operans in efficiendo. et operans in resistendo cum dicit auctor quod nichil confert qui operatur. non loquitur de operante qui est efficiens. sed de operante per resistentiam ut lapis qui sursum proicitur est operans in resistendo. resistit enim natura lapidis huic motui inquantum potest, quia de natura sua movetur lapis in contrarium. patet ergo solutio ad illa duo cum dicit quod per applicationem vel ordinem operantis ad operatum derelinquitur operatio. et in operans confert. loquitur de operante qui est efficiens. et similiter est de alio. sed de tali operante non intelligitur quod dicit quod nichil confert qui operatur et qui patitur. sed de operante per resistentiam. et talis operans est ipsa res operata vel mota. Ad aliud dico. quod licet principium motus istorum inferiorum sit extrinsecus ut corpora superiora non tamen est violentus. confert enim ad hunc motum qui patitur suum mobile reddunt enim hoc inferiora sensibilia vel sunt habilia ad suscipiendum motum vel influentiam corporum superiorum. Ad aliud dico quod motus spere inferioris non est violentus quia licet celestia moveantur recte vel motu recto. et primum mobile motu contrario motus tamen rectus sicut probat auctor multis argumentis non est contrarius motui circulari. et tamen dicit auctor quod violentum est in quo nichil confert qui patitur. dico quod aliquid non conferre ad aliquem motum. hoc potest esse dupliciter. aut quia per indifferentiam se habet ad illud. quare nec adiuvat nec contradicit sicut quod tunc habes illum nichil conferre. quia nec adiuvo nec contradico aut non conferre quia de natura sua movetur in contrarium suum potius tendit suum conferat ad contrarium. dico tunc quod cum dicit auctor quod violentum est in quo nichil confert qui operatur non accipitur non conferre primo sed secundo modo. et sic non potest dici quod celestia nichil conferant ad motum eorum qui est a primo mobili non enim moventur in contrarium. motus circularis et motus rectus cum sit contrarius motui circulari. sicut per multas rationes probat auctor per hoc quod nunc dictum est patet solutio ad illud quod sequitur. licet enim archa que fit vel domus nichil conferat ad illam operationem quia nec contradicit. nec adiuvat. sed per indifferentiam se habet non tamen non confert ita quod moveatur in contrarium suum ita quod de natura sua potius inclinetur vel faciat suum conferat ad contrarium quantum ad hoc. Ad aliud dico quod violentum est in quo nichil confert qui patitur effective sive in ratione cause efficientis sed quodam alio genere conferat et sic intendit auctor. Quod ultimum sic proceditur et queritur utrum operationes que fiunt propter timorem ut proiectio divitiarum in mari sint voluntarie vel violente quod sint violente sic probatur quod est simpliciter et absolute tale est ita tale. sed auctor dicit. quod hee operationes simpliciter et absolute sunt involuntarie. quare hee operationes sunt involuntarie. Sed contra. sicut causatum est voluntarium et causa est voluntaria sed causatum sive finis harum operationum est voluntarius. ille

enim qui merces suas in mari proicit facit hoc propter salutem suam et aliorum. et aliquid facere sui salute propter hoc est voluntarium cum velit suam salutem hee ergo operationes sunt voluntarie

Ad quod dicendum quod hee operationes possunt considerari simpliciter et absolute preter relationem vel comparationem ad finem et hoc modo dico quod sunt involuntarie. et hoc est quod ipse dicit quod nullus per se eligit aliquam istarum operationum considerando tamen has operationes per relationem ad finem sic dico quod voluntarie sunt sicut obiectum est. et sic patet solutio ad ea que hic queruntur.

Expositio littere. Virtute utique et cetera. ablati absoluti sunt omnes. et vituperatione fiente. id est facta. Utile autem legislatoribus. supple scire. quid voluntarium et involuntarium. et de hiis determinare. et ad honores. id est ad remunerandum bonos. et ad penas. id est ad puniendum malos. violentum et cetera. nichil confert supple quia contrarium. qui operatur in resistendo. Verbi gratia. si spiritus. id est ventus. vel homines domini existentes. Aliquorum negant eos aliquid facere. Quecumque autem et cetera. legas sic. autem hoc est certe. dubitationem habent utrum sint voluntaria aut involuntaria quecumque propter timorem. et cetera. Verbi gratia. si tyrannus. ut rex. iubet et cetera. tyrannus dico existens. dominus parentum et natorum. et esse preceptum tyranni quod eis iniungit sunt quod dicit eis. dominus. facientes quid et cetera. tale quid. id est similiter. accidit circa eos et cetera. Aliud exemplum. in salute autem et cetera. iactant omnes supple. voluntarie sunt tunc cum operantur per operationem ad finem supple. finis autem et cetera. planum est quod sequitur. in aliquibus autem. laus non fit. id est non attenditur laus aut per secundam. ignorantia. et cetera. et que humana naturam excedunt. id est que non deberent. operari. ab homine. que nullus utique. sustinet. id est debet vel deberet sufferre. quedam autem forsitan non est cogere. id est non est facere per coactionem. sed magis et cetera. et enim ea que coegerunt almeona. euripedis. id est filium euripedis qui per rationem uxoris sue matrem suam interfecit autem non dixisti quod non est bonum sustinere magna per peius et contraria facere per minus ut occidere hominem pro timore aliorum quia quibus fiebant iniuria pandum modo dicas in quale per quali debeam sustinere vel quod non acquiram in omni vel vituperium dicit auctor. quare hic determinare est difficile et hic est. est autem difficile ad hoc autem difficilius immorari cognitis. id est sustinebit. est scire quod sustinebit et per quo et quid est quod expectat difficilius est. morari. id est consentire ad faciendum quod preceperit propter tristiciam aut penam quanda. sepius enim que expectant sunt tristicia. ad sustinendum quam ea que cogunt ad faciendum aliquam causam. vel non hoc de eo etcetera. Regreditur ad suum principale propositum. Sed simpliciter quedam sunt involuntaria. vel involuntarie operationes. quando causa in hiis que fiunt. id est operationum que fiunt est extrinsecus. et qui operatur et cetera. que enim sunt supple talia. per se involuntaria sunt non autem et per hiis. et per fine suo per comparationem ad finem sunt operationes predicte. volun[taria]. et propter hoc quod principium ipsarum est in faciente. unde propter illa duo sunt ille operationes voluntarie per se. id est simpliciter et absolute considerando. Volun[taria]. magis autem et cetera. quia operatio talis est in singularibus. autem. singulares operationes aut que sunt in singularibus. volun[taria]. siquis autem et cetera. movet aliam dubitationem et ponit eam. quare videatur hec involuntaria. cogunt enim nos. delectabilia. extrinseca existentia. et probat quod non sunt involuntaria quia si sic erunt omnia involuntaria. hoc enim. id est extrinsecorum gratia vult quod quidam libri habent duas lineas de littera et que non est de textu. sed glosa commentatoris et est quorum autem et cetera. indictum. id est de dictorum.

Quoniam autem per ignorantiam involuntarium et cetera.

Determinato de involuntario per violentiam. in parte ista intendit determinare de involuntario per ignorantiam et hec pars dividitur in duas partes in quarum prima dicit auctor quod non omne factum per ignorantiam est involuntarium et quia ex hoc videtur quoddam factum per ignorantiam est involuntarium. et quoddam non propter hoc in parte secunda determinat suas divisiones. que facta per ignorantiam non sunt involuntaria. in parte tercia dicit sunt determinat que facta per ignorantiam. sunt que operationes facte per ignorantiam sunt involuntarie. pars secunda hic qui autem per ignorantiam operatur aliquid non autem contristatur. tercia hic. sed quod nec in singularibus in quibus et cetera. prima pars potest dividi in duas. in prima dicit auctor. quod non omne factum per ignorantiam est involuntarium in secunda diffinitionem suam dicit. quod est involuntarium per ignorantiam dicens. quod involuntarium per ignorantiam est quod contristat operantem et penitentiam postquam factum est. unde illud quod operatur cum tristicia quia nesciens non sit bonum vel malum et propter quod penitet postquam factum est illud inquantum est involuntarium per violentiam ignorantiam et hoc est. involuntarium autem est quod contristatur et cetera. tunc sequitur pars secunda principalis in qua dicit quod operationes facte per ignorantiam non sunt involuntarie. et illa pars potest dividi in quatuor. secundum quatuor modos operationum factarum per ignorantiam que non sunt involuntarie quas tangit auctor prima hic. qui autem per ignorantiam operatur aliquid. secunda ibi. aliud autem ut et per ignorantiam. tercia ibi. involuntarium autem non est et cetera. Quarta ibi. neque utilis vituperatur et cetera. Quod vero primam istarum partium sic procedit dicens. quod qui operatur aliquid per ignorantiam et non contristatur in operatione non operatur volens nec non volens. volens non operatur quia nesciunt. Item non operatur non volens quia non contristatur. Deinde determinat modum secundum dicens. quod qui operatur per ebrietatem aut furorem operatur ignorans. Sed non videtur operari per ignorantiam. ignorans tamen operatur quia sciens non operatur ex quo infert quod omnis malus est ignorans propter hoc peccant multi quod ignorant et fiunt mali. deinde determinat modum alium dicens. quod si quis operatur per ignorantiam eorum que sunt ad finem non operatur involuntarie. deinde dat quartum modum dicens quod similiter siquis operatur per ignorantiam eorum que tenetur scire non operatur involuntarie vel sic siquis operatur per ignorantiam eorum que non operatur ulterius requiruntur in qualibet operatione involuntarie ea autem que in qualibet operante requiruntur sunt assensus et finis et materia circa quam. hoc vero sequitur pars tercia principalis hic per sit

capituli in qua determinat auctor ignorantiam quorum est involuntarium et hec pars dividitur in tres partes in quarum prima determinat auctor ignorantiam quorum est involuntarium in secunda ad maiorem evidentiam et declarationem predictorum determinat circumstancias operationum. in tercia resumit quoddam quod predictum est. scilicet ignorantia quorum est involuntarium et addit et hic facit quasi recapitulando. prima pars hic. sed quae in singularibus et cetera. secunda ibi. forsitan igitur non malum. tercia ibi. secundum utrasque tales ignorans et cetera. Circa primam istarum partium sic procedit dicens. quod ignorantia singularium in quibus et circa que consistunt operationes est involuntaria et hoc probat auctor dicens quod in ignorantia talium consistit ignoscentia et misericordia. et nota quod appellat ibi singularia idest singulares sive speciales circumstancias que in quibusdam specialibus operatione requiruntur. sunt enim quedam generales circumstantie operationum que generaliter in omni operatione requiruntur. et ignorantia talium non est involuntarium. item sunt in quibusdam operatione quedam speciales circumstantie et ignorantia talium est involuntarium. deinde sequitur pars alia in qua determinat circumstantias operationum et sunt hec. finis. offensum. idest circa quem. tempus. locus. instrumentum quo operatur et modus faciendi vel operandi. hec enim in omni operatione requiruntur et nullus hec ignorat nisi insanus. et declarat auctor per exempla quod hec ignoramus. et hoc est. vel autem aut quod non facientes. deinde resumit auctor circa ignorantiam quorum consistit involuntarium dicens. quod involuntario existente per ignorantiam singularium idest singularium vel specialium circumstantiarum que in singularibus operationibus requiruntur. adhuc oportet ibi esse tristiciam in operando et penitudinem post ipsum factum et in hoc terminatur tercia pars ista in qua de voluntario determinat auctor quo ad utrumque eius differentiam et sequitur pars alia. existente autem involuntario et cetera. in qua de voluntario determinat auctor et hec pars dividitur in duas. in quarum prima continuando partem istam ad precedentia ponit auctor diffinitionem voluntarii. in secunda movet dubitationem de quibusdam que videntur operationibus esse involuntarie et tamen sunt voluntarie et probat eas esse voluntarias et hec pars secunda ibi. forsitan autem non bene dicuntur et cetera. in prima sic dicit auctor quod cum involuntarium dupliciter dicatur. et per violentiam et per ignorantiam voluntarium est cuius principium est in ipso operante cognoscente singularia in quibus consistit ipsa operatio et hoc est. existente autem involuntario. Deinde sequitur pars secunda in qua removet dubitationem de quibusdam operationibus que videntur esse involuntarie cum tamen sint voluntarie. et hec pars dividitur in duas partes. quia primo movet dubitationem. secundo probat has operationes esse voluntarias cum dicit. primum quidem et cetera. In prima sic dicit quod operationes que fiunt per desiderium et iram dicuntur esse involuntarie. set forsitan non bene. et pro hoc consentit in parte istam quam post probat. tunc sequitur pars alia. in qua probat has operationes esse voluntarias. et hec pars dividitur in quatuor partes secundum quatuor rationes per quas probat auctor quod sint voluntarie. prima pars hic. primum quidem nullum. secunda ibi. ingenius autem forte. tercia ibi.

Adhuc autem secundum aliquid differunt et cetera. quarta ibi. videbitur autem non omnis et cetera. Circa primam istarum partium sic procedit et ponit talem rationem. si operationes que fiunt per desiderium et iram essent involuntarie. cum omne animal aliud sit ab homine et etiam pueri per desiderium et iram operentur. nullum aliud ab homine nec pueri operarentur voluntarie. cum igitur hoc sit inconveniens manifestum est quod hee operationes que per desiderium et iram fiunt non erunt involuntarie. deinde ponit auctor responsionem quorundam et primo ponit inconveniens ut aliquid eorum que operantur per desiderium et iram fiat voluntarie. et hoc est. deinde utrum nec. secundo ponit responsionem quorundam dicentium quod bona que operantur per desiderium et iram fiunt voluntarie. set mala involuntarie et hoc est. an bona quidem voluntarie. tertio istam responsionem improbat dicens. quod inconveniens est dicere mala que operantur esse involuntaria et bona voluntaria cum una causa existat boni et mali. quasi dicat. quorum eadem est causa. si unum est voluntarium et reliquum. set boni et mali una est causa ergo et cetera. et hoc est. set ridiculum. deinde ponit secundam rationem que talis est. inconveniens est ponere ea que oportet desiderare et in quibus oportet irasci esse voluntaria. set quedam sunt per desiderium que oportet desiderare et in quibus irasci. inconveniens est ergo ponere ea que fiunt per desiderium et iram esse involuntaria. deinde ponit responsionem quorundam dicentium quod ea que fiunt per iram sunt involuntaria et tristicia. set ea que per desiderium voluntaria et delectabilia. et hoc est. videntur autem et cetera involuntaria. et improbat auctor hanc responsionem ponendo rationem tertiam que talis est. ea sunt voluntaria esse que consistit peccatum sive malicia. set ea que fiunt per desiderium et iram sunt huiusmodi. ergo et cetera. et hoc est. set adhuc autem et cetera. deinde ponit auctor aliam rationem que talis est. operationes humane sunt voluntarie. set operationes que fiunt per desiderium et iram sunt humane. ergo sunt voluntarie. inconveniens est utique dicere hec involuntaria esse. hec est sentencia huius partis. Circa partem istam primo dubitatur de situ et ordinatione huius capituli. secundo de hoc quod dicit auctor quod qui operatur per ignorantiam et non contristatur non operatur volens nec nolens. volens enim quia nescivit. nolens non quia non contristatur. tercio dubitatur de hoc quod dicit quod qui operatur per ebrietatem aut iram non operatur per ignorantiam sed ignorans. et circa hoc dubitatur. quarto utrum ille qui operatur malum per ebrietatem aut furorem peccet. quinto circa hoc dubitatur utrum voluntas precedens possit esse causa vel sit causa operis male que sequitur. sexto dubitatur de hoc quod dicit quod omnis malus est ignorans. septimo dubitatur quis magis peccet utrum peccans sciens vel peccans ignoranter. octavo dubitatur de diffinitione voluntarii. nono et ultimo utrum esse operationes que fiunt per desiderium et iram consistat peccatum vel attendatur. Circa primum istorum sic proceditur. ignorantia opponitur scientie. set cuius est considerare unum eiusdem est determinare de uno oppositorum et de reliquo. cum ergo speculantiarum scientiarum sit scientiam considerare et de scientia determinare. earum est determinare de ignorantia non ergo practice scientie. Contra hoc oportet

etiam quod in libro posteriorum simul cum illo scientie determinatur de illa ignorantia opposita speculativarum. ergo scientiarum est de ignorantia est determinare quarum scientia est scientiam considerare et de scientia determinare. Item queritur cum in libro posteriorum dividatur ignorantia per ignorantiam negationis et dispositionis quare similiter non dividitur hic. Ad primum dicendum quod scientia potest dupliciter considerari aut quantum terminatur ad verum vel secundum quod est verum. et sic est de consideratione scientiarum speculativarum. et ignorantia que huic scientie opponitur similiter. aut secundum quod terminatur ad bonum sive rationem boni et operationis et sic est de consideratione moralis scientie et ignorantie que privat talem scientiam et hoc ut mihi videtur nichil aliud est dicere quod est scientia speculativarum et talis est de consideratione speculativarum scientiarum. et ignorantia ei opposita et scientia operandarum et talis consistit ad virtutem et consideratur vel attenditur a morali et ignorantia talis scientie opposita. sic igitur patet quod differenti modo consideratur scientia ab ethico et speculativo. et similiter ignorantia. Ad aliud dico quod moralis de ignorantia non determinat nisi ratione voluntarii vel operationis. ista autem divisio ignorantie per ignorantiam dispositionis et negationis est ignorantie secundum se. propter quod hanc divisionem non ponit auctor. Circa secundum sic proceditur. dicit auctor quod qui operatur per ignorantiam non contristatur non operatur volens et hoc probat dicens. quia nesciunt. sumitur ergo auctor per hoc quod voluntas supponat scientiam. Contra hoc item patet scilicet quod voluntas supponat scientiam per hoc quod dicit Aristoteles in libro topicorum quod voluntas est in solis rationalibus. ratio autem est virtus cognitiva. videtur ergo per hoc quod voluntas sit tantum in habentibus cognitionem et sic voluntas supponit scientiam vel cognitionem. Contra oppositum autem videtur per hoc quod habet auctor per inconveniens nullum aliud ab homine operari voluntarie ubi probat ea que fiunt per desiderium et iram esse voluntaria. videtur ergo auctor aliud ab homine aliud voluntarie operari non tamen aliud ab homine habet scientiam non supponit ergo voluntas scientiam. Item dicit auctor quod qui operatur per ignorantiam et non contristatur non operatur volens. quia scivit. nec non volens quia non contristatur. videtur ergo auctor quod inter volens et non volens sit medium. set hec se habent ut contradictorie opposita et sic videtur quod inter [illegible] contradictorie opposita [illegible] sit medium quod est inconveniens. [illegible] Ad primum dicendum quod [illegible] de voluntate est loquitur [illegible] dupliciter. aut in[illegible] quantum est absoluta. aut [illegible] de voluntate cum discretione [illegible] cum discretione. item voluntas [illegible] est duplex aut cum discretione [illegible] [illegible]tione naturali [illegible] secundum quod planta differt [illegible] inter hanc terram et illam. quia hec terra magis [illegible] convenit nutrimento huius terre plante quam illa. et [illegible] hoc videmus quasdam plantas crescere in locis siccis [illegible] et in montibus [illegible] in locis aquosis. nutriuntur [illegible] Item est voluntas cum discretione deliberativa [illegible]. dico igitur quod voluntas absoluta non [illegible] supponit scientiam nec voluntas cum discretione naturali [illegible] set voluntas cum discretione deliberativa et de hac [illegible] loquitur Aristoteles in littera et in libro topicorum [illegible] cum dicit

quod voluntas est in solis rationalibus. Ad aliud quod obicitur quod auctor videtur operari alia alia voluntarie dico quod verum est loquendo de voluntate absoluta vel de voluntate cum discretione naturali et non deliberativa vel rationali. vel aliter quod auctor appellat hominem solum qui vivit secundum rationem. malos autem sive peccatores vocat alia alia ab homine secundum quod in sacra pagina dicitur homo luxuriosus porcus et astutus vulpes et sic de aliis. alias proprietates aliorum habentibus et tales operantur voluntarie. de hoc non est dubium propter quod per inconveniens alia alia ab homine non operari voluntarie. Ad aliud dico quod inter volens et non volens uno modo est medium. alio modo non. quia cum dico non volens potest esse negatio voluntatis vel voluntas negationis secundum quod diceret hanc esse duplicem non omnis homo currit quia potest esse distributio negationis vel negatio distributionis. Similiter dico quod cum sic dicitur non volo te currere hec est duplex ex eo quod negatio potest esse duplex voluntatis vel voluntas negationis et sic sequitur negatio hoc verbum volo et differt sic. et sic dicere quia cum dico non volo te currere [illegible] tu habeo quod tu curras vel non curras vera est ista non volo te currere secundum quod negatio voluntatis est. set si sit voluntas negationis tunc non potest habere veritatem nisi velim quod tu non curras. dico igitur quod cum sic dico volo te currere non volo te currere. uno modo sumuntur ut due contradictorie. alio modo contrarie. quia secundum quod negatio est voluntatis sic sunt contradictorie et hoc modo non cadit inter ista duo medium. set secundum quod est voluntas negationis sic sunt contrarie et hoc modo possunt habere medium. dico igitur quod cum dicit Aristoteles quod qui operatur per violentiam et non contristatur non operatur volens nec non volens. accipit non volens secundum quod est voluntas negationis et sic opponuntur contrarie volens et non volens non contradictorie. et sic possunt habere medium. Circa tercium sic proceditur. dicit auctor quod qui operatur per ebrietatem operatur ignorans set non per ignorantiam. set contra. Omnis sciens secundum quod est sciens actu operatur per scientiam. ergo similiter omnis ignorans secundum quod est ignorans actu operatur per ignorantiam. quare cum ebrius sit actu ignorans operatur per ignorantiam. Ad hoc possunt esse plures rationes ad hoc. set dicendum quod in parte ista utitur auctor hac propositione per secundum quod dicit causam cum perfectione hoc est causam que est tota causa idest quod non requiritur vel preexigit causa alia. sic dico quod operans per ebrietatem non operatur per ignorantiam idest quod ly per dicat causam cum perfectione. operatur tamen per ignorantiam accipiendo ly per secundum quod dicit causam completam et non causam perfectam vel cum perfectione. Set tunc dubitatur quarto utrum operans per ignorantiam vel furorem peccet. quod non probatur. dicit Aristoteles in nona ethicorum quod ab eo a quo incipit differentia nostri ad bruta incipit vel est opus malum sive peccatum. set a ratione incipit differentia nostri ad bruta. ergo a ratione incipit sive est peccatum. et si hoc aut ergo a ratione quantum ad substantiam rationis aut quantum ad usum. non a ratione quantum ad substantiam rationis. quia si sic puer unius anni natus peccaret

cum in eo sit usus rationis, quod dicere est inconveniens. Ergo est aliquid contrarium ad usum rationis. Sed in homine ebrio non est usus rationis, et loquor de homine summe ebrio cum totaliter suffocata est ratio operans. Ergo per ebrietatem non peccat, nec similiter operans per furorem. ¶ Ad idem est ratio. Augustinus in libro de civitate dei inquirit utrum virgines que deflorantur per violentiam peccent, et ostendit quod non, et est sua ratio sic: concupiscentia vel delectatio que per violentiam fit in corpore dormientis peccatum non facit, quanto magis in corpore virginis renitentis et resistentis peccatum non patitur. Arguo igitur sic: ex illo Augustini vult quod opera mala dormientis non generant sive inducunt peccatum. Hoc autem non est nisi quia dormientes usum rationis non habent. Ergo cum ebrius vel furibundus usum rationis non habeant, manifestum est quod operans per ebrietatem aut furorem non peccat. ¶ Item hoc apparet per hoc quod inferius dicit auctor, quod furiosi fiunt sicut fere contingentes. Cum igitur fere non peccent, nec furiosi vel operantes per furorem peccabunt. ¶ Ad oppositum autem ostenditur per hoc quod dicit Ambrosius in decretis: operanti malum per furorem danda est pena cum minor quam alius, et si hoc cum non sit nisi detur pena nisi pro peccato, manifestum est quod operantes per furorem peccant. ¶ Pertractando dicitis operantes per ebrietatem aut furorem non peccare nisi propter hoc quod tu dicis quod non habent usum rationis. Sed quod usum rationis habent apparet: loquuntur et ratiocinantur, et hoc est usus rationis; habent ergo usum rationis, quare peccant. ¶ Preterea multi sunt qui propter culpam suam decidunt in furorem, ut multi iuvenes propter amorem mulierum et fatuitatem, alia propter que decidunt in furorem. Si ergo isti non peccarent operando malum per hunc furorem, propter hoc opus deberetur eis commodum vel incommodum, quod non sic. Factum manifestum est quod operantibus malum per furorem et ebrietatem debetur peccatum. ¶ Hoc autem apparet per hoc quod inferius dicit auctor, quod homini ebrio malum operanti per ebrietatem duplex debetur maledictio. Hoc autem non esset nisi peccaret. Manifestum est ergo quod operans per ebrietatem peccat. ¶ Ad hoc intelligendum est quod est quidam ebrius qui tam ebrius est quod omnino caret usu rationis et iacet quasi porcus, et de tali ebrio dico quod ipse operans malum per illam ebrietatem non peccat quantum ad illam operationem. Similiter dico de operante per furorem qui omnino caret usu rationis, et secundum hoc concedo rationes que probant operantem per ebrietatem aut furorem peccare. Procedunt enim omnino de ebrio vel furibundo cui totaliter suffocata est ratio, et qui privatus est totaliter usu rationis. Est autem alius ebrius qui non omnino caret ratione vel actu rationis, et furibundus hoc modo, et de talibus dico quod ipsi malum operantes peccant. Sic ergo concedo quod sic respondendum ad quamlibet istarum. ¶ Ad primum argumentum quod probat operantem per ebrietatem aut furorem peccare dico quod procedit de ebrio vel furioso qui non caret usu rationis sed habet usum rationis vel rationem aliquantulum tamen impeditam, et de tali bene concedo quod peccat. Vel dicendum quod iniungitur pena operanti malum per ebrietatem vel furorem non propter hoc quod illud opus vel illa operatio aliam penam exigit, sed propter hoc ut caveant alii a tali casu sive ebrietate aut furore malum operari, sicut rusticis percucientibus clericos iniungitur pena ut eant nudi per ecclesias ad pompas, non propter hoc quod illud peccatum talem exigat penam, sed propter hoc ut rustici alii caveant ne clericos percusserint et contempnant. Ad hoc dicit Ambrosius in decretis quod operanti malum per furorem iniungenda est pena ut caveant alii mala operari in casu tali. ¶ Ad aliud dico quod habere usum rationis hoc est duplex: aut usum rationis inquantum est natura, aut usum rationis inquantum est ratio. Et inquantum est ratio duplex: aut que vertitur circa cognitionem veri aut boni et operandi. Dico igitur quod ebrius et furibundus usum rationis habent inquantum ratio vel usum rationis actu inquantum est res nature, et hoc est loqui. Item usum rationis habent inquantum ratio est cognoscens vel usum rationis cognoscendorum vel conceptionum, et sic verificatur et facit locutiones et huiusmodi opera que sunt rationis ut est speculans, et propter huiusmodi tales operationes non debentur eis pro peccato. Sed usum rationis non habent boni vel usum rationis inquantum est boni operans, et penes huiusmodi usum rationis attenditur sive acquiritur bonum et malum. ¶ Ad aliud dico quod licet illi qui deciderunt in furorem propter culpam suam propter illam culpam debeant et peccatum, non tamen propter illud malum opus quod per furorem operantur, cum non sint rationabiles vel habent usum rationis. ¶ Ad aliud dico quod auctor non loquitur inferius de ebrio qui non habet usum rationis, qui forsitan in tempore suo non inebriabantur homines sicut modo, sed loquitur de illo qui usum rationis habet in potentia. Respondent ad ista argumenta aliter ut solet respondi, sic quod quidam sunt furiosi qui habent dilucida intervalla, hoc est qui non continue sunt furentes, et alii qui non habent dilucida intervalla sed qui continue sunt furiosi. Dicunt ergo quod illi furiosi qui habent dilucida intervalla si operantur malum contingit in furore peccant, et hoc quia sibi consulere potuerunt ne talia facerent dum sic patiuntur; potuerunt enim interrogare quod operati sunt dum sic infirmabantur, et cum providerunt sibi talem angustiam pati sic operarentur dum [illegible]rent. Sed de aliis qui continue patiuntur distinguunt, quia aut deciderunt in furorem propter culpam suam aut non. Si sic, dicunt quod si malum operetur propter furorem hic peccat, sed huius peccati non est causa voluntas quam tunc habet, sed voluntas precedens. Verbi gratia, aliquis dum sanus est non habet voluntatem occidendi hominem vel aliud malum faciendi, non audet aliud facere quia timet de se et timet suspendi si hoc faceret, sed ipse cogitat quod si puniretur, si est insanus et facit hoc non; facit quod sit insanus, et cum est insanus facit illud peccatum vel homicidium. Dico tamen quod peccat, sed non propter voluntatem

quam nunc habet, sed quam prius habuit. Unde voluntas precedens similiter est causa illius peccati, non voluntas presens sive quam habet in presenti. Si autem non decidit in furorem propter culpam suam, adhuc distinguunt, quia aut privatur ratione vel usu rationis ex toto vel non. Si non, dicunt quod non peccat malum operando propter furorem. Si sic, dicunt quod non peccant. Ita solvunt alii. ¶ Sed contra hoc quod dictum est, quod si furibundus in furorem decidit propter culpam suam et per furorem malum operetur peccat: quia cum solis rationabilibus debeatur peccatum, operans autem per furorem inquantum huiusmodi non est rationabilis, manifestum est quod ei propter operationem malam quam facit tunc non debetur peccatum. Et dicunt ad hoc quod voluntas precedens causa est illius peccati, non autem voluntas quam tunc habet. ¶ Contra tunc procedit, et queritur utrum voluntas precedens possit esse causa illius presentis operationis, et videtur quod non, quia unius actus et operationis tantum respondet una voluntas, sicut unius actus vel operationis tantum una voluntas causa est, et diversorum diverse. Non ergo erit eadem voluntas causa diversarum, et sic cum illa voluntas sit causa unius operationis vel actus precedentis, non erit causa illius sequentis. ¶ Preterea aliquis qui est avarus quod non audet comedere ut gallicus ieiunat, et decidit in furorem, et cum est furibundus est furibundus prodigus et dat omnia que habet. Prodigalitas autem vitium est et avaritia similiter, et sunt contraria vitia. Si ergo voluntas precedens causa esset huius vitii quod est prodigalitas, cum sit causa vitii quod est avaritia, sic eadem voluntas causa esset vitiorum contrariorum. Quod cum sit falsum, non est ponere voluntatem precedentem furorem esse causam mali quod operatur aliquis per furorem. ¶ Preterea aliquis facit peccatum aliquod veniale, et propter illud peccatum decidit in furorem, et per illum furorem peccat mortaliter, sit peccatum mortale. Arguo igitur sic: peccati venialis ad peccatum mortale nulla est proportio; ergo neque cause huius ad causam illius. Non potuit ergo voluntas eadem esse causa utriusque. Cum igitur peccatum veniale causetur a voluntate precedente furorem, illa eadem voluntas non erit causa peccati mortalis facti per furorem, et sic non erit ut videtur voluntas precedens furorem causa male operationis que fit per furorem. ¶ Ista omnia possumus concedere si volumus solvere secundum primam solutionem, quod operantes per furorem non peccant. Sed sustinentes secundam solutionem solvemus hoc modo ad primum obiectorum: quod eadem causa potest esse diversorum quorum unum ab altero dependet et quorum unum est causa alterius, et sic se habent operationes male furorem precedentes et ea que fiunt per furorem precedentibus, cum causa est, quia unum habent ordinem ad invicem. Sed diversorum que non habent ordinem ad invicem diverse sunt cause. ¶ Ad aliud dico quod eadem voluntas potest esse causa contrariorum, non tamen in ratione qua sunt contraria; non enim intendit voluntas aliqua inquantum contraria sunt. ¶ Ad aliud dicendum quod eadem voluntas potest esse causa venialis peccati et mortalis; erit tamen magis intensa ratione mortalis quam ratione venialis, sicut una et eadem respectu unius effectus magis esse intensam quam respectu alterius. ¶ Contra decimum sic proceditur: dicit auctor quod omnis malus est ignorans. Sed contra: non sequitur "est bonus, ergo est sciens", quare neque sequitur "est malus,

ergo est ignorans", et ita nichil est quod dicit quod omnis malus est ignorans. ¶ Sed dicit auctor multi sunt scientes bonum non tamen operantes; scientia ergo boni se compatitur cum omni malo; non sequitur igitur "est malus, ergo ignorans". ¶ Ad hoc dicendum quod duplex est scientia: scientia speculandorum et scientia operandorum. Et horum duplex, quia quedam simplex, quedam composita, quia affectiva; unde quedam est composita et cognitione et affectu. Et quot modis dicitur scientia, quot et ignorantia. Dico tamen quod cum dicit auctor quod omnis malus ignorans, non loquitur de ignorantia que opponitur scientie speculandorum, sed cum scientia est se compatitur cum malicia; neque loquitur de illa que opponitur scientie operandorum simplici, sed loquitur de illa que privat scientiam operandorum que est cum affectione, et de tali scientia loquendo sequitur "bonus, ergo sciens". Item talis scientia non se compatitur cum malicia, sed ignorantia que eam privat, sed potius cum ea compatitur. ¶ Contra septimum sic proceditur, et ostenditur quod magis peccat operans malum sciens quam ignorans, quia ille qui operatur malum sciens, si vellet non operaret, sed sic non est de operante ignorante. Ergo magis peccat ille qui peccat et si vellet non peccaret quam qui peccat et non potest se abstinere a peccato illo. Manifestum est quod magis peccat operans malum sciens, quod concedo, et possunt adhuc ad hoc fieri plures rationes. ¶ Ad oppositum sic ostenditur: dicit Aristoteles in tertio topicorum quod plura bona paucioribus bonis magis sunt eligenda; ergo a simili pauciora mala pluribus malis magis sunt eligenda. Sed in operatione mala que fit sciente pauciora sunt mala quam in ea que fit ignorante. Sunt enim in operatione mala facta ignoranter duo mala, scilicet ipsa operatio et ignorantia; ignorantia enim malum est. Sed in operatione mala scienter facta non est nisi unum malum, scilicet ipsa operatio mala. Magis ergo peccare eligendum sciente quam peccare ignorante, et sic est hoc minus malum quam illud. Ad quod dico quod licet in peccato quod fit ignorante sint duo mala, in illo quod fit sciente unum tantum, illud tamen quod fit sciente in infinitum maius est quam illa que sunt in operatione facta per ignorantiam, et propter hoc istud solum magis est fugiendum quam illa duo. ¶ Contra octavum sic proceditur, et primo queritur de hoc quod dicitur quod involuntarium duobus modis dicitur, per violentiam et per ignorantiam, quia si unum oppositorum dicitur multipliciter et reliquum. Voluntarium et involuntarium sunt opposita; cum ergo involuntarium dicatur duobus, et voluntarium. Sed hoc est falsum, quare et primum. ¶ Item dicit auctor quod voluntarium est cuius principium est in ipso operante. Contra: multe operationes fiunt per imperium alterius que sunt voluntarie; non est principium earum intra sed extra, cum fiant alio imperante. Non est ergo quod dicitur quod voluntarium est cuius principium est intra. ¶ Item dicit quod voluntarium est cuius principium est in ipso qui operatur, sed cognoscente singularia in quibus est operatio. Sed contra: omnis malus est ignorans, sicut prius habitum est in aliis; ergo non cognoscit singularia in quibus est

operatio et tamen malum est voluntarium. nichil est ergo quod dicit. quod voluntarium est cuius principium est in ipso qui operatur cognoscente singularia in quibus est operatio. ¶ Item nichilus in ratione quadam dicit auctor quod boni et mali eadem est causa videtur istud esse falsum cum oppositorum cause sint opposite. ¶ Ad primum dico quod involuntarium per violentiam et per ignorantiam non opponitur voluntario primo sed ex consequenti. quoniam non opponitur enim per voluntarium et cum sic opponitur. quoniam si unum oppositorum dicitur multipliciter et reliquum. dico quod istud est verum de hiis que opponuntur primo et per se. et non de oppositis ex consequenti et per accidens. ¶ Ad aliud dico quod cum dicit auctor quod voluntarium est cuius principium est intra. hic principium supponit ibi pro causa prima et immediata operationis et non remota sive pro principio remoto. et licet cum remota vel principium remotum operationis involuntarie possit esse extra. tamen principium proximum et quod immediate se habet ad operationem voluntariam sic est intra. ¶ Ad aliud dicendum. quod dicitur quod omnis malus ignorans hoc quod est ignorans opponitur sive privat scientiam que est operandorum cum affectione hoc est scientiam operandorum compositam. sed cum sic dicitur quod voluntarium est cuius principium est in eo qui operatur cognoscente singularia et cetera. hic cognoscere supponit pro cognitione speculandorum vel operandorum que est sine affectione. et tali scientie non opponitur ignorantia cum dicitur quod omnis malus est ignorans. ¶ Ad aliud dico. quod eadem est causa in substantia mali et boni. dissimiliter tamen se habet secundum quod est causa huius et illius. ¶ Et ultimum sic proceditur. et videtur quod non sit peccatum esse illa que fiunt per iram et desiderium. quoniam penes illud quod commune est nobis et brutis non attenditur peccatum sed quantum ad desiderium et iram communicamus a brutis quantum ergo ad ea que fiunt per desiderium et iram non peccamus sive non attenditur peccatum. ¶ Ad quod dicendum quod duplex est concupiscibilis et irascibilis. quedam rationalis et nata imperari a ratione et hec est in homine et quantum ad has sive prius operationes malas factas per desiderium et iram. istarum attenditur peccatum et in istis non communicamus cum brutis. Alia autem est concupiscibilis et irascibilis irrationabilis sive non nata a ratione imperari et ad operationes factas per desiderium et iram istarum non consequitur peccatum et quantum ad hiis concupiscibile et irascibile communicamus cum brutis. ¶ Sed contra hoc quod nunc dictum est tu dicis concupiscibile et irascibile que sunt nate imperari a ratione esse rationabiles sed non quid est concupiscibiles et irascibiles brutorum nate sunt a ratione imperari nunquid homines brutis imperant. ¶ Ad quod dicendum. quod licet concupiscibilis et irascibilis brutorum nate sunt a ratione imperari non tamen penes actus eorum attenditur meritum vel demeritum quoniam illi solum que iuncte sunt cum rationali et ex quibus cum rationali fit unum ut hec cum illis mereatur vel demereatur debetur meritum vel demeritum concupiscibilis vel irascibilis

brutorum non sunt huiusmodi propter quod ad operationes illarum potentiarum non sequitur peccatum. licet ad eas consequatur prius sunt in nomine. Iterum dico quod est sensualitas duplex quedam que tantum cogetur et hoc est in brutis et alia que assentit et non solum cogetur et hoc est in hominibus et ad istam que sic assentit ad bonum vel dissentit consequitur peccatum non autem ad eam que solum cogetur et hoc est in brutis et sic patet solutio obiectorum. ¶ Expositio littere. quod autem per ignorantiam et cetera. planum est. quoniam non differt. sic et sic nominare. melius est ut habeat nomen proprium. et nocet vir non volens. involuntarium autem et cetera. quid confert. idest quod est utile ad finem sive quod est ad finem. non universalis. idest non ignorantia eorum que omnes tenentur scire et sic. non universalis idest ignorantia eorum que generaliter in qualibet operatione oportet scire causa est involuntarii. sed que in singularibus. idest ignorantia singularium vel specialium circumstantiarum. in quibus et circa que sunt operationes speciales huiusmodi inquantum causa est involuntarii quod probat dicens. in hiis enim et cetera. Deinde determinat generales circumstantias operationum et patet quod dicit. Deinde ostendit qualiter contingit huiusmodi ignorare et non ignorare dicens non utique autem quoniam non ignorabit. facientem idest agentem. quoniam autem se ipsum supple ignorare. quod operatur autem idest operationem ignorabit aliquis vel non esse quam operatur. ubi contingit. occidisse se ipsos. per ignorantiam sive quasi ignorabant. aut contingit ignorare que ineffabilia sunt. idest sacra ut sacramentum altaris. quemadmodum autem apud eschillum. ille homo ignorabat mistica idest sacra aut contingit. emisisse telum. idest sagittam cum ferro ignorando quod sit ferrum tanquam contingit dico emisisse ut emittere volens ostendere quoniam posset emittere. ut propter quod consistit imitabat. eam sine ferro. aut aliquis percussit filium. credens ipsum esse inimicum. ut in Merope. idest Medea vel mulier illa et aliquis misit in alium lanceam. infimitam. idest acutam credens eam esse obtusam aut. aliquis percussit aliquem lapide. credens lapidem esse pomicem et qui pro salute percussit occidit autem. et qui credit castigare puerum et occidit et qui ostendere vult fortitudinem suam luctando cum socio suo. percussit autem eum in pugilla et lesit circa hec que omnia. idest circa omnes istas circumstantias existente et cetera. et maxime cum est ignorantia. in principalibus constantiis. et determinat que sunt principales constantie dicens. quod principalia. idest principales conditiones esse videntur. in quibus est operatio idest operans et operatum. et cuius gratia. idest finis secundum utrumque talem et cetera. istud referatur non ad primum dictum. sed ad illud quod superius dictum est quod ignorantia que est in singularibus in quibus et circa que est operatio que causat involuntarium. secundum utile tale ignorantiam involuntarium dico. idest involuntario existente esse tale ignorantiam. adhuc oportet operationem esse tristem. cum sit vel operatur. et in penitudine. idest oportet quod operans peniteat post ipsum factum. littera que sequitur planissima est usque ibi sententia.

¶ **Determinatis autem voluntario et involuntario.**

determinato de voluntario vel voluntate simpliciter secundum quod non concreta est voluntas per consilium vel deliberationem

precedentem et sic est voluntas indifferenter boni et mali. et nunc sit a voluntate consiliata per deliberationem precedentem que voluntas solum est ad bonum et est idem cum libero arbitrio. In parte ista intendit auctor de huiusmodi voluntate determinare. Hec autem voluntas solum est ad bonum sive ad virtutem ut postea videbitur. et est idem quod eligentia sive quod liberum arbitrium. unde in parte ista intendit auctor determinare de libero arbitrio sive de eligentia et obiecto quod est eligibile. Hec autem pars in duas dividitur. in quarum prima determinat de eligentia in secunda determinat de eligibili cum dicit. existente autem eligibili. prima pars duas habet partes in quarum prima auctor continuat et ponit prohemium ad partem istam. in secunda parte de eligentia determinat. cum dicit. prohemio autem voluntarium et cetera. prima pars dividitur in duas partes in quarum prima auctor continuat et dicit quod de prohemio determinandum est. in secunda reddit causam quare de prohemio sit determinandum cum dicit. valde enim proprium et cetera. in prima sic dicit quod cum determinatum sit de voluntario et involuntario sequitur ut dicatur de prohemio. postea reddit causam huius scilicet quare de prohemio determinandum sit dicens quod videtur esse valde proprium virtuti. sequitur pars in qua determinat de prohemio sive eligentia et ista pars dividitur in duas in prima determinat auctor quid non est eligentia. in secunda determinat quid est eligentia cum dicit. consiliatum autem et cetera. prima pars dividitur in quattuor in prima removet voluntatem concretam ad subiectum ab eligentia sive ostendit quod eligentia non sit voluntas simpliciter. in secunda removet desiderium et iram a voluntate. in tertia ostendit quod eligentia non sit voluntas concreta vel ad obiectum vel ad subiectum. in quarta ostendit quod eligentia non est opinio prima hic. prohemio autem et cetera. secunda ibi. quid autem dicunt eam esse. tertia ibi. sed neque voluntas. et cetera. quarta ibi. nec utique opinio. prima pars dividitur in duas partes secundum duas rationes per quas probat quod eligentia non sit voluntas simpliciter. secunda ibi. repentina quidem et cetera. prima ratio talis prohemio est in solis hominibus non in aliis animalibus nec in pueris. sed voluntas est in aliis animalibus ab homine et in pueris prohemio ergo non est voluntas. Secunda ratio talis est ea que fiunt secundum prohemium non sunt repentina sed ea que sunt a voluntate sunt repentina vel fiunt repente. quare et cetera. Deinde sequitur alia pars in qua probat quod eligentia non sit desiderium aut ira et ista pars dividitur in quattuor secundum quattuor rationes per quas probat hoc. sed antequam ponat rationes primo dicit. quod quidam dicunt eligentiam esse aut desiderium aut iram. aut voluntatem aut opinionem. sed non recte dicunt et hoc est. quidam autem et cetera. Deinde ponit sicut dictum est quattuor rationes per quas probat quod eligentia non sit desiderium aut ira prima talis. prohemio non est irrationabilium desiderium autem et ira sunt irrationabilium ergo eligentia non est desiderium et hoc est. non enim prohemio. Secunda ratio talis. desiderans operatur non preiudicans sic incontinens. sed operans secundum prohemium operatur preiudicans et preiudicans quare et cetera. et hoc est. incontinens autem et cetera. Et nota quod incontinens operatur non preiudicans quod sibi debeat accidere propter suam [?] preiudiciem

nec etiam previderet utrum debeat aut homo videat quod operatur. propter quod dicit auctor quod non preiudicat. similiter dicit de operante per desiderium. tertia ratio talis est. desiderium desiderio non adversatur. sed eligentia desiderio adversatur quare et cetera. et hoc est. et eligentie quidem. quarta ratio talis est. desiderium est delectabilis et tristis. sed eligentia non. quare et cetera. et hoc est. desiderium quidem. et quia iste rationes concludunt omnes quod eligentia non est desiderium addit quod neque est ira minus enim videtur quod sit ira. quam desiderium. ea enim que per iram fiunt nequaquam per eligentiam fieri videntur et hoc est. ira autem et cetera. Deinde sequitur pars in qua ostendit quod eligentia non sit voluntas concreta ad subiectum vel ad obiectum. et ista pars habet tres partes secundum tres rationes quas ponit ad hoc prima talis est. voluntas est impossibilium sed eligentia non est nisi possibilium. quare et cetera. et hoc est. sed neque voluntas et cetera. secunda talis est voluntas est eorum que per alium quam per voluntatem possunt operari. sed eligentia non est nisi talium que per eligentem possunt operari. eligentia ergo non est voluntas et hoc est. voluntas quidem est et cetera. Tertia ratio talis est. voluntas est finis eligentia non. sed eorum que sunt ad finem. quare et cetera. et hoc est adhuc voluntas finis est. et quia dixerat auctor quod eligentia non est nisi eorum que per eligentem possunt operari ex hoc infert quod universaliter esse videtur electio circa ea que in nobis sunt. idest circa ea que a nobis possibilia sunt fieri et hoc est. universaliter et cetera. Deinde sequitur pars alia in qua probat auctor quod eligentia non sit opinio et ista pars habet duas partes quia primo ostendit auctor quod eligentia non sit opinio simpliciter. secundo probat quod non sit opinio concreta vel ad subiectum vel ad obiectum. contraria. Sed neque aliquid et cetera. prima pars duas habet partes secundum duas rationes quas ponit. prima ratio talis est. opinio est circa omnia et circa sempiterna et impossibilia. eligentia autem non est nisi circa talia que possibilia sunt fieri a nobis. quare eligentia non est opinio et hoc est. neque utique opinio. Secunda ratio talis est. opinio dividitur per verum et falsum. sed eligentia non dividitur per hec. sed magis per bonum et malum quare et cetera. Deinde sequitur pars alia in qua probat quod eligentia non sit opinio concreta vel ad subiectum vel ad obiectum. et ista pars dividitur in quinque. secundum quinque rationes quas ponit auctor. prima talis est eligentia boni et mali denominat subiectum bonum vel malum. unde si eligit bonum dicitur bonus. et si malum dicitur malus. sed opinio boni et mali non denominat subiectum bonum vel malum non enim si bonum opinemur boni dicimur nec mali si malum quare eligentia non est opinio et hoc est. sed neque aliqua et cetera. Secunda ratio talis est. nos eligimus ut accipiamus vel fugiamus. unde eligentia est proprie generativa istorum actuum qui sunt accipere fugere. sed opinio non. quare et cetera. et hoc est. eligimus quidem accipere. tertia ratio talis est eligentia laudatur quoniam bona et iusta et recta. sed opinio non quoniam bona. sed quoniam vera. quare eligentia non est opinio

et hoc e et elig ntia quid laudat. ga vo talis est
ea que eligim maxime scim. ꝫ ea que optam non
maxime scim qr et c. et hoc e eligim quid et c.
quinta vo talis est. quedam optari est bonu que e
ng e est malu no sunt go opio et eligntia. m
pbaut quod eligntia no est opio et posset al
quere aa quid vis tu p his rones nis tu ostende
opiom sequi eligntiam ul pcede. ad quod rndet
auc. dns. q si opio pcedat eligntia ul sequatur
nichil ad ipm qua ꝫ no iquirit. ꝫ intendit utrum
eligntia sit id quod opio. et hoc est si aut ps
dem quit ex quo eligntia no est aliquid p dcoz s.
nec opio nec desidiu. aut ira ul voluntas q g e aut
quale quid e intro. et hoc est quid igitur e c. z
rndet dns. quod ul ee voluntas osiliata. no eni
omne voluntariu est eligendu. ꝫ voluntariu quod
est an osiliatu p delibaoem pcedentem. vn eligo
est o rone et intellu. et hoc ul signare nomis ro
siu expoito. est eni ex lectuali. q. eius ex aliis lectu
et simile eligntia et hoc est quod dicit auctor
voluntariu et c. Dein sequitur ps in qua detiat
auctor quid est eligntia. et ista ps diuidit in
duas. qm oi distone eligntoe cadat osiliu ul co
silible. io pmo detiat ac. de osiliabili et osilio. i
scda detiat quid eligntia. cu dicit. existente
aut elibili et c. pma ps ht duas iquaz pma de
detiat auc. de osiliabili. i scda de osilio. cum dicit
videt aut non omnis qo aliud ee osiliu et c. pma ps
ptinet ad psentem lectom et diuidit in tres in
pma detiat de osiliabili siu quid osiliabile p opom
ad illum qui petit osiliu. In scda detiat de osili
abili apte rei de qua est ul qu osiliu. et i tcia de
tiat modum osiliandi. pma ps hic. osiliam aut
et c. a ibi. si ponetes aliquod et c. Sz ps media
diuidit in sex ptes scdm sex odicones que reqrut
ad osiliabile quas reqrit est eni osiliale eni possi
natu opari ab homie osiliante motu diffini
bile ordinatu ad finem. in pma go pte inquirit
auc. istam odicom eni pole. ibi. de sempiternalib et c.
scda que est natu opari ab homie et iquit cu
dicit. ꝫ nec de his que in motu. tcia ibi. e dic.
nc eni de humanis omnibus. quarta que est in
certum cu dicit. et de eucteis quid artibus. v.
que est difficilium cu dic. osiliamus aut accipimus
in magnis. vi. que e ordinatu ad finem cu dic.
osiliam aut no de fine et c. C ce pte pma sic
pcedit ac. dns quod nos osiliam. ꝫ utrum de omnibus
sit osiliu et omne quod est osiliabile. sic q et solu
auc. ul rndet dicens quod de quibusda no e osiliu
nec omne est osiliabile. quia illud p quo osiliam ac
demens ul insanus no est osiliabile. ꝫ illud p quo.
osiliat homo qui intellm ht. hoc est homo discr
Dein ostendit quod osiliabile sit eius possibile fi
quia de sempiternalibus utrum sit corruptibilia ut

de modo nullus osiliatur neqz de impossibilib ut utrum di
ametrus sit ingmsurabilis lati et hoc e. quia ista n
sunt possibilia et sic hetur quod osiliabile est eius
pole fieri. Dein inquit ain odota dicens quod nos
no osiliam de motu corpoz supioz nec de his q
oant ab coz motib. nec de his que na fiunt. ut
no osiliam de ortu signoz de siccitate et pluuia
et hoc e. qua ista no sunt possibilia fi a nobis et
sic istud solu est osiliabile quod est possibile opari
ab homie. Dein inquirit ain odicom dicens quod
adhuc de omib humanis opibus no osiliam ꝫ solu
de illis que possunt fi p nos quo eni uiuat ul scire
debeat inire scire no osiliam lacedemones. vn lace
demones de statutis sciteaz no osiliam eo quod nich
fiet p eos. vn solu de his est osiliu que possunt
opari osiliante. Dein inquit ain odicom dicens qd
similit no osiliam de actis. ꝫ de his que dubitom
hnt est osiliu. Dein inquit odicom ain dicens. q
nos no osiliam nisi de magnis et no de puis utrum
eni debeam hic scde ul no de ꝫ no est osiliu. eo de
quibus no arbitrium nos suffice ad iudicand p nos.
utrum debea ea facere uel ne. Dein inquirit ain odi
com dns. quod similit no est osiliu de fine. ꝫ de
his que ad fine ordinata sunt et sic colligitur
ex phitis dicto osiliabilis quod osiliabile e. eius pole
fi ul opari ab homie osiliante incertu difficile
ad finem ordinatu. Dein sequitur ps alia in qua docet mo
dum osiliandi dicens. quod ille qui petit osiliu debet
apud se fine pfigere siu detiare et quo z p que potit
illu fine osequi et similia sint p que debet osiliari
p que facilius et melius si aut p unu tm pot hire
debet osiliari quomo p illud erit et quomo leuius po
terit illud hre et opari et in hoc timatur scia ptis huius.
C cum detmiiet hic de libo arbitrio quia de eligntia
que est idem cum libero arbitrio. pmo dubitatur utrum
liberum arbitrium sit una po uel due. scdm est de ꝫ
quod dicit ac. quod eligntia ppium est uirtuti. vn
quitur utrum liberum arbitrium sit ad bonu et ad malu
ul ad bonu tm. tcio dubitatur de ronibus p qs
pbat auctor quod eligntia no sit voluntas sip
ul voluntas octa ad subm. quarto de illis per
quas pbat quod no sit desidiu aut ira. Quinto
de ronibus p quas pbat quod no sit voluntas octa
ad obitum. Sexto de ronibus p quas pbat quod n
sit opio. Septio et ultio de dictis in pte ultia
pncipali huius lectonis i qua detmiat ac. de osiliabili
sed de isto paru quia ifius dubitatur de osilio et
de osiliabili. C ce pmu sic pcedit et ostendit quod
liberum arbitrium no sit potentia una qm liberum ar
bitrium sic dicit aug. est facultas voluntatis et
ronis voluntas et au una po matia et ratio alia
po cogna cum go ratio et voluntas po sint diuse z
liberum arbitrium po non est una ꝫ diuse. C et si
dicatur quod liberum arbitriu est po una p oparonem

Cont. hoc sic

Cont. hoc sic obicitur. qm simplex est. et no oposita.
qr et eius po simplex est et no oposita. liberum go arbi
trium no est po oposita. C Item quod no sit po una o
stenditur alia rone. quia cum dico liberum arbitrium dico
rom mouendi. cu dico arbitrium rom cognoscendi.
cu ergo isti actus moui et cognosce actus sunt diuersi
et liberum arbitrium no est una ꝫ diuse. C Item querit
quod istoz duoz que sunt ro et voluntas attedat
in libo arbitrio siu que sit ibi tanqm formale et quod
tanqm mle. et quod voluntas sit ibi tanqm formale
ostenditur qm voluntas vis est motiua et dicit rom
motiui cum go liberum arbitrium po sit motiua et libo
arbitrio est voluntas tanqm formale et denoians.
C Sz ot. no omis voluntas est ronalis siu elige
da. sed eg. voluntas go ouis est qm ro et othr p
rom. ꝫ illud quod othr altm est tanqm formale
r illius. et illud quod othr tanqm mle. est ro go i
libo arbitrio est formale r voluntatis et voluntas mle
C ad pmum istoz dico. quod liberum arbitrium est po
vna. et hoc tam apte subi. qm apte obiti. et a
pte actus ab his po pcedente ul egrediente et ad il
lud quod o. quod liberum arbitrium facultas e voluntatis
et ronis. dico quod ro pot accipi ul osidari duobus
mois. aut scdm quod est vn siu r vi. et sic e ppe po
spe diuisa po motiua. aut scdm quod est ro bom opa
di siu quod ad bonu timatur no ad vm. et sic dico
quod no est po diuisa a motiua. dico tunc quod ratio
scdm quod ps est. ul de ostitutione libi arbitrij ter
minatur ad bonu nec est eius obitu. vm. ꝫ est cogni
tom boni dirigens voluntatem in oncupiscentia
boni. sic aut no est ratio po diuisa. a voluntate cu
ad voluntatem sit ordinata. sicut no dicim motu
ul mutatom motu numem pcedente in numera
ee motu diuisum a numero cu ordinetur ul sit motus
ille ppter motum numerandi. C ad aliud dico. quod
liberum arbitrium po est vna ta apte subi qm apte
obiti. et qm actus qui ab illa po elicitur sic dem e
nec est dice liberum arbitrium potentia opositam cu
illa duo scdm quod sunt de ostitutione liberi arbitrij
no faciunt num cu sint r vni et unu sit ppter reliqm
ul ordinetur ad altm. C ad tertium sic pz solutio p illud q
dem est. si enim cognitio siue ratio sit ps siu de ostitu
tone libi arbitri no tn scdm quod timatur ad obiectu
ppium quod est vm. Sz scdm quod est boni et no veri
Sic aut no est cognosce diuisos actus ab illo quod est
moue cu sint r eiusde obiti ul vnum ad altm ordinetur
C ad illud quod querit postea. quod istoz sit tanqm
formale in libo arbitrio. utrum ratio ul volutas. dico qd
voluntas. et ocedo rom que hoc pbat. C ad illud quod
obicit in orium dico quod facit sopra de voluntate n
enim voluntas ouite dicta est de opone liberi arbitri
et de hac pcedit obiectio. C ce scdm sic pcedit dic
auctor quod pheis siu eligntia valde ppium ul esse uir
tuti. Sz ot. sic infius dic ac. eligentia est boni et

mali. uirtus aut no est nisi ee bonu. no est igitur elig
tia ppa uirtuti. C gra hui que. utrum liberum arbitriu
sit ad bonu et ad malu. ul ad bonu tm. Qz ad bonu
tm pbatur. nich quod est deformatiu po ps e illius. nec
illa po ad illud malu est deformatiu libi arbitrij ma
lum ergo no erit ps liberi arbitri. n erit liberum arbit
rium ad malum. C Item ad idm est scda ratio. nti i
strumento ad illud ad quod e no est pccm. si go liberum
arbitrium eet ad malu uti libo arbitrio ad malu ul r
mali. no esset pccm. ul malu quod cu sit flm re
linquitur quod liberum arbitrium no est ad malu. C ptea
vnius po vnu est obitu. cu go malu et bonum
sunt diuisa obita et oria no erunt obiecta pote
tie unius. liberum go arbitrium no erit ad bonu et ad
malum. ꝫ ad altm tm et no nisi ad bonu. C Sz
orium appet. quia in scdo phioz et i libro ppari
hetur quod po ronales sunt oppositoz liberum go
arbitrium cu sit po ronalis erit boni et mali. C ad
idm sic videm in potentiis sensitis quod eadem
po sensitiua est oriorz ut uisiua timatur ad
albu et nigrm. ergo simili liberum arbitrium erit
boni et mali. C postea. sic est in potentiis specla
tis. quod eadem est oppositoz ut veri et fli. ergo
similit erit in motiuis quod ead erit oppositoz. Cum
igitur liberum arbitrium sit po motiua erit oppositoz
et ita boni et mali. C ad hoc intelligend e q
liberum arbitrium tm e ad bonu tn ex pulsione
veniri et ad malu sic si aliquis vertur
ad a q illud ad quod est. dico tunc quod cu q utrum
liberum arbitrium sit ad malu. li ad potest dicere
fine pncipalem et ad quod aptum natu est or
dinari liberum arbitrium et sic dico quod liberum ar
bitrium non est ad malu. no eni aptu natu est
ordinari ad talem finem. ꝫ ad bonu. no eni deus de
dit liberum arbitrium homi ut homo uteretur ad malu
Sz ad bonu tm. licet homo ppter suam puisitate utatur
ea ad malu ul pot li ad dicere no fine sed mr ee
qm. sic dico quod liberum arbitrium est ad malu. i. ee mali
vn est ee malu et bonu no tn ad bonu et ad mal
Sz ad altm tm. s. ad bonu. vn vin dice ee ppe
quod eligntia siu liberum arbitriu est boni et mali.
no tn ad bonu et ad malum ꝫ ad bonu tantum
p hoc patz solutio ad pmu obiectum cu dicit ac
s quod pheis est ppium uirtuti ut dicit ibi fi
nem liberi arbitrij ad quod est liberum arbitrium
Cum aut ps dicit. quod est boni et mali. bonu et
malum finem non dicunt ad quem est liberum arbitri
um. Sz min ee qm est. est eni ee bonu et malum
no tn ad utrumqz. ꝫ ad altm tm videlicet ad bonu vl
alit pot dici. quod o dicit auctor quod liberum ar
bitrium est ppium uirtuti. li ppu pot dice ppetate
aptitudinis et sic vm e quod dic. et est st. liberum
arbitriu ppter aptum natum e ad uirtute ul potest
dice ppetate act. et sic flm. licz eni aptitudo ipi

Solum dicitur ad bonum sive virtutem. actus vero ad bonum et ad malum. ¶ Ad illud quod postea querit dico quod liberum arbitrium solum est ad bonum sic dictum est. et concedo rationes que hoc probant. ¶ Ad primam rationem in contrarium dico quod in libro physicorum habetur quod potentie rationales sunt oppositorum non tamen ad opposita. eadem enim est disciplina oppositorum non tamen ad opposita. Similiter dico quod liberum arbitrium est boni et mali. ut cetera que non tamen est ad bonum et ad malum. sed ad bonum tantum. ¶ Ad aliud dico quod non est sicut de bono et malo. et albo et nigro. album enim et nigrum naturam communem habent supra se rationem cuius sunt obiecta visus. Unde non sunt obiecta visus inquantum contraria sunt sed per naturam coloris in qua conveniunt. malum autem et bonum naturam non habent communem supra se rationem cuius sunt obiecta liberi arbitrii. ¶ Ad aliud dico quod non est eadem potentia cognitiva veri et falsi in speculativis nisi in assequendo verum et fugiendo reliquum scilicet falsum. Similiter dico quod est liberum arbitrium boni et mali. sed boni ipsum eligendo. mali autem ipsum fugiendo. ¶ Consequenter sic proceditur. auctor probat quod prohaeresis non sit voluntas per hoc quod voluntas est in aliis animalibus ab homine et in pueris in quibus non est prohaeresis. Sed videtur quod voluntas non sit in aliis animalibus ab homine quoniam in tertio de anima scribitur et in quinto topicorum similiter quod voluntas est in solis rationabilibus. ¶ Hoc etiam patet per hoc quod dicit auctor supra. quod qui operatur per ignorantiam et non contristatur non patitur nolens quia nesciunt velle. ergo actor quod voluntas supponat scientiam. in aliis autem animalibus ab homine non est scientia. quare in eis non est voluntas. ¶ Item quando de alia ratione probat auctor quod prohaeresis non sit voluntas per hoc quod ea que fiunt per voluntatem fiunt repente. ea autem que secundum prohaeresim non repente. Sed contra hoc obicitur. quoniam inferius dicit auctor quod fortes repente operantur. fortitudo autem virtus est. quare ea que fiunt sive opera fortitudinis sunt secundum prohaeresim. et sic cum fiant repente ea que fiunt secundum prohaeresim fiunt repente. ¶ Ad duo prima obiecta intelligendum. quod aristoteles in quinto topicorum. et in tertio de anima loquitur de voluntate contracta per consilium vel deliberationem precedentem. hic autem loquitur de voluntate communi. non de voluntate contracta de qua supra loquebatur et de qua loquitur in libro de anima et in quinto topicorum et sic non est contradictio vel aliter. quod hic vocat homines solum viventes secundum desideria anime rationalis a qua homo est homo. alia autem alia ab homine vocat viventes secundum desideria communia ut sunt homines luxuriosi et alii et in istis in virtute est voluntas hec posita. ¶ Ad aliud dicendum. quod opus fortitudinis potest considerari dupliciter aut ante deliberationem et consensum vel post deliberationem et consensum

Ubi ergo aliqui rapiunt rem publicam custos reipublice consiliatur cives quomodo possit recuperare vel retrahere rem publicam et per quid melius accepto consilio et consensu super parte unam tunc vadit et pugnat cum illis qui rapiunt rem publicam. et tunc dico quod repentine operatur. dico igitur quod opus fortitudinis ante deliberationem et consilium acceptum consensum precedens est secundum rectam rationem et hoc non est repentina. Sed operatio que est consensum et deliberationem hic non est secundum rectam rationem et hec operatio repentina est sic inferius dicit auctor. ¶ Deinde dubitatur circa quartum et de duabus primis rationibus nichil dubitatur. sed de aliis duabus. De tertia sic dicit auctor. quod desiderium desiderio non adversatur hoc apparet contra philosophum per hoc quod dicit aristoteles in libro de anima. quod appetitus appetitui contrariatur. ¶ Hoc eligentia est desiderium. et eligentia desiderio adversatur quare desiderium desiderio adversatur. ¶ Item de quarta dubitatur sic dicit quod desiderium est delectabilis et contristatis eligentia non. sed quod desiderium non sit delectabilis et contristatis apparet per hoc quod unus actus solum ad obiectum unum terminatur. ergo iste actus desiderare solum terminabitur ad delectabile vel ad triste non ad utrumque. ¶ Item quod eligentia sit delectabilis et contristatis apparet. est enim eligentia boni et mali. et bonum delectabile malum triste. quare eligentia est boni et mali. ¶ Ad primum dico quod cum dicit [auc] hic quod desiderium desiderio non adversatur. intendit secundum quod est unius et eiusdem potentie et sic unum est desiderium enim concupiscibilis desiderio eiusdem non adversatur. Sed cum dicit in libro de anima. appetitum appetitui contrariari. loquitur de appetibus diversarum potentiarum et sic verum est quod dicit. appetitus enim rationalis anime appetitui partis concupiscibilis vel sensitive contrariatur. ¶ Ad aliud dico. quod argumentum illud non valet. non enim est eligentia desiderium tale de quo loquitur aristoteles cum dicit. quod desiderium desiderio non adversatur. ¶ Ad aliud dico. quod eadem virtus vel potentia potest esse diversorum insequendo vel eligendo unum et fugiendo alterum. sic dico quod desiderium est delectabilis in eligendo et tristis in fugiendo. vel potest dici quod desiderium est delectabilis et tristis insequendo vel eligendo utrumque. Sed hoc non est quantum ad eundem hominem sed quantum ad diversos ut seculares desiderant delectabilia insequendo ea. Jacobite autem et minores tristicia ea prosequendo et inclinando. ¶ Ad aliud dico. quod in illo argumento est fallacia accidentis. est enim eligentia per se boni et mali. inquantum talia sunt. non autem inquantum delectabilia vel tristicia nisi per accidens vel non est eorum inquantum talia. sed inquantum bona et mala. Unde non valet illud argumentum. ¶ Consequenter quintum sic proceditur. dicit auctor quod voluntas est impossibilium. eligentia non. Sed contra dicit aristoteles in libro topicorum in tertio quod possibile impossibili magis est eligendum. ergo utrumque eligendum. quare impossibilium est electio. ¶ Postea. nonne melius eliges tu esse michael quam tu esse aliquis minor angelus constat quod sic. et tamen utrumque est impossibile. scilicet te esse michaelem

et te esse angelum alium. est igitur impossibilium electio. ¶ Item de alia ratione dicit. quod nos non eligimus nisi ea que possunt fieri per nos. sed contra. ut habetur inferius nos eligimus ea que possunt fieri per amicos. illud tamen quod fit per amicos non fit per nos. nichil est ergo quod dicit hic. ¶ De alia ratione querit. dicit quod eligentia non est finis. sed contra. in libro primo habitum est quod felicitas est bonum eligibilissimum sive maxime eligibile et tamen felicitas finis est electio. ergo finis est. ¶ Postea electio est boni. ergo magis electio magis boni. sed finis magis est bonum. quam ea que sunt ad finem. quare magis est electio finis quam eorum que sunt ad finem. ¶ Hoc idem apparet per tertium topicorum. ubi habetur quod finis magis est eligendus eis que sunt ad finem ¶ Ad hoc dubitatur. de ratione precedente. dicit auctor. quod nullus eligit ea que per ipsum fieri non possunt. Sed quecumque existimat fieri per se ipsum contra. nonne aliquis potest suspendere se ipsum et occidere secundum hoc ergo. si quis eligeret que quecumque putat fieri per ipsum quis eligeret suspendere se ipsum. quod est inconveniens. ¶ Ad primum dico quod est impossibile dupliciter. simpliciter et absolute. et est impossibile quod secundum se est possibile tamen ratione finis alicuius assequi est impossibile ut quod aliquis per ludum taxillorum felicitatem acquirat hoc est impossibile. videlicet cum talis ratione talis finis assequi est impossibile. hoc tamen simpliciter et absolute est possibile. dico igitur quod cum dicit auctor. quod eligentia non est impossibilium. loquitur de impossibilibus simpliciter. et hoc non repugnat illud quod dicitur in libro topicorum. quod ibi loquitur auctor de impossibili ratione finis et non de impossibili simpliciter. ¶ Ad aliud dicendum. quod est eligentia cum discretione et eligentia sine discretione. dico tunc quod eligentia cum discretione solum est impossibilium et eorum que per nos possunt fieri. et hec est eligentia predicta. eligentia sine discretione potest esse impossibilium et hec est eligentia contraria dicta quod cum aliquis eligat esse michael magis quam minor angelus. ista electio non est cum discretione non enim est talis nisi impossibilium. ¶ Ad aliud dico quod illud quod fit per amicos fit per nos cum enim amici sint quorum est idem nolle et velle. ut dicit tullius. ego et amicus meus eandem habemus voluntatem. sed ab eadem voluntate eadem procedit operatio. et sic non sunt diverse operationes que per amicos fiunt ab illis que per nos cum non eorum diverse sint voluntates. ¶ Ad aliud dico. quod ista affirmativa quis eligit quecumque putat per se ipsum fieri exponitur per negativam et est sensus aliquis non eligit nisi quod putat fieri per se ipsum. Similiter exponitur multe propositiones in divina pagina. ut hec. deus illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem. hec enim falsa est simpliciter sic intelligendo eam. quoniam non omnis veniens in hunc mundum illuminatur sed augustinus sic exponit eam. illuminat omnem hominem et est sensus aliquis veniens in hunc mundum non illuminatur nisi per deum. ¶ Ad aliud dico. quod electio potest tripliciter accipi. uno modo electio est discensio rei faciende ante consensum. alio modo est electio consensus post deliberationem. tertio modo est electio sine omni deliberatione precedente. due prime

electiones nobis peccant et spiritualibus ut deo. de qua electione loquendo dicitur ego vos elegi ante mundi constitutionem deus enim cum nec eterna non deliberavit utrum me fecit vel non. vel utrum me faceret hominem vel asinum. Item per electionem illarum duarum solum est eorum que sunt ad finem. Sed secunda solum est ipsius finis. Sic ergo patet responsio ad illa. quoniam uno modo est electio finis tantum. alio modo eorum que sunt ad finem tantum. ¶ Deinde dubitatur circa sextum. dicit quod opinio est circa omnia et circa necessaria et impossibilia. Sed contra. opinio est acceptio contingentis. ergo solum est contingentium oppositorum. non ergo necessariorum. Item scientia est necessariorum non ergo opinio. ¶ Item dicit quod opinio non dicitur bona et mala. sed vera et falsa. Contra inferius habetur. quod omnia mala fugimus et opinionem malam. et si hoc est ergo opinio mala sive dicitur opinio mala et bona. ¶ Ad primum dicendum quod opinio est necessariorum et impossibilium. non tamen inquantum talia sed inquantum contingentia cum sint omnia alia a primo dependentia sive contingentia attestante augustino qui dicit. quod omnia redirent in nichilum nisi voluntas conditoris ea conservaret. in eodem hoc etiam dicit plato. dii deorum quorum ego sum opifex et pater non quia vestra indissolubilis natura voluptate autem mea indissolubiles. sic igitur dico. quod opinio necessariorum est non tamen inquantum necessaria. sed inquantum eorum est contingentia scientia autem est eorum inquantum necessaria. ¶ Ad ultimum dico. quod opinio uno modo est acceptio contingentis et hoc modo loquitur hic auctor de opinione cum dicit quod opinio dicitur vera et falsa. non bona et mala. Alio modo opinio idem est quod fama secundum quod dicitur habetis vos malam opinionem de isto. hoc est. est ne iste diffamatus apud vos. vel habetis bonam opinionem de isto. et hoc modo sumitur opinio cum dicitur quod fugimus opinionem malam. id est malam famam. sicut autem non accipitur hic opinio ¶ Circa partem ultimam dubitatur aliquantulum et dubitatur de hoc quod dicit auctor. quod non consiliamur de ortibus signorum de ymbre et de siccitate hoc enim apparet contra philosophum. medici enim consiliantur de ortibus signorum et similiter rustici de ymbribus et siccitatibus. ¶ Ad quod dicendum quod nos possumus ista dupliciter considerare vel per comparationem ad suas causas et sic non consiliamur de talibus vel per comparationem ad effectus qui ab hiis in istis inferioribus causantur. medici enim sic consiliantur de ortibus signorum dum tale signum oritur tunc quibus omnibus esset melior egrotantibus esse et talis potio et talis unguentum necessaria consiliantur de ortibus signorum. Similiter rustici consiliantur de ymbre et siccitate non utrum pluat vel utrum sit siccitas. quia illud non est possibile ab homine. Sed consiliantur utrum si pluet vel non plueret in tali mense in tali tempore esset bonum seminare necne. vel aliquid aliud facere sicut consiliamur de ortibus signorum et de ymbribus et siccitatibus ¶ Item dubitatur dicens quod non consiliamur de litteris quomodo sint scribende in nomine vel addiscimus. nam ad scribendum tria formam habemus ¶ Ad quod dicendum quod littera figuratur et formatur in aere sicut quod vox emittitur et sic est elementum. Item figuratur et formatur in

pergameno. Dico igitur quod de litteris quantum ad eorum figurationem et formationem in aere non consiliamur. Hec enim figuratio est [illegible], sed quantum ad figurationem et formationem earum in pergameno de huius consiliamur et sic non loquitur auctor. ¶ Littera facillima est. Visa sententia et non indiget explanatione nisi quorundam vocabulorum. Determinatis autem et cetera. De phisicis, id est de phisi ibi ponit genitivum genus pro ablativo. Et magis consuetudines, id est hic consuetudines. Et dicare operibus, quia voluntas consueta est voluntas earum. Sed operationes non sic singulares vel sic. Et magis sunt consuetudines, id est virtutes consuetudines in operibus que sunt ab eligentia sive a voluntate consiliata. Sed magis voluntarium, id est voluntarium est in plus et plura continet quam prohesis. Valde plana est littera sequens usque ibi. Sed neque voluntas et cetera. Sed siquis dixit eligere suple impossibilia. Videbitur et cetera. Verbi gratia immortalitatis. Nota quod nos simus immortales est impossibile per naturam. Et quod sic simus immortales est impossibile et sic loquitur. Verbi gratia ypocritam et cetera. Nota quod non accipit hic ypocritam pro eo qui fingit se esse bonum et bene operari quia quod aliquis aliquis talis sit non est impossibile, sed accipitur ypocrita pro eo qui fingit vocem et vult optime cantare vel organizantes. Aut athletam vincere, id est campionem vincere desiderat vel vult aliquis et quod eum vincat est impossibile. Sed neque existimat fieri per ipsum, id est aliquis non eligit nisi que existimat fieri per ipsum. Eligimus autem esse felices et hec dicere non oportet, idest nichil incongruum in dicendo ego vellem esse felix. Et mandatio, id est sententia et omnino dividere opinio. Eligentia autem magis huius, id est bono et malo. Velit quid et cetera. Neque est igitur ad non dicit eligentiam esse eandem opinionem ullam, id est opinioni simpliciter et secundum rationes per habitus, sed neque opinioni alicui, id est opinioni contracte vel ad subiectum vel ad obiectum. Eligimus enim bona et mala quales aliqui sumus, id est per delectationem boni et mali denominamur et dicimur boni vel mali. Cum opinamur autem non, sed non dicimur boni vel mali per opinionem boni et mali. Et eligimus autem accipere et cetera, id est nos eligimus ut accipiamus vel fugiamus. Opinamur autem quid est res aut conferre et cetera. Et non ut eam accipiamus vel fugiamus. Sed obicies quod immo opinamur bonum ut eum accipiamus et malum fugiamus. Ad quod dico quod cum accipit ibi istos actus secundum quod sunt vere boni et mali, non vere boni et [illegible]. Et eligentia quidem laudatur quando suple illius rei est, id est de qua magis oportet dicere quam sit recte quam aliud. Et vult non idem esse eligere et cetera, sed per quam opinari quidem est melius propter maliciam, idest quedam mala opinari esse bonum, que eligere non oportet. Si autem et cetera nichil differt, id est non facimus vim hic. Hoc enim non et cetera. Sed intendimus inquirere si idem est eligentia opinioni alicui. Quam eligentia nichil predictorum est. Quid igitur est aut quale voluntarium quidem et cetera. Plana est littera sequens. Sed neque de hiis que in motu

idest de corporibus superioribus que semper sunt in motu non consiliatur. Aut esse ipsum fientia, aut de hiis que sunt fientia, id est facta esse ipsum, id est per hiis motum. Sed neque de hiis que fiunt sive ex necessitate sive non et cetera. Neque de hiis que aliter se habent, id est que non sunt possibilia fieri a nobis nec sunt in dispositione humana. Consiliamur autem et cetera. Hec autem, id est que per nos fiunt sunt et reliqua, id est divisa ab eis que fiunt per eas alias et que sunt cause dicte. Hec cause enim esse et cetera. Consiliatores autem et cetera. Non enim audemus per nos iudicare de talibus utrum sint facienda vel non, quia nobis non sufficimus dignoscere, id est ad dignoscendum utrum facienda sint necne. Bonam dictionem, id est bonam distributionem de re publica vel bonam dictionem, id est bonum iudicium. Sed ponentes, idest predeterminantes finem debent consiliari. Quomodo et per que intendunt, id est ponere acquirere finem hunc. Quemadmodum et diagramma, id est scientia de litteris. Et dicitur diagramma a dia quod est de et gramma quod est littera quasi scientia de litteris. Unde sicut scientia de litteris docet componere et dividere litteras sic videtur dissolvere et querere qui consiliatur hoc querebantur.

¶ Videtur autem non omnis quod est consilium.

Determinato de consiliatione in parte ista determinat de consilio et dividitur presens lectio in tres partes. Quia in prima determinat de consilio. In secunda per convenientiam consiliabilis ad eligibile concludit diffinitionem eligibilis et determinat quid est eligibile. In tercia parte determinat quid est eligentia. Sic ergo tria facit, quia primo determinat quid consilium, secundo quid eligibile et tercio quid eligentia. Secunda pars ibi: Consiliabile autem et eligibile. Tercia ibi: Existente autem eligibili. Prima istarum partium dividitur in tres. Quia cum consilium sit quid non quodque, sed entis possibilis fieri a consiliante ordinabilis in fine, primo ostendit quod consilium est entis possibilis. Secundo declarat quod est talis quod est possibile fieri a consiliante cum dicit: possibilia autem que per nos et cetera. Tercio ostendit quod est talis quod est ordinabile ad finem cum dicit: Consilium autem est de hiis. Unde ista prima pars habet tres differentias vel conditiones que concurrunt ad consilium quas inquirit et quasdam supponit ex predictis et diffinitione consiliabilis. ¶ Circa primam istarum partium sic procedit dicens quod consilium est quando non est rei quia non necessarie nec impossibilis sed rei possibilis. Unde de rebus mathematicis non est consilium quia hec sunt necessaria. Item si indigemus pecunia et impossibile sit quod habeamus non consiliamur ut habeamus. Ex quo igitur consilium est alicuius et non necessarii vel impossibilis restat quod est possibilis. Deinde inquirit aliam conditionem dicens quod non consiliamur de hiis que possibilia sunt fieri, id est nobis sive per nos et de hiis que per amicos nostros possunt fieri. Ea autem que per amicos nostros fiunt quodammodo per nos fiunt. Et sic est consilium entis possibilis fieri a consiliante. Deinde inquirit aliam conditionem dicens quod consilium non est de fine sed de hiis que sunt ad finem. Et sic est consilium ordinabilis ad finem. Colligitur ergo ex predictis diffinitio consilii talis: consilium est entis possibilis fieri a consiliante ordinabilis in fine vel ad finem. Tunc sequitur pars alia in qua determinat quid est eligentia et ista pars dividitur in duas.

In prima diffinit eligibile. In secunda illam diffinitionem confirmat per auctoritatem Homeri. Manifestum est hoc ex antiquis et cetera. ¶ Circa primam istarum partium sic procedit dicens quod consiliabile et eligibile idem, eligibile tamen addit super consiliabile, sive ipsum continet, quia eligibile est determinatum consilio. Et est diffinitio eligibilis: eligibile est consiliabile determinatum sive diffinitum consilio. Deinde confirmat hoc dicens et hoc manifestum est per Homerum qui dicit quod reges antiquitus consiliantur de eo quod statuere volebant et si plebs consentiebat in hoc illud eligebant. Sic igitur patet per hec quod eligibile est consiliabile determinatum consilio. Deinde sequitur pars alia in qua determinat auctor quid est eligentia et ista pars duas habet partes. Quia primo diffinit eligentiam, secundo recapitulat cum dicit: Eligentia quidem igitur et cetera. In prima sic dicit quod eligibile sit consiliabile desiderabile eorum que in nobis sunt, hoc est eorum que a nobis possunt fieri. Et eligentia est consiliatum desiderium eorum que per nos fieri possunt vel in nobis sunt. Deinde recapitulat dicens quod eligentia quid sit dictum est et quorum sint eligibilia et quod sit electio et quorum est eorum que sunt ad finem et non finis. Hec est sententia huius partis. ¶ Ad evidentiam eorum que superius determinata sunt et que hic determinantur primo dubitatur utrum sit ponere consilium in primo. Secundo utrum liberum arbitrium insit ei sive utrum liberum arbitrium habeat. Tercio utrum sit ponere liberum arbitrium in intelligentiis separatis. Quarto de diffinitione consilii. ¶ Circa primum istorum procedo sic et ostendo duabus rationibus quod non sit consilium in primo. Quia dicit Damascenus quod consilium est propter ignorantiam. Cum ergo in primo non sit ponere ignorantiam, neque in eo erit ponere consilium. ¶ Hoc idem apparet per hoc quod dicit Aristoteles superius quod consiliarios accipimus in magnis in quibus non arbitramur nos sufficere ad cognoscendum ea utrum sint facienda necne. Cum ergo primum sibi ipsi sufficiens ad omnia cognoscenda, manifestum est quod in eo non est ponere consilium. ¶ Sed contra. Consilium genus est ad electionem quia omnis electio consilium et non econverso. Sed in quolibet est ponere genus et speciem. Sed in primo est ponere electionem. Unde dicit apostolus: Ego vos elegi ante mundi constitutionem. Et loquitur deus ad apostolos. In primo ergo est electio, quare et consilium. ¶ Preterea dicit Damascenus: consilium est firma sententia. Cum ergo in primo sit ponere sententiam firmam, in eo est ponere consilium. ¶ Ad hoc dicendum est quod consilium potest dupliciter accipi. Uno modo dicitur consilium deliberatio et discussio rei faciende. Alio modo dicitur consilium sententia vel diffinitio rei faciende et hoc potest esse dupliciter, aut deliberatione precedente vel non precedente deliberatione, sive deliberatione precedente secundum quod communiter dicitur inter nos: accipias consilium utrum ita facias vel non. Et ipse respondet: consiliatum sive meum consilium habeo, id est ac si diceret diffinitum est apud me utrum debeam facere vel non. Dico igitur quod consilium primo modo non est in primo et sic loquendo de consilio dicit Damascenus quod consilium est propter ignorantiam et etiam de huiusmodi consilio vel sic accipiendo consilium loquebatur Aristoteles superius cum dixit: consiliarios accipimus in magnis et cetera. Sed loquendo de consilio secundum quod est sententia vel diffinitio rei faciende et hoc sive precedat deliberatio sive non, sic dico quod est ponere consilium in primo.

Aliter potest responderi dicendo quod non est consilium in primo. Ad primum quod obicit in contrarium dicendum quod consilium proprie loquendo est discussio vel deliberatio rei faciende ante sententiam vel diffinitionem faciendi. Et hoc modo accipiendo consilium non est genus ad electionem, sed cadit in diffinitione electionis vel eligentie. Similiter solvitur ad aliud quod dicit Damascenus quod consilium est firma sententia. Non loquitur de consilio secundum quod est discussio vel deliberatio, sed secundum quod est sententia vel diffinitio rei faciende vel non faciende. ¶ Circa secundum sic proceditur et quod primum non habeat liberum arbitrium ostenditur. Quia liberum arbitrium est boni et mali. Si ergo in primo esset ponere liberum arbitrium, in eo esset ponere potentiam ad bonum et ad malum. Sed hoc est falsum, potentia enim ad malum non est potentia sed potentia in potentia. In primo ergo non est ponere liberum arbitrium. ¶ Preterea dicit Aristoteles in libro Topicorum quod potentes et rationales eorundem sunt oppositorum. Sed liberum arbitrium est potestas vel potentia rationalis. ¶ Ergo est oppositorum. Sed in primo non est potentia ad opposita, quare neque liberum arbitrium. ¶ Ad oppositum in libro Topicorum dicit Aristoteles quod deus potest prava agere et studiosus. Deus ergo potest malum facere et similiter bonum. Habet ergo potentiam faciendi bonum et malum, quare liberum arbitrium habet. ¶ Ad idem omne quod dicit complectionem et perfectionem causatum est in causa per maiorem complectionem et perfectionem. Istud patet de scientia et bonitate. Cum enim scire et bonum sint completio et perfectio hominis sive dicant complectionem et perfectionem in homine, sunt in primo per maiorem complectionem et perfectionem. Cum ergo liberum arbitrium dicat complectionem et perfectionem in homine vel hominis, ipsum per maiorem complectionem et perfectionem erit in primo. Est ergo ponere in primo liberum arbitrium et similes hinc aliud dicendo quod posse currere et comedere et huiusmodi dicunt complectionem et perfectionem hominis vel in homine, ergo erit ponere in primo. Dico quod non valet instantia et quare, ecce quare homo quia distat ab actu. Unde propter hoc quod distat ab actu. Primum autem a nullo actu distat cum sit ubique. Verum igitur homo currat propter hoc quod distat ab actu. Hec autem distantia in potentia dicit [illegible] est quod potentialis additur ei. Idem dicit magis incomplectionem et imperfectionem quam complectionem et perfectionem. Similiter propter quod comedit homo ad sustinendum deperditum. Patet igitur quod comedere potius dicit defectionem quam complectionem et propter hoc non est instare in istis. ¶ Ad hoc dicendum est quod in primo est liberum arbitrium per certam completionem. Quoniam in homine liberum enim arbitrium secundum quod est in homine est ad bonum et ad malum sive potentiam habet ad bonum operandum et malum. Non autem secundum quod est in primo, quia secundum quod est in primo non est ad talia opposita, quorum alterum dicat diminutionem et incompletionem vel innobilitatem in ipso, potentia non ad malum, licet in primo ponatur in potentia in ipso quare posse facere malum potius est impotentia sive potentia ad malum potius est impotentia quam potentia. Sed per libertatem arbitrii habet primum potentiam ad talia opposita que in ipso non ponunt innobilitatem neque incompletionem, potest enim dare

capam et non dare. et dare per vendam et non dare et potest ad talia opposita in primo non ponit impotentiam vel in nobilitatem. sed potius potentiam. unde per libertatem arbitrii potest deus. sicut habet potentiam ad talia opposita non tamen ad ista que sunt bonum et malum. ¶ Contra ostendens quod omnino deus potest malum facere. quia deus est studiosus possit prava facere. dico ad hoc quod tripliciter appellatur deus uno modo secundum essentiam et veritatem secundum quod sic dicitur trinus et unus deus. et sic pater appellatur deus. alio modo dicitur vel appellatur deus per similitudinem. sic sancti. secundum quod dicitur in divina pagina. ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. tamen dicuntur sancti dii per similitudinem quia bonum operantur et consistunt in bonitate ut deus. tertio modo dicitur deus per nuncupationem secundum quod ydola dii vocantur. ut ydolum iouis deus appellatur. dico igitur quod cum dicit aristoteles quod potest deus prava agere. non appellatur deus primo modo. sed secundo vel tertio. Item aliter quod aliquis facere aliquid tripliciter potest hoc esse. aut quia causat illud. ut luxuriosus peccatum facit. quia causa peccati vel causa est illius. aut quia fit per auctoritatem alterius. ut dominus regem suspendere latronem vel hominem quia hoc fit per auctoritatem illius. aut quia non prohibet illum fieri. cum tamen possit prohibere. primo modo loquendo dico quod deus non facit malum non enim causat malum neque secundo modo dicitur. non enim per auctoritatem dei malum facimus sed potest dici tertio modo malum facere. quia permittit nos malum facere et non prohibet. cum tamen hoc possit prohibere. et isto tertio modo loquitur aristoteles cum dicit deus potest prava agere. Vel aliter potest responderi tertio modo quod est malum culpe. et malum pene. malum pene secundum quod aliquis malum patitur vel punitur propter suum peccatum. dico igitur quod deus potest malum facere non loquendo de malo culpe. sed pene. potest enim deus punire malos. et hoc non dicit impotentiam vel deffectum in primo. Sed potius potentiam. Sed neque hoc quod rex punire potest et suspendere latrones dicit impotentiam regis sed potius potentiam ¶ Contra tertium sic proceditur et quod liberum arbitrium non sit in intelligentiis probatio. Omnis substantia que semper est in suo actu aut simul operabitur opposita. aut non habebit potentiam ad opposita. sed intelligentie semper sunt in suo actu quare aut est ponere ipsas simul operari contraria vel opposita aut eas non habere potentiam ad opposita. sed non est ponere eas simul operari opposita ergo non habent potentiam ad opposita. et ita non habent liberum arbitrium. ¶ Item inter duos motus contrarios vel ad contraria est ponere quietem mediam sic ergo intelligentie habebunt potentiam ad opposita secundum quod movent ab uno ad alterum sicut secundum quod esset mutatio vel motus ab uno illorum oppositorum ad reliquum esset ponere quietem in medio et ipsas quiescere in medio sive inter illa opposita. sed sic esset ponere in eis potentiam sine actu. ita quod in potentia essent et non in actu. cum ergo semper sint in suo actu manifestum est quod non est ponere eas habere

potentiam ad opposita. et sic non est in eis liberum arbitrium. ¶ Ad oppositum. sed ita est. quod duo sic se habent quod unum ad alterum ordinatur vel ordinatum est in quo non est ponere illud ad quod ordinatur alterum nec illud quod ad ipsum ordinatur. sed cognitio ad liberum arbitrium ordinatur in quo ergo non est liberum arbitrium nec cognitio. quare in intelligentiis sit cognitio et liberum arbitrium ¶ Item in omni eo quod per naturam potest mereri et demereri est liberum arbitrium. sed intelligentie per naturam possunt mereri et demereri in eis ergo est liberum arbitrium quod concedo. unde dico quod in ipsis a sua creatione erat liberum arbitrium ad ista opposita que sunt bonum et malum. sed post confirmationem non est liberum arbitrium ad malum. sed est in eis ad talia opposita que non dicunt imperfectionem vel in nobilitatem in eis sicut sunt hic esse hic non esse hic. et similia. possunt enim esse hic et non esse. ¶ Ad argumentum in quo fuit contrarium dico. quod duplex est actus intelligentiarum. interior et exterior. interior ut videre se vel aliquid huiusmodi. exterior per comparationem ad nos secundum quod nobis bonum conferre vel non conferre vel aliquid huiusmodi. cum igitur dicitur. quod intelligentia est semper in suo actu. illud verum est de actu interiori et non de exteriori et dico quod loquendo de actu interiori non habet potentiam ad opposita. sed de actu exteriori verum est et per hoc Similiter solvitur aliud vel aliter quod duplex est actus intelligentiarum. essentialis ut intelligere. et accidentalis ut moveri hic vel ibi. vel facere aliquid vel non facere. cum dicitur intelligentia sit esse in suo actu verum est hoc de essentiali non de accidentali. et de essentiali loquendo verum est. quod non habet potentiam ad opposita non autem est verum de actu quod terminatur extrinsecus vel ad obiectum exterius. ¶ Contra quartum sic proceditur. dicit quod consilium est quo entis possibilis fieri. a consiliante ordinabilis ad finem. sed obiectio sic nullum quod dicitur respectivum ad alterum debet poni in diffinitione eius quod non dicitur relatum ad alterum. sicut nullum dependens ad aliquid debet poni in diffinitione eius quod non dicitur ad aliquid. quo autem dicitur ad aliquid est enim quo quesitum quo et consilium non male ergo cadit questio in diffinitione consilii ¶ Praeterea sicut consilium est questio. idest diffinitio vel sententia. quia igitur propter quid potius cadit questio. in diffinitione consilii quam sententia vel diffinitio ¶ Ad primum dicendum quod questio habet comparationem ad querentem et ad rem quesitam et per comparationem ad querentem non est ad aliquid sed per comparationem ad rem quesitam dico tamen quod non ponitur in diffinitione consilii secundum quod dicit comparationem ad querentem non ad rem quesitam et sic non ponitur ibi. secundum quod dicitur ad aliquid. ¶ Aliter potest dici. quod sic questio dicitur quesiti questio. similiter consilium dicitur consiliabilis consilium. unde sicut questio ad aliquid dicitur ita consilium sicut modo. ¶ Ad aliud dico. quod consilium est quo. quam consilium quiritur. sed non est diffinitio vel sententia. sed consequens diffinitio vel sententia ex consilio praecepto. et sic quia consilium non est diffinitio vel sententia sed illa ex consilio consequens consilium autem quo est. quia questio cadit potius questio in diffinitione consilii quam diffinitio vel sententia. ¶ Exposito littere. videtur autem non omnis.

generis causa. idest non omnis rei. questio esse consilium quemadmodum et cetera. questio non est consilium. consilium autem est questio. et non convertitur supple. quia in minus est consilium quam questio. et ultimum in dissolutione hoc est in inventione. primum est in generatione. verbi gratia. ego volo habere capam accipio consilium quomodo poterit habere dicitur michi quere argentum. et quero quomodo potero habere. et dicitur michi vende libros tuos. et quero ubi vendam. et dicitur michi fer eos in parvisium. ecce quod istud ferre libros in parvisium ultimum est in inventione ad habendum capam. et in dissolutione quomodo potero habere et istud est primum in generatione quia primo oportebit quod hoc faciam antequam habeam argentum et quam habeam capam. et si impossibile et cetera. idest si illud de quo consilia sit impossibile. hii descendunt. idest cessant consiliari et ponit exemplum. verbi gratia. si pecuniarum est necessitas. idest indigentia causa autem impossibile est invenire. supple. non consiliantur quomodo possint habere. et si possibile videtur et cetera. querunt autem quibus instrumenta. supple. ad hoc ut habetur illud de quo est consilium ut si sit consilium de thesauro inveniendo in absendito querimus instrumenta ad gravandum terram huic dico quod querunt quibus instrumentis. Vo. idest quare cum est necessitas. idest indigentia. horum similiter est in reliquis. idest similiter querimus alia que sunt necessaria. quando est autem per que et cetera. vel et cetera. principium operationum supple quarum est consilium neque utique singularia. idest sensibilia supple sunt consiliabilia. non enim enim est consilium de cognoscibilibus per sensum et hec sunt sensibilia quia consilium est de hiis que rationis sunt et ad rationem pertinet non ad sensum. Ubi. gratia et cetera. sensus enim hoc supple discernit et cognoscit. Deinde removet dubitationem dicitur quod consilium non est de fine. sed de hiis que sunt ad finem. etenim neque semper consiliari de omnibus que possunt esse ad finem aliud ad quod respondetur dicens. si sit consiliabile et consiliabile autem et cetera. sed iam determinatur eligibile. idest eligibile est consiliabile determinatum consilio. unde eligibile super consiliabile. apponit consilio determinatum. quod enim ex consilio preponitur. idest pre aliis ponitur. illud est eligibile vel sic. quod enim ex consilio preponitur. idest ex consilio preponitur habet eligibile esse. requiescit enim et cetera. quando se ipsum. idest cum potens agere per se ipsum reducit principium. idest causam ultimam sive finis manentem. idest in potentiam causam antecedentem. id est ad causam ultimam. que per ea est in potestate nostra et sine medio ordinata in finem. hoc enim est quod eligitur. scilicet causa prima in operatione ante ad finem. Manifestum est hoc autem ex antiquis civilitatibus. idest ex consuetudinibus et institutis antiquarum civitatum. quas homerus secutus est. idest quas homerus recitat. reges enim que eligebant. idest volebant eligere. annuntiabant plebi. et si plebs consentiebat illud eligebat. istud recitat homerus et sic patet quod reges illud quod volebant eligere accepto consilio a plebe illud eligebant. quod eligibile est consiliabile terminatum consilio illud quod sequitur planum est.

¶ **Videtur autem hiis quidem boni et cetera.**

Determinato de voluntario et eligentia in parte ista intendit auctor determinare cuius sit voluntarium utrum boni tantum vel boni et mali et ista pars dividitur in tres in quarum prima recitat auctor opiniones quorumdam in secunda cum dicit. quoniam autem eis que voluntarium et cetera. huiusmodi opiniones improbat. In tertia parte solvit et declarat veritatem cum dicit. si autem utrique sed non placent. ¶ Circa primam istarum partium sic proceditur et continuatur sic tertium dictum est. quid est voluntarium. et quid eligentia et eligibile. sed modo dicatur aristoteles cuius est voluntarium ad hoc respondens autem. recitat opiniones aliorum et dicit. quod quibusdam videtur voluntarium esse boni simpliciter tantum. Aliis autem videtur voluntarium. auctor recitat. deinde improbat istas opiniones et primo primam. secundam secundum cum dicit. eis autem vero. primam sic nos diceremus. quod voluntarium est tantum boni simpliciter. et arguo sic. illud quod vult malus voluntarium est. sed malus vult malum. ergo malum voluntarium sed voluntarium est solum boni. ergo malum est bonum quod est inconveniens et hoc est. quoniam autem et cetera. Deinde improbat secundam opinionem tali ratione. illud quod est voluntarium vel quod est voluntarium est natura aliquid. sed quod videtur bonum non est natura aliquid. ergo quod videtur bonum non est voluntarium. sicut non est voluntas eius quod videtur bonum. Deinde sequitur pars tertia in qua solvit et determinat veritatem et ista pars habet tres in quarum prima solvit auctor et determinat veritatem huiusmodi. in secunda confirmat suam solutionem per rationem cum dicit. existunte autem voluntario. in tertia recitat responsionem quorumdam ad suam rationem et eam improbat. cum dicit. sed dicere quod nullus volens et cetera. ¶ Circa primam istarum partium sic proceditur. vos ita queritis utrum voluntarium sit boni aut mali. si autem loquimur de voluntario simpliciter. aut de voluntario per comparationem ad volentem. primo modo loquendo de voluntario. sic dico quod est boni simpliciter. si voluntarium per comparationem ad volentem aliquando est boni aliquando boni et mali. ille qui bonus est vult bonum. malus autem aliquando bonum. aliquando malum. unde quemadmodum illis qui sani sunt a parte corporis sana sunt ea que secundum veritatem sana sunt infirmis autem videntur quod alia sana quam ea que sunt sana secundum veritatem et dulcia et amara et sic de aliis similiter illi qui sunt sani quantum ad animam bonum volunt simpliciter. illi autem qui sunt infirmi quantum ad animam aliquando bonum aliquando malum. unde eis videtur quod est bonum simpliciter esse malum et econverso. malum esse bonum. sed bonus in singulis bonum videt. ut regula et mensura corporis existens. deinde sequitur pars alia in qua confirmat auctor suam solutionem per rationem et ostendit quod bonum et malum sunt voluntaria. et hoc per comparationem voluntarii ad volentem. et est sua ratio talis ea quorum est consilium et eligentia sunt voluntaria. sed operationum tam bonarum quam malarum est consilium et eligentia. ergo et operationes tam bone quam male sunt voluntarie. et ultimo cum dicit ac quod cum

in nobis sit operari bonum et non operari, operari malum et non operari, nobis est decentes fieri et indecentes. Deinde sequitur pars alia in qua recitat auctor opinionem quorundam ad sui rationem. et ista pars dividitur in duas. quia primo recitat opinionem eorum. Secundo eam improbat cum dicit. Sed in hiis que nunc dixi et cetera. Opinio quorundam talis erat. dicebat quod nullus fit bonus volens. nullus autem fit malus volens. et dicit auctor quod quantum ad primum verum dicebant. sed quantum ad secundum mentiuntur. Et sequitur pars secunda in qua probat quod quantum ad secundum mentiuntur et omne malum esse voluntarium sive a voluntate. et ista pars dividitur in .4. secundum .4. rationes quas ponit auctor. primam ponit hic. Sed in hiis que nunc diximus. Secunda ibi. hiis autem videntur testificari. Tertia ibi. adhuc irrationalem. quarta ibi. non solum autem malicie anime et cetera. due prime partes spectant ad presentem lectionem. prima ratio talis est. malicie et naturam contraria non sunt sub eodem. sed contrarium naturam est a natura. ergo malicie non sunt a natura et sunt a natura vel a voluntate. sed ergo a voluntate. vel sic potest formari ratio. non est ponere nos esse principium naturarum et maliciarum eodem modo. sed per naturam sumus naturarum principium. ergo per naturam non erimus malorum principium. sed per voluntatem aut per naturam ergo per voluntatem. et ita malicie sunt voluntarie. Secunda ratio talis est. nullus castigat nos ad naturalia. sed prohibet nos a naturalibus hoc probat. nullus nullus enim prohibet nos non pati famem cum non habeamus quod manducemus. nec tale fieri vel dolore dantem febricitamur. sed legislatores instigant ad bona retribuendo bonos. et prohibent a maliciis puniendo malos. quare bonum et malum non sunt a natura. sunt ergo voluntaria a voluntate. et ita malum est voluntarium. et quia dixerat quod legislatores puniunt operantes mala dicit quod hoc non est simpliciter verum. quia non puniunt peccantes per violentiam neque peccantes per ignorantiam. sed non sit causa ignorantie. illi qui operantur per ignorantiam malum. sed si sit causa ut ebrius operans per ignorantiam cuius est ignorantie. puniuntur. unde ebrio duplices debentur maledictiones. Similiter dicit quod si aliquis est ignorans per suam desidiam quia noluit addiscere et operatur per malum per illam ignorantiam debet puniri. potuisset enim didicisse si vellet et non esset ignorans. hec est sententia huius partis. Hic primo dubitatur utrum voluntarium per se sit boni. Secundo utrum malum sit aliquo voluntarium. Tertium est de hoc quod dicit quod in nobis est fieri decentes et indecentes. quarto de quibusdam aliis que dicit in littera. sed illud in exponendo litteram queretur. Circa primum sic proceditur. illud est per se voluntarium quod per se intenditur. sed bonum per se intenditur. ergo bonum est per se voluntarium. et tunc voluntarium est boni per se. Item. dixit supius quod voluntas est finis. et finis et bonum idem sicut dicit philosophus voluntas ergo solum est boni vel ad bonum contra malum non sit finis. Item. nulla potentia illius per se quod est deformativum ipsius. sed malum deformativum est voluntatis. ergo et cetera. Ad oppositum voluntas per se sufficit ad esse malum. non autem per se sufficit ad esse bonum. est ergo magis causa mali quam boni. ergo bonum voluntarium multo magis et malum. Item. si malum non esset a voluntate. esset vel a casu vel a fortuna. Sed per illud quod est a casu vel a fortuna non vituperatur aliquis. ergo per malum non vituperatur aliquis quod cum sit falsum relinquitur quod malum est a voluntate sive voluntarium. Ad hoc intelligendum est quod voluntas potest considerari dupliciter aut ut est natura aut ut est voluntas. hoc dico quia voluntas ut est natura non est deliberans. voluntas autem ut voluntas est deliberans. dico ergo quod loquendo de voluntate ut est natura sic dico quod est ad bonum tantum et secundum hoc concedo rationes que probant hoc. sed loquendo de voluntate ut est voluntas hoc est de voluntate ut est deliberans. sic dico quod est boni et mali. Et non quod non dicimus bonum esse voluntarium. et malum non. quia voluntas sit causa boni et non mali. Sed dicimus bonum esse voluntarium. et malum non. quia bonum perficit voluntatem malum autem non cum sit ipsius deformativum et per hoc solvuntur argumenta. ad partem aliam concedimus. scilicet quod voluntas causa est utriusque et boni et mali. Sed bonum voluntarium dicimus. quia voluntatem perficit sicut dictum est et malum autem non. Circa secundum sic proceditur. et ostenditur quod malum non movet voluntatem. quia omne movens alterum magis est eius et nobilius quam illud quod movet. ergo si malum moveret voluntatem magis esset eius quam voluntas. sed voluntas est eius per se. Si ergo malum moveat voluntatem et ipsum erit eius per se quod cum dicit falsum relinquitur quod malum non movet voluntatem. Sed contra. si malum non esset voluntarium nisi per accidens et non per se non tamen deformaret nam per bonum eam informaret et hoc patet. quia cognitio per accidens non tamen non tamen perficit intellectum speculativum sicut cognitio per se. quia tamen illud quod est per accidens tamen format aliquid quantum informat illud ad quod per se informat. si ergo malum per accidens esset voluntarium non tamen deformaret animam quantum bonum eam informaret quod cum sit falsum relinquitur quod malum est per se voluntarium. Hoc idem apparet per hoc quod dixit auctor supius quod non solum habitus sunt ex operationibus. Sed etiam ipse operationes in ipsis habitibus erunt. habemus igitur quod sicut patet habitus sequuntur ad operationes. et operationes ad habitum sequuntur. Item superius dixit auctor quod quales sunt operationes tales sunt habitus sequentes. ergo Similiter quales sunt habitus tales sunt operationes ad habitus consequentes. sed habitus malus in homine est voluntarius. ergo operationes male ex illo habitu consequentes erunt voluntarie. et ita malum voluntarium. et illud concedo sed distinguendum est. quia in operatione mala est substantia ipsius operationis et ratio vel modus rei moventis. dico igitur quod in operatione mala sive ad malum operandum substantia rei non movet. Sed ratio vel intentio boni. quod patet quia quid furatur aliquis propter hoc ut adimpleat indigentiam. unde hoc quod est adimplere indigentiam suam. movet ipsum non substantia mali. Item aliquis suspendet se. quid movet ipsum ad hoc. hoc quod est maius malum evitare. videtur enim sibi quod suspendendo se

maiorem penam patetur

maiorem penam patetur. et nonne ista sunt bona. scilicet indigentiam adimplere et ex duobus malis minus malum eligere. constat quod sic. Sic igitur dico. quod malum movet non ipsa substantia. sed ratio vel modus rei. et sic est bonum voluntarium. Ad aliud quod obicit. quod omne movens alterum est nobilius et magis eius. quam illud quod movet. dico quod aliquid potest movere dupliciter. aut ut effectus. aut ut finis. illud verum est de eo quod movet ut effectus. non autem de eo quod movet ut finis et malum movet ut finis. si moveat non ut effectus. Circa tertium sic proceditur dicit quod in nobis est fieri decentes vel indecentes. Sed contra. nichil se ipsum reducit de potentia ad actum ergo nichil reducit se de bono potentia ad actum bonum. et tunc respicit aliud. non est ergo in nobis fieri bonum sive decentes. Item. duplex est perfectio. naturalis et moralis perfectio naturalis hominis est anima rationalis. perfectio non moralis est bonum. arguo tunc sic. nichil est causa sue perfectionis naturalis. unde nullus dat sibi animam sed creator. ergo [illegible] erit causa sue perfectionis moralis non est ergo in nobis fieri bonos vel decentes. Sed contra. dixit auctor supius quod iusticia consistit in operationibus que sunt in me cum delectatione et tristicia. ergo cum homo possit esse causa talium operationum homo per se potest fieri bonus. ergo est in nobis decentes fieri vel indecentes. Ad quod intelligendum est. quod est loqui de bono dupliciter. aut ut est actus bonus solum aut ut est actus bonus et meritorius. Verbi gratia. si aliquis aufferret capam meam et preponit alteri ille videat. si prohibeat ipsi auferre capam meam facit bonum non tamen meretur propter hoc bonum quia facit quod tenetur facere. quia si rex sciret quod pateretur furari coram se suspenderet eum. unde si preponit ad hoc referat intentionem suam ut faciat bonum. et quod iustum est non tamen meretur sed si hoc facit referendo intentionem suam in primum tunc meretur. unde qui facit bonum non tamen refert intentionem suam in primum meretur. Sed si refert intentionem suam in primum. et sic est bonum actus meritorius. Sic igitur dico quod loqui de bono dupliciter. aut ut actus bonus tantum. aut ut est actus bonus et meritorius. dico igitur quod loquendo de bono inquantum est actus solum. sic dico quod in nobis est bonos et decentes fieri. sed loquendo de bono inquantum actus est meritorius. sic non est in nobis bonos fieri vel decentes quia non meremur. sed gratia in nobis a primo infunditur. hoc viso solvuntur argumenta. ad primum quod obicitur. quod nichil educit se de potentia ad actum. dico quod est potentia ad esse et potentia ad aliquid aliud. sicut ad bene esse vel ad erendum vel aliquid huius cum dicitur quod nichil educit se de potentia ad actum. illud verum est de potentia ad esse. non autem est verum de potentia ad aliquid aliud. Sic enim sequeretur quod ego non possem induere capam meam sed oporteret quod semper haberem aliquem qui induceret me capam si nichil educeret se de potentia ad actum necessario. Et similiter est de omnibus aliis. Ad aliud dico quod non est simile de perfectione morali et naturali. nullus enim est causa sue perfectionis naturalis. et quid mirum ipse non est adhuc ex quo non sit non possunt esse causa alicuius sed perfectionis moralis potest quilibet esse causa et eam sibi acquirere et hoc est quantum ad hoc esse antequam illam perfectionem habeat. Circa tertium ad oppositum solvuntur per distinctionem. concedo enim quod aliquis potest esse causa per se boni

Secundum quod bonum est actus solum. non tamen secundum quod est actus meritorius. Expositio littere. utrum autem huius quidem voluntarium esse boni huius autem. hoc est alius eius quod videtur esse bonum gratia autem eis qui dicunt voluntarium bonum. tamen hoc ingens scilicet non esse voluntarium et cetera. erit autem si sic contingat malum simpliciter bonum eis autem contrariis et cetera. contingit hoc ingens. non esse tamen ad voluntatem contrarium autem sic quod sunt contraria esse voluntaria. si autem hoc non placet dicendum igitur simpliciter voluntarium esse quod secundum veritatem bonum utrumque autem. est voluntarium quod videtur bonum. unde voluntarium est secundum quid quod videtur alicui bonum. bono igitur videtur quod secundum veritatem bonum est. malo autem videtur bonum quodcumque tamen malum quam bonum ratio autem quia bono videtur tamen tantum bonum quod est bonum et malo videtur utrumque et bonum et malum est quantum in bono non est aliquid de malo. non enim est aliquid ita malum in quo non sit aliquid de bono. quod autem bono tamen videatur quod secundum veritatem est bonum et malo quodcumque declarat auctor per simile dicens. quemadmodum in corporibus et cetera. bonus enim singula iudicat recte. sed verum est de eo qui bonus est in omnibus. secundum enim unumquemque habitum. propria sunt bona et delectabilia que bono videntur. et differt multum forsan .i. difficile est discernere bona et delectabilia secundum unumquemque habitum. non enim est unus bonum simpliciter vel malo in quibus .i. operari in hiis utique non operari. quia .scilicet. operari bonum est eius in nobis. et non operari malum est existens in nobis. in nobis ergo est decentes .i. bonos vel indecentes .i. malos esse. sed dicere et cetera. vel hoc quidem et cetera .i. primum mandatum hoc autem est .i. secundum est verum. planissima est littera que sequitur.

Adhuc irrationale videtur iniusta facientem et cetera.

Dictum fuit supius quod pars ista vel huius autem quidem bonum et cetera in qua intendit auctor determinare eo quod vel esset voluntas et voluntarium in duas partes dividebatur in quarum prima recitat auctor opiniones quorundam et eas improbat in secunda veritatem manifestat. et eam per rationem confirmat. et tunc pars in duas. quarum primo veritatem dicebat contradicebat. si autem hec non placent. Secundo illam per rationem confirmabat ibi. existentem autem voluntario et tunc pars in duas quarum primo ponebat rationem suam. secundo responsionem quorundam recitabat. et eam improbabat ibi. sed dicere quod nullus et cetera et tunc pars in duas quarum primo improbat responsionem eorum qui dicebant bonum esse voluntarium et malum involuntarium. Secundo responsionem eorum qui dicebant tamen esse voluntarium quod videtur bonum et hec pars ibi. si autem quis dicet quoniam omnis desiderant. prima pars dividebatur in quatuor partes secundum .4or. rationes quas ponit auctor ad improbandum illam responsionem. quarum duabus primis habitis in prima parte huius lectionis. et deinceps recapitulat ponit auctor alias duas et deinde sequitur pars secunda in qua improbat opinionem que ponebat tamen esse voluntarium quod videtur bonum ibi. Si autem quis dicit et hec facit in parte secunda huius lectionis et deinde recapitulat auctor predeterminata cum dicit. generaliter quidem igitur. hec autem pars debuisset apponi tenendi quod alias verum sic debuissemus vidisse. quoniam igitur presens opus et cetera. ut dicetur quod primo determinavit auctor de virtute in generali secundo in speciali

ut in quarto et prima in duas in executionem et recapitulationem
et haec recapitulatio ibi. Quod quidem igitur de virtute et haec
pars est tertia huius lectionis. Secundum hoc continet praesens lectio
partes tres in generali quarum prima dividitur in duas secundum
duas rationes quas ponit. Quarum prima dividitur in tres.
In quarum prima ostendit auctor quod aliquis malus sit vo-
lens malus et quod secundum hoc esset aliquis. Quod enim
aliquis factus est malus quod cum vellet fieret non
malus quod removet auctor in parte secunda cum dicit
non tamen si vult et cetera. In tertia hoc declarat per
exemplum cum dicit non enim aegrotans et ponit duo
exempla et primam partem sic procedit et ponit ta-
lem rationem ad ostendendum malitias esse voluntarias.
Omnis factus malus non vi nec ignorantia volens
factus est malus, sed omnis factus malus est factus malus non
vi aut ignorantia, ergo omnis factus malus volens est factus malus.
Huius rationis primo ponit conclusionem et hoc est. Adhuc irrationa-
bile. Secundo maiorem et hoc est. Si autem ignorantia et quia
probatum est quod malus volens factus est malus, quaeritur prop-
ter quid similiter est aliquis malus cum vellet esse non malus.
Hoc removet auctor et dicit sic: licet prius diximus quod malus
volens factus est malus, non tamen factus malus cum vult
fit non malus sed bonus. Unde sola voluntas sufficit ad
esse malum, non tamen sufficit ad esse bonum. Et hoc declarat
auctor et procedit sic. Primo ponit conclusionem et hoc est non tamen
similiter. Secundo declarat eam per duplex simile. Primum
tale: aliquis potest fieri infirmus cum vult infirmitate
corporali ut si comedat aliquem cibum infirmum vel aliquid
potet non ipsi bonum, factus tamen infirmus quando vult potest
fieri vel fit sanus. Sic similiter est quod aliquis volens potest
fieri malus, tamen factus malus non quando vult fit bonus
et hoc est non enim qui aegrotat. Secundum simile tale
est aliquis proiciens lapidem ante proiectionem habet in potestate
sua ut proiciat vel retineat; post proiectionem autem in ipso
non est retinere. Sic ante quam aliquis factus sit malus
in ipso est ut fiat bonus; quando autem factus malus in ipso
non est quando vult ut fiat bonus et hoc est quemadmodum
neque emittenti. Secunda pars principalis huius lectionis in qua
ponit auctor quartam rationem principalem ad ostendendum
quod malitiae involuntariae, et est sua ratio talis:
quaedam est in malitiis corporalibus sic et in malitiis animae. Sed
malitiae corporis propter quas increpamur et propter quas nobis
improperatur sunt voluntariae et in nobis. Ergo similiter
malitiae animae propter quas increpamur erunt voluntariae et
in nobis. Huius rationis primo ponit auctor conclusionem et hoc est
non solum autem animae malitiae. Secundo declarat eam et
procedit sic. Primo ponit antecedens cum sua verificatione quod est
quod malitiae corporis propter quas increpamur sunt volunta-
riae et hoc est: eis quidem quae per naturam. Secundo ponit vel in-
fert consequens quod est quod et malitiae animae propter quas incre-
pamur erunt voluntariae et hoc est. Si autem sic est
et malitias. Secunda pars tertia principalis huius lectionis in qua
improbat auctor opinionem aliorum qui ponebant esse
voluntarium tantum quod videtur bonum. Et haec pars dividitur in partes

tres duas. In quarum prima ponit auctor rationem eorum,
in secunda eorum rationem destruit cum dicit: Si utique hic sue
causa. Eorum ratio quam ponebant talis est: unusquisque
talis est desiderat quod sibi videtur apparet bonum,
sed nullus est causa sue apparentie, ergo nullus est causa sui
desiderii. Si enim aliquis esset causa sui habitus mali esset
causa sui desiderii et sue apparentie. Sed nullus sic causa
sue apparentie nec sui desiderii mali. Nullus enim sciens desi-
derat malum, immo si desiderat hoc est quia ignorat illud esse ma-
lum et credit secundum naturam suam illud esse bonum. Desiderat enim
secundum quod ei innatum est. Sicut enim habens visum bene innatum
bene videt, et bene videns habet visum bene innatum, sic habens
animam bene ignatam desiderat quod secundum veritatem est bo-
num et desiderans id quod secundum veritatem est bonum habet ani-
mam bene ignatam, qui autem habet animam aliter innatam aliter de-
siderat. Unusquisque ergo desiderat secundum quod ei innatum est,
nullus igitur causa sui desiderii est voluntarie, ergo nullus causa
sui mali habitus est voluntarie; malum ergo non est volun-
tarium, sed tantum id quod videtur bonum. Et hoc est: Si autem quis dicat
quoniam omnes desiderant id quod videtur bonum et cetera. Consequenter des-
truit illam rationem sic: si haec vera quae dicta sunt, quia bona
malitia non est voluntaria, nec virtus erit voluntaria,
sed hoc est falsum et inconveniens secundum eos. Ergo et primum. In hac ratio-
ne sic procedit: primo ponit ipsam rationem et hoc est: Si utique
haec sunt vera. Secundo declarat necessitatem consequentie sic: libet
se habet finis in bono et in malo et operationes sic se habent
ad finem in bono et in malo. Si ergo finis in bono vo-
luntarius sit et operationes ad ipsum finem, finis in
malo voluntarius est, erit et operationes ad ipsum volun-
tariae. Aut si finis in malo naturalis sit et operationes ad
ipsum naturales, finis in bono naturalis erit et operationes
ad ipsum. Quare si malitia sit naturalis et virtus erit naturalis
et si virtus sit voluntaria, malitia similiter erit volun-
taria et hoc est: utique sunt [gap] bono et malo et cetera.
Sequitur pars principalis tertia huius lectionis in qua recapitu-
lat auctor dicta et prothemat auctor dicenda et
ista pars dividitur quia primo recapitulat praedeterminata. Secundo
dat intentionem suam determinanda cum dicit: resumentes
igitur. Et pars prima habet duas quarum primo recapitulat auctor
praedeterminata, secundo removet dubitationem quandam cum dicit
non similiter autem operationes. In parte prima sic dicit auctor
quod dictum est de virtute in generali et dictum est quoniam virtus
habitus est et sine quod habitus genus est ad virtutem. Item
dictum est quod est medietas et ex quibus fiunt quae
ex operationibus et secundum eas sunt habitus. Item
dictum est quod virtutes sunt a nobis et sunt volun-
tariae et hoc est: Communiter igitur de virtute et cetera. Et
quia dixerat auctor quod habitus sunt voluntarii
sive virtutes posset aliquis credere quod essent vo-
luntarii quemadmodum et operationes. Hoc removet auctor
dicens quod non similiter sunt operationes voluntariae
et habitus, quia operationum domini sumus a principio usque ad
finem, sed habituum domini sumus in principio et non in fine,
quando enim facti sumus mali non est in nobis ut

quando volumus simus non mali sicut superius dictum est. Cum in
principio autem fuerit in nobis bonos vel malos fieri,
quod ad singulas fiunt potentiam sicut in aegrotantibus et hoc est
non sicut autem. Deinde dat auctor intentionem suam de dicen-
dis quod resumentes de unaquaque [gap] virtute determinabimus
quae sunt et circa quae consistunt et quo modo et erit manifestum quot sunt
et primus dicemus de fortitudine. Haec est intentio partis huius.
Expositio litterae. Adhuc irrationabile et cetera. Si autem non ignorans
sed sciens quis et cetera. Non tamen si vult iniustus quiescere
propter hoc erit iustus. Non enim qui aegrotat sanus est quando
vult et contingit et cetera. Ille dico et incontinenter vi-
vens et cetera. Tunc igitur id est ante incontinentiam vel si esset
medicus in eo erat non aegrotare emisso, id est remissa in-
continentia vel omissa sanitate. Non adhuc id est amplius est ipsi
erit casum vel non incontinentem sive non aegrotantem
quemadmodum et cetera. Adhuc enim id est post emissionem impossibile
est et cetera. Sed tamen ante emissionem in ipso et cetera. Principium enim erat
in ipso emittendi. Sic utique et cetera. Sicut et autem enim
id est contrarii sunt iniusti vel incontinentes. Non adhuc
id est non amplius est in ipsis non esse iniustos vel in-
continentes. Non solum autem et cetera. Planum est quod dicit. Sed
huius quae propter desidia contrarium ad naturam pugnam propter ad
corpus. Et autem qui ex inhibitione et cetera. Supple habet plagam
aut aegritudinem aut aliam incontinentiam id est propter aliam
incontinentiam ut propter luxuriam omnis et cetera. Nam sic se habet
et in aliis id est in malitiis corporis. Malitiae autem quae
increpantur in nobis erunt et erunt voluntariae. Si autem
quis dicat et cetera. Et erit ratio quae ponet. Phantasie et cetera
sed quatuor id est si quis contingit unus quisque est talis et
finis ei videtur. Si igitur habitus sui est unusquisque causa et-
iam aliquo modo sibi causa et fantasie et cetera. Sed
propter ignorantiam finis haec id est mala operantur. Ordo huius
partis in hoc patet quod prius est ponere rationes quam recapi-
tulare dicta et prothemare dicenda. Hic queruntur tria. Primum est de
prima ratione et de hoc quod innuit quod magis incli-
nemur ad malum quam ad bonum. Secundum est de secunda ratione
et tertium de tertia et de dubio quod removet. Et ad primum
sic: omne id quod naturaliter appetit bonum et non malum ma-
gis inclinatur ad bonum quam ad malum. Sed omnis creatura
rationalis naturaliter appetit bonum, ergo magis inclinatur ad bo-
num quam ad malum. Item virtus est perfectio naturae et sal-
vatio, malitia autem potius corruptio. Cum ergo unumquodque magis ap-
petat suam perfectionem quam corruptionem, videtur quod magis in-
clinetur ad bonum quam ad malum. Item ostendit Augustinus
quod liberum arbitrium est in homine propter bonum, quia si esset
datum propter vel ad malum, diceret: puniret deus mala operan-
tes quando utentur potentia ad quam nata est, sed punit eos
quia liberum arbitrium ordinatur potius ad mala quam bonum. Item
unumquodque magis est principium eius ad quod est per se et primo
quam eius ad quod est per accidens. Sic est securis magis est
principium secandi quia ad hoc est principium quam debellandi
quia est ad hoc sit per accidens. Et ita anima intellectiva ma-
gis est principium boni quam mali. Item dicit quod si-
mus mali non sumus boni quando volumus et hoc non est nisi quia

malitia est habitus et in dispositione [gap] et difficile mo-
bilis. Ergo bonitas sic habitus sicut malitia est de difficili
mobilis quare cum simus boni non erimus mali quando volumus
quod negat in littera. Item videtur hoc vero quod nullum
bonum sit habitus quia omnis habitus est de difficili mobilis,
sed omne bonum est facile mobile nam sola voluntate cor-
rumpitur, ergo nullum bonum est habitus. Item Theologi
dicunt quod a potentia est bonitas in operatione et in habitu
unde quaero secundum philosophum in quo sit prius bonitas vel in
potentia vel operatione vel in habitu. Sed videtur quod operatio sit me-
dia inter potentiam et habitum. Sic se habet habitus ad operationem in se
habet operatio ad potentiam. Sed habitus recipit bonitatem ab o-
peratione, ergo similiter operatio recipit bonitatem a potentia et secundum
hunc modum videtur quod propinquior sit operatio potentiae quam ipse habitus.
Item cum malus convertitur in bonum sit ita quod
sit ultimo malus et primo bonus, tunc quaero utrum
in eodem instanti aut in alio. Non est in eodem quia cum
est ultimo malus est malus, cum est primo bonus est bo-
nus et ita est bonus et malus in eodem instanti quod
est inconveniens. Ergo in alio instanti est in quo ultimo est
malus et in quo ultimo est bonus. Verbi gratia a in quo
ultimo est malus, b in quo ultimo bonus est. Cum inter
quaelibet duo instantia est tempus sit medium c. De illo tem-
pore quaero aut est bonus in illo aut est malus; et vocetur
c. Si malus sit in a ergo est ultimo malus in a cum c
sit post a. Si bonus in c non ergo primo bonus in b est c sit
ante b. Et ita inconveniens quod non possit fieri conversio. Similis est quaestio de
sano et aegro et in aliis contrariis immediatis. Item videtur
quod cum aliquis est bonus quando vult fit malus. Sed ad
hoc quod fit malus oportet quod corrumpatur bonitas in
ipso. Sed constat quod non corrumpitur nisi a malitia non
nisi existente in eadem substantia. Ergo videtur quod oppositum sit in eodem.
Si dicatur quod corrumpitur a malitia quod est sicut dis-
positio, sed non est quia agens completius modo est eius quam
patientis et cum non habitus quando est non per dispositio. Item ad
primum dicendum est quod anima potest considerari secundum se et sic
magis inclinatur ad bonum quam ad malum vel ratione
sensualitatis corruptae quae contrahit a primo parente et
sic magis magis inclinatur ad malum quam ad bonum.
Item ad aliud dicendum est quod malum est divisibile et multiphari-
am, bonum simpliciter. Et ideo si aliquis perexistens in puero
est puer est quando vult, sed quando est extra puerum non est in
puero quando vult. Similiter quando quis est bonus quia malum est
bonum et multipharie malus est quando vult, sed quando est malus
est bonum sic simpliciter non est bonus quando vult. Item ad obiectum
dicendum quod non est simile tamen quia malum est [gap] quando est
malus non est bonus quando vult, sed quia malum multipharie,
bonum simpliciter. Item ad aliud dicendum est quod virtus potest considerari du-
pliciter vel prout est actus et sic potest corrumpi sola voluntate
vel prout est habitus et sicut non potest corrumpi sola voluntate
nisi non operationibus per oppositum vel et ideo bonus habitus est de dif-
ficili mobilis. Item ad aliud dicendum quod operationes exeunt a potentia [gap] ipsam
potentiam perficiat et sic potentia est in ratione causae efficientis et est in ratione causae finalis.
Dicendum est ergo quod secundum quod operationes operantur

ad potentiam sicut ad causam efficientem. sic operationes precedunt habitum secundum illud quod operantur ad potentiam in ratione finis sic habitus precedunt operationes. ¶ Ad aliud dicendum est quod de hoc multe sunt opiniones quia quidam dicunt quod est supremum instans in quo ultimo est malus non contingit dare instans in quo sit primo bonus. alii dicunt aliter quod probabilius est quod est ex malo sit bonus. ad hoc non est bonus quia quod fit non est sed fit in tempore sed inter instans et tempus non est medium unde non est questio de tempore inter medio. unde dicendum est quod id est nunc quod assignatur pro omne tempus ut dicit Aristoteles in quarto phisicorum dicendum est ergo quod quando corrumpitur idem est nunc quod est principium unius et finis alterius vel si ponamus quod duo sunt necesse patet solutio quod inter duo nunc non est medium sed non pono duo nunc sed unum diversificatum per priora et posteriora. quia prius et posterius apponit tempus sicut nunc vel dicendum est quod cum dicitur inter duo instancia est tempus medium verum est si illa duo instancia sunt eiusdem temporis sed si sint diversorum temporum non est verum sicut de punctis eiusdem linee verum est inter infinita puncta semper sunt media sed si sint diversarum linearum ut duo corpora se contingant non erit medium inter illa duo puncta quia contingentia sunt quorum ultima simul. ¶ Ad aliud dicendum quod aliquid dicitur de alio dupliciter vel quia agit in id sic calidum agit in frigidum vel quia hoc existente non est reliquum sicut albo existente non est nigrum non tamen album agit in nigrum neque econverso. sed malum in bonum neque econverso et tamen hoc existente non est illud ¶ Contra secundum sic innuit quod phantasiarum non sumus domini. cum igitur phantasie et operationes sunt principio operationum sed nos non sumus domini operationum nec sumus domini opinionum et ita non mereremur neque demeremur quia secundum ea quorum nos sumus domini solum meremur. ¶ Item cum nos simus domini operationum et desideriorum nec appetituum quia neque secundum appetitum erimus boni vel mali quod est contra Aristotelem in topicis. ¶ Item dicit Aristoteles quod difficile est removere passiones ante contemporaneas. unde patet quod in nobis sunt quedam passiones dispositiones innate que inclinant nos ad malum sed non sunt aliqua que inclinent nos ad bonum. secundum hoc ut quod malum sit quasi naturale cum contra sit a dispositionibus naturalibus quare non erit voluntarium ¶ Contra. unumquodque magis appetit suam perfectionem quam suam diminutionem sed bonum est perfectio quare humana natura magis se habet ad bonum quam ad malum. ¶ Ad primum dicendum est quod duplex est appetitus. primus scilicet et secundus. dicendum est ergo quod non sumus domini appetituum primorum sed sumus domini secundorum unde libertas non est respectu primorum appetituum qui sunt apprehensio et cognitio. sed secundorum qui sunt consensus vel dissensus et ad hos secundos meremur. quantum ad primos non. ¶ Ad aliud dicendum est quod in nobis duo sunt natura et contrarium ad hoc inclinamur ad bonum et econtrario natura et tamen ad hoc inclinamur ad malum non tamen sufficit per se neque cognoscit nec cogit exire in opus sed requiritur voluntas et ita restat quod et bonum et malum voluntarium ¶ Contra tertium sic Aristoteles dicit in libro de anima quod intellectus

semper rectus phantasia recta et non recta et sic patet quod intellectus est maior dextre phantasia indextriata sed quando sunt duo tales motores in eodem indextriata non movet nisi prius mota ab eo quod est dextriata et ita patet quod non movet phantasia nisi mota ab intellectu sed intellectus semper est rectus. ergo et phantasia semper movet recte et ita semper est recta. sed secundum phantasiam rectam non operamur nisi rectum et bonum quare semper operamur bonum. ¶ Ad idem est secunda ratio. intellectus est substancia incorrupta phantasia vero corruptibilis sed incorruptibile supponit semper corruptibile et numquam mouetur nec patitur in corruptibile a corruptibili quare semper patitur phantasia ab intellectu et movetur et numquam econverso et ita ut prius. ¶ Sed id videtur per Aristotelem in una propositione tertio de anima dicentem quod sicut se habet sphera ad spheram sic una potentia ad aliam. sed sic quod sphera superior non movetur ab inferiori sed econverso quare potentia superior patietur ab inferiori sed potius econverso et ita idem quod prius. ¶ Ad hoc potest dici quod sine dubio phantasia numquam movetur nisi mota ab intellectu non tamen existente bene disposito semper phantasia recte operatur et quod obicit quod intellectus semper est rectus dico sicut dictum est alibi quod in anima rationali est duplex pars inferior scilicet et superior. superior qua contemplatur superiora. inferior qua contemplatur et considerat inferiora. cum ergo dicitur quod intellectus semper est rectus hoc est quantum ad superiorem partem non hoc modo rectus est motor phantasie sed solum quantum ad partem inferiorem est motor phantasie et hoc modo non semper est rectus et propter hoc non procedit ratio. aliter potest dici sicut dicetur quod intellectus agens cognoscat omnia sed indistincta est autem illuminatur a phantasmatibus tunc facit cognitionem distinctam in intellectu possibili. dico quod cum dicitur quod intellectus semper rectus est hoc est prius indistincte se habet ad omnia sed tunc non movet phantasia cum autem est ad singularia distincte se habens tunc movet phantasiam et tunc non est semper rectus. et propter hoc movet quandoque recte quandoque non recte et quod obicit quod intellectus est incorruptibilis et ego dico quod hoc est verum. unde dico quod intellectus semper movet super phantasiam sed aliquid dicitur movere supra aliud aut quia non movetur per impetum ipsius. aut nisi ipso consentiente. hoc modo est de intellectu et phantasia numquam nec movetur phantasia nisi sibi imperet intellectus et quando sic est tunc est recta operatio vel non consentiat et tunc operatur non recte sic patet solutio ad omnia illa. ¶ Item obicitur de hoc quod dicit quod nos sumus domini operationum et non habituum. sed nos sumus sicut dicit domini operationum ab initio usque ad finem sed ex operationibus relinquitur habitus quare videtur quod nos sumus domini habituum usque ad finem. ¶ Ad hoc potest dici dupliciter. primo modo dicendum quod in operationibus sunt circumstantie quas bene cognoscimus et alterum illas operationes volumus operari quod patet per diffinitionem voluntarii voluntarium est cuius principium est etc. et sic patet quod nos sumus domini operationum et quantum ad cognitionem et quantum ad virtutem non sic est de habitibus nos enim volumus habitus non tamen cognoscimus cum habitus dispositio relicta ex operibus quo modo intenditur et item et cognitione illius incerti non habemus. quantum enim est certum per unam operationem ignoramus

vel quantum intendatur nescimus propter hoc dicitur quod nos sumus domini operationum non tamen domini habituum sumus. hec est una expositio que satis habetur per litteram. ¶ Vel aliter possumus dicere quod dicimur domini operationum quia in nobis est quod operemur vel non operemur sed non sumus domini habituum quando cum iam operati sumus et exercuimus operationes iam non est in potentia nostra quin habitus debeant evenire. ideo evenitur habitus consequenter operationibus. et propter hoc dicitur quod sumus domini operationum non tamen sumus domini habituum. littera est difficilis.

¶ Quoniam igitur quidem medietas etc.

Superius auctor determinavit de virtute in generali. In hac parte quia ad completam cognitionem alicuius non sufficit ipsum nosse in generali sed et in speciali oportet ipsum nosse. intendit in hac parte determinare de virtute in speciali. et in hoc libro de castitate et fortitudine in libris vero nobis deficientibus intendit determinare de aliis virtutibus. scilicet de prudentia et iustitia sicut se promisit in isto secundum hoc patet dividitur hic liber in duas partes principales in quarum prima determinat de fortitudine. In secunda parte de castitate ibi. pertha prima pars dividitur in duas in quarum prima determinat de fortitudine absolute. in secunda parte de fortitudine in comparatione eius ad duas incidentes ibi. circa audacias autem et timores. prima pars dividitur in duas in quarum prima determinat de fortitudine in generali. In secunda parte de fortitudine apparente et de speciebus et modis fortitudinis apparentis ibi. dicuntur autem et alie prima pars est sicut et sententia completis lectionis et dividitur in duas in quarum prima determinat auctor de fortitudine inquirendo circa quid habet esse. In secunda parte determinat de extremis fortitudinis ibi. eorum autem que superhabundant. prima pars dividitur in tres partes in quarum prima ostendit circa quid habet esse fortitudo quoniam circa terribile. In secunda parte quoniam circa terribile. In secunda parte inquirit circa quale terribile. In tertia parte inquirit circa terribile omni et quomodo. secunda ibi. Ubi igitur malam opinionem. tertia ibi. terribile autem non in omnibus quidem. prima pars habet tres partes quia in prima parte ponit quoniam perfectio quoniam. et in hoc continuat dicta dicendis. et est perfectio talis. omnis virtus est medietas inter duas malicias. fortitudo est virtus. ergo virtus est fortitudo est quoniam est medietas inter duas malicias. scilicet circa timores et audacias. In secunda parte ponit minorem principalis silogismi ut ex hoc habeatur principalis propositio dicens quod fortitudo est circa timores et audacias. sed timemus est terribilis nam timemus terribilia. et hoc sequitur circa quid est fortitudo quoniam circa terribilia. In tertia parte probat minorem huius silogismi. unde dixi quod timemus terribilia quid per quia timemus omnia mala sed terribilia omnia sunt mala. ergo timemus terribilia. quod autem timeamus mala patet per diffinitionem timoris nam ipsi philosophi diffiniunt timorem sicut precationem mali. quoniam habito circa quid est fortitudo quoniam circa terribile determinat circa quale terribile. et dividitur hec pars in quatuor in quarum prima ponit divisionem terribilis. In secunda parte proponit quoniam circa omnia hec est fortitudo ibi. sed non circa omnia. In tertia parte ostendit circa que non est fortitudo ibi. quedam non oportet timere. In quarta parte ostendit circa quod illorum habet esse fortitudo ibi. circa que igitur terribilium In prima parte ponit quinque modos terribilis dicens quod timemus malam opinionem inopiam egritudinem inimicitiam mortem. et patet sufficientia horum nam omne terribile aut est secundum hominem et non corrumpit humanam naturam aut est sicut hominem et corrumpens humanam naturam et sic est mors. si

autem sit secundum hominem aut debet homini in se aut in ratione et sic est inimicitia. si in se aut a parte corporis et sic egritudo. aut a parte anime et sic mala opinio sive infamia. et inopia. infamia timenda et propter hoc secundum quod dicitur est decens qui infamiam contempnit et per alios ne habeant occasionem peccandi in nobis tamen dicit quod non circa omnia hec terribilia. vero circa fortitudo. ¶ Consequenter manifestat circa que non dicens quod non circa malam opinionem sive inopiam quia quandam opinionem est timere sicut malam opinionem et qui timet eam decens est. id est virtuosus non est verecundus et qui non timet eam verecundus et inverecundus et quibus dicitur fortis secundum metaphoram. id est exteriorem similitudinem nam habet quod simile forti. est sit intimidus quia fortis est intimidus quod est et prius ex hoc fit talis. ideo circa ea terribilia que omnino sunt timenda et que bonum est timere non est fortitudo. infamia est huiusmodi ergo infamiam circa non est fortitudo. ¶ Consequenter ostendit quod nec circa inopiam et egritudinem est fortitudo dicens inopiam forte timere non est oportunum nec egritudinem. sed circa ea que omnino non sunt timenda non est fortitudo ergo fortitudo non est circa inopiam et egritudinem quod autem hec non sunt omnino timenda probat tali argumento. quecumque non sunt mala sive mors nominata non sunt mala vel que consequuntur malum. vel causantur a malo non sunt timenda. inopia et egritudo sunt huiusmodi ergo non sunt timenda. unde qui est intimidus circa hec non est fortis. sed dicitur fortis secundum similitudinem quia intimidus est quia autem intimidus aliquis sit circa inopiam probat dicens. quidam enim in periculis timentes liberales sunt et ad pecuniarum emissionem audaciam habent unde dant habunde pecuniam et non timent inopiam quod accidit in mari in tempore periculi vel dicendum est quod probat per hoc quod fortitudo non est circa inopiam nam quidam sunt imbecilles et non fortes qui tamen videntur fortes. et inopiam non timeant sicut quidam sunt prodigi et liberales in tempore periculi qui non sunt. consequenter ostendit quod fortitudo non est circa inimicitiam et quia omnis inimicitia est aut quia male fit amicis nostris. scilicet parentibus vel parentibus. aut quia male fit nobis quod debemus dicere quod circa inimicitiam non est fortitudo. dicit quod si aliquis timeat ne iniuria inferatur parentibus et mulieribus. aut si timet ne quis invideat sibi aut aliquid talium non propter hoc est timidus id est fortis. unde sanat hec timiditas in bonum. nec hoc audiat. hic fortis est unde hec fortitudo non attenditur circa inopiam. nec circa infamiam. vel egritudinem vel inimicitiam. ¶ Consequenter ostendit circa quod terribile attenditur fortitudo. et dividitur in duas partes in quarum prima concludit cum fortitudo non sit circa hec quatuor terribilia circa que igitur terribilium fortis supple est intimidus vel constandus est fortitudo. In secunda parte ponens determinat dicens quod circa mortem. et hoc probat tali argumento circa maxime terribile est fortitudo. et hoc probatur quia que sunt dignissima sunt ad substinendum sunt maxime terribilia. sed nullus sustinens magis est medium quam fortis. ergo fortis est maxime circa terribilia. sed maxime terribilium est mors. et hoc probo quod illud est maxime terribile quod est finis vite.

69

et postquam non est neque bonum neque malum et intelligatur in incarnatione. i. postquam quod homo non operatur neque bonum neque malum. vel dicendum quod loquitur secundum opinionem illorum qui dicunt quod anima moritur cum corpore. mors est hic. ergo mors est maxime terribile. In tertia parte ostendit circa qualem mortem dicens. quod non fortitudo non est circa mortem in omni loco. quia si sit intimidus in mari et in egritudine incurabili non propter hoc est fortis. sed si sit intimidus in optima morte. scilicet in maxima et in optimo bello tunc est fortis et dicitur optime fortis nam est propter rem publicam et maxime per operationem ad bonum. et quod fortitudo attendatur circa mortem in optimo bello probat tali argumento honores in civitatibus et circa monarchias debentur fortibus. sed hii honores debentur illis qui sunt intimidi in bello et circa que mortem inducunt repentine ergo tales sunt fortes. et fortitudo est circa talem mortem. et quia dixerat quod intimidus in mari vel in egritudinibus non est fortis. ne aliquis crederet quod non esset ergo dicit quod tamen qui fortis est non timet mortem neque in mari neque in egritudine. sed non est sic intimidus ut marinarii sunt inter quorum quidam negligunt sive non timent mortem propter desperationem. quidam autem non timent propter habundantiam spei quia sepius evenerunt eis talia et tales viriliter agunt impellendo remos et intendendo vela. et quamvis bonum sit mori tamen in talibus aliqua est mala. ¶ Consequenter declarat circa terribile quod est fortitudinis dicens. quod terribile non est unum et idem in omnibus. nam non est idem terribile homini et homini intellectum habenti. nam quod est secundum hominem terribile differt secundum maius et minus. et similiter et audacia. unde probat hic multum quod fortitudo est terribile homini intellectum habenti. ¶ Consequenter ostendit circa terribile quomodo dicens. quod fortis est admirabilis unde propter bonum operatur et non propter gloriam timet. i. ut oportet et ut ratio boni exigit et propter bonum quod est finis virtutis. unde qui dicit oportet timere quia magis vel minus contingit timere et non terribilia. sed sumuntur aliqua ut terribilia nam peccata. aliqua fiunt quia non timentur ut oportet aut quando non oportet aut aliquid talium sub et circa eaque audacia. unde qui ut oportet et cuius gratia timet et similiter audet fortis est. nam fortis patitur secundum rationem et operatur et propter bonum et hoc probat nam finis uniuscuiusque actus est talis qualis habitus illius actus. cum ergo fortitudo sit bonum utique finis eius erit bonus. et quia finis actus boni sit bonus probat dicens. quod diffinitur unumquodque a fine ex hoc infert quod boni gratia fortis sustinet et operatur ea que sunt secundum fortitudinem. ¶ Consequenter determinat de extremis fortitudinis et dividitur hec pars excepta recapitulatione. in duas. in quarum prima determinat de extremis fortitudinis secundum se. In secunda parte de extremis in comparatione ad medium ibi. sed in tristiciis superhabundans. prima pars dividitur in duas in quarum prima declarat de extremo secundum superhabundantiam. In secunda parte de extremo per defectum ibi. timidus enim. prima pars dividitur in duas. quia primo declarat de una superhabundantia. secundo de superhabundantia non nominata ibi. vel autem superhabundans circa audax. prima pars dividitur in. quia primo determinat de superhabundantia una innominata dicens. quod superhabundantiam ille qui est intimidus superhabundans. i. nichil timet innominatus est et non est hoc inconveniens quia dictum est in superioribus quod multa innominata sunt. sed tamen ei imponit nomen dicens quod si tamen nichil timet ut neque terre motum neque fluctum quemadmodum apud celtas. i. apud illas gentes hii non timentur. est enim nomen generale non dolorosus ut in aliis nocetur. ¶ Consequenter declarat de una nominata dicens quod quedam est superhabundantia in omnia audendo et qui sic superhabundat audax dicitur. consequenter declarat de superhabundantia ficta dicens. quod superbus vult esse fortis sed non est in veritate fortis. sed auctor fortitudinis unde quemadmodum audax circa terribilia se habet ille. i. fortis sic vult videri se habere. unde in quibus potest sequitur superbos audaciam. unde infert quod multi qui sunt intimidi vel circa audaces quamadmodum superbi inter quos audaces secundum apparentiam timidi sunt. sic non sustinent pericula et ideo constat quod non sunt audaces. ¶ Consequenter declarat de extremo secundum diminutionem dicens quod duplex est deficiens. quia ille qui est timens quando non oportet deficiens est et quia omnia timet. Et ille similiter qui deficit in audendo sed in tristiciis superhabundans est. unde magis est manifestus per timorem quam aliquis qui non est fortis quam per audaciam. unde infert quod aliquis male confidens timidus est nam qui male confidit omnia timet fortis autem non. nam bene sperat et audet bene sperantis est. ¶ Consequenter declarat de extremis in comparatione ad medium ibi. circa hec quidem est etc. dicens quod circa eadem est nam circa terribilia fortis et timidus et audax. consequenter unde differunt hoc fortes ad hoc. quia hii et hii audaces superhabundant. et hii. i. timidi deficiunt. hii. i. fortes. medio modo se habent et audaces sunt volentes et acres in principio in ipsis autem periculis deficiunt. fortes autem e contrario in ipsis operationibus et terribilibus acuti. autem ideo taciti et nichil dicunt timidis. consequenter alii sunt timidi qui neque ante opus neque in opere acuti sunt. ¶ Consequenter recapitulat dicta dicens quod dictum est quam fortitudo est circa audacias et circa timores nam circa terribilia in quibus terribilibus dictum est quam bonum vult et sustinet quam bonum. et non quia turpe est fugere. nam fugiens mortem aut inopiam aut invidiam aut aliquid triste non est fortis. sed magis tales sunt timidi nam mollicies est fugere laboriosa et non sustinere quam bonum. sed fugere quam triste et malum. ex hoc infert est ergo fortitudo tale quid quod potest ex prima parte principii extrahi diffinitio fortitudinis que est talis. fortitudo est intimiditas mortis repentine in optimo bello homini convenientis operantis omnibus constantius veretis et hec tractatur summa. ¶ Secundo potest patere in hoc quod prius est declarare de fortitudine absolute quam in relatione. cum prius de fortitudine non quam in apparentie. Item prius de fortitudine quam de extremis fortitudinis. Item prius est ostendere

circa quid quam circa quale et inde circa cui et quo. Item prius est plus re maiorem quam apud minorem et que illa sunt dubia illam probare. Item prius est videre terribile quam propter quod fortitudo non est circa omne et in hoc manifestum circa quod non vitio circa quod infert quam ostendit circa quod. Primo ostendit quod non circa infirmitatem. Secundo quod non circa egritudinem et inopiam. Tertio quod non circa inimiciciam. Item prius ostendit circa terribile cui quam circa terribile quomodo. Item prius determinat de extremis absolute sumptis quam comparatis ad medium. ¶ Consequenter querendum est cum fortitudo prout a tullio determinatur contineat sub se plures species. continet enim in se fiduciam et pacientiam et magnificentiam et magnanimitatem et perseverantiam et securitatem. est autem magnanimitas rerum nobilis et sponta... aggressio terribilium. fiducia vero est circa spes ducenda ad finem rei incepte. securitas vero est virtus per quam incommoditates imminentes non formidamus quam ad finem res incepta perducatur. magnificentia vero est rerum magnarum consummatio. perseverantia est stabilis cum firma in proposito non vacillans. pacientia est contumelias et omnes adversitates equanimiter portans. ¶ Utrum hic accipiatur fortitudo secundum eundem modum aut secundum modum diversum. et videtur quod secundum modum eundem ad fortitudinem enim prout hic declaratur requiritur debita aggressio terribilium. et debita ... omnia enim dicta ad alterum horum referuntur vel ad utrumque relinquitur ergo quod eodem modo accipiatur hic fortitudo et ibi. quod autem non sit sic videtur. declaratur ibi de .iiii. virtutibus generalibus. scilicet prudentia. iustitia. fortitudine et temperantia. non enim veniunt in unam divisionem convenienter generalis virtus et specialis. est ergo temperantia generalis sic et iustitia. sicut erit fortitudo generalis ut in illam veniat. dicitur fortitudo autem de qua hic agitur specialis virtus est sicut reliqua que veniunt in eandem enumerationem quare non accipietur fortitudo secundum eundem modum. ¶ Ad quod dicendum quod aliter accipitur hic fortitudo et ibi. accipitur enim ibi fortitudo generalis prout continet in se bonos habitus virtutis irascibilis sicut ... dicitur esse generalis et ... in se continens in se bonos habitus virtutis concupiscibilis. fortitudo autem sic dicta continet in se fortitudinem quam habet et humilitatem et vehemenciam. quarum una quidem est circa actum virtutis irascibilis. sed autem fortitudo prout hic est omnes illas generales disposiciones quas habebat fortitudo generalis est sic perfectissimus habitus secundum eam. requiruntur enim ille .vi. disposiciones dicte ad fortitudinem hanc sed in quas continent circa actum virtutis irascibilis que est super terribile non existente sequitur quod fortitudo eodem modo accipiatur hic et ibi. quia fortitudo prout hic est non est circa actum virtutis irascibilis qui est supra ... innominatam ibi debitam necnon ille disposiciones supra dicte omnes solum erant circa actus virtutis irascibilis qui apparent virtuti irascibili de qua hic agitur. sic ergo patet de diversa sumptione nominis fortitudo ab aristotile et a tullio. ¶ Si vero queratur propter quid diversimode sumuntur. ¶ Dicendum est quod diversitas virtutum apud hunc et apud illum est secundum modum divisionis. tullius enim dividit secundum diversitatem actuum qui debentur potentiis motivis quarum duo debentur secundum prius et per... rationabili. scilicet discernere et ordinare. duo vero singulariter debentur duabus potentiis irascibili et concupiscibili et secundum hoc multiplicantur virtutes virtutum apud tullium. virtutes vero apud aristotilem multiplicantur secundum diversitatem actuum diversificatorum secundum diversitatem propriam materiarum specie differentium et ex hoc accidit quod maior est numerus dividentium virtutem consuetudinalem in hac doctrina. ¶ Deinde potest queri si fortitudo de qua hic dicitur contineatur sub fortitudine prout accipitur a tullio vel contineatur sicut species in genere aut sicut pars in toto. et videtur quod sicut species in genere eo quod disposiciones ille erant fortitudines secundum acceptionem tullii conveniunt fortitudini secundum hic dictam rationem et secunda addicio ex quo videtur esse species eius est pars non addit super totum et cetera. quod autem sit sic pars in toto videtur per hoc quod habita fortitudine secundum hanc rationem non propter hoc habetur fortitudo secundum illam. i. fortis. i. secundum illam rationem dicitur qui habet irascibilem bene dispositam secundum suum actum quod non habetur solum secundum illam. restat ergo quod erit hec fortitudo in illa sicut pars in toto. preterea quare est fortitudo contineat in se illas tres virtutes iam dictas fortitudinem. humilitatem et vehemenciam propter quid habitus virtutis irascibilis circa unum actum retinet nomen fortitudinis generalis potius quam circa alium actum. videtur enim potius quod habitus virtutis irascibilis debeat dici fortitudo. ille enim actus est principalis virtutis irascibilis. quare si habitus virtutis irascibilis dicitur fortitudo generali nomine. si appropriatur nomen fortitudinis appropriabitur primo habitui fortitudinis virtutis irascibilis qui est irasci. et ita diceretur ille habitus fortitudo potius quam alius. ¶ Ad quod dicendum est quod fortitudo secundum hic dictam rationem continetur in fortitudine secundum rationem generalem tamquam species in genere. sed differt dicte species in genere. est enim quoddam quod est totum et cum alterum quod est genus et totius retinet nomen generis. tenet tamen aliter homines. non enim aliter dicitur secundum plus et minus per comparationem ... speciem eo quod ille multe species non habent unam susceptibilem. sed una quarum illarum formarum habet propriam materiam. forma enim hominis habet aliam propriam materiam et forma asini aliam. non sic autem est de speciebus fortitudinis. hec enim species fortitudinis separate sunt secundum rationem ad invicem habent tamen idem susceptibile quod dicitur habere maiorem fortitudinem vel magis fortitudinem est habens species alias fortitudines. quam cum habet una illarum dicitur ergo fortitudo genus illas dico fortitudinem generalem sed quare ad hanc rationem totius propter eam iam dictam. ¶ Ad aliud vero quod consequenter obicitur dicendum est quod licet irasci sit actus a quo denominatur principalis virtutis irascibilis. non tamen nobilior actus eius. sed nobilior actus eius est aggredi quam est virtutis irascibilis perfectio quod patet per hoc quod designatur quam caritas potentiarum motivarum quod est in anima respondet caritati.

inchoare actus virtutis irascibilis non potest irasci quod erat humilitatis vel virtutis quod erat vendicativae. Sed aggredi quod est res propria rei arduae et ita in virtutibus potest fortitudo potius nobilior huius virtutis irascibilis. Sic ergo patet quare haec species fortitudinis generalis retinuit sibi nomen appropriatum relicto nomine generis. Quarto est de eo quod videtur fortitudo hic dicta reduci ad iustitiam generalem. Fortitudo autem hic dicta est in aggressione terribilium gratia patriae vel civitatis defendendae. Sed qui aggreditur hac de causa in hoc quod aggreditur reddit patriae quod sibi debet. Qui autem reddit patriae quod sibi debet in hoc est iustus. Ergo fortis in suo actu est iustus. Quare fortitudo videtur ad iustitiam generalem reducibilis esse. Praeterea hoc actu fortitudinis est medii iudicio. Numquam est [illegible] secundum quod iudicatur est virtutis quae est iustitia est generalis. Unde species non sunt divisarum generum non subalternatim positorum. Erit fortitudo sub iustitia vel econverso. Et constat quod non iustitia sub fortitudine, quare econverso. Et dicendum ad hoc quod non est fortitudo hic dicta sub iustitia generali, sed eam concomitatur iustitia generalis. Si propter hoc aggrediatur ut reddat patriae quod sibi debet vel civitati. Respondendum non est enim quantum ad actus virtutum si una virtus sit sub altera tamquam species sub genere et non quantum ad concomitantiam. Unde invenitur virtus quae est per se et dicitur qui aggreditur terribilia causa patriae defendendae reddit patriae quod sibi debet in hoc iustus in una et eadem operatione est per se secundum quantum modum et gratia alterius et alterius et alterius reddit per se esse utrobique. Hic enim reddit gratia finis in priori operatione in posteriori gratia actus et sic non tenet. Ad illud non quod sequitur dicendum est quod iudicare dicitur actu fortitudinis sed additum ulterius quandam comparationem ad patriam cui attribuatur quod sibi debet. Si ergo consideretur actus esse nobilis in se ipsius iudicationis erit ipsius fortitudinis. Si non consideretur ratione ordinis ad patriam cui attribuetur debitum erit ipsius iustitiae et ita diversorum erit iudicatio iustitiae et fortitudinis. Potest tamen iudicatio ipsius iustitiae propter hoc quod impositum ab ordine illa per quam satis fit iniuria passo. Et arguitur de conditione fortitudinis quam ipse assignat, scilicet quod sit circa terribilia quae inducunt mortem repentinam. Contra si enim sunt repentina non sunt cum deliberatione, si autem cum deliberatione non cum electione sunt. Si non non sunt cum eligentia, non sunt pertinentia ad virtutem. Non ergo fortitudo est circa terribilia repentina essentia. Et dicendum est quod est deliberatio praecedens opus virtutis et est deliberatio in ipso opere. Non autem requiritur ad omnem virtutem deliberatio utraque sed illa quae praecedit opus et electio similiter. Non ergo prohibet esse repentina inducendo mortem, non autem repentina in operatione. Similiter obicitur quod in omni virtute requiritur fortitudo sive opus fortitudinis. Ergo virtus sit circa difficillimum. Difficilior aggressio fit mediante fortitudine et sic opus fortitudinis requirit fortitudo aut opus fortitudinis in unaquaque virtute

et dicendum est quod secundum illum modum quod dicitur qui habet unam virtutem habet omnes et hoc non intelligitur de ratione de una contra indifferentem de quibusdam sicut habetur a Tullio et a beato Augustino. Fortitudo exigitur ad unamquamque secundum aliquod suum opus. Illud non est aggressio rei difficillimae, modum non tenere in medio ipsius temperantiae imparare non est dicendum prudentiae rectum ordinem servare ipsius iustitiae et ita quae quattuor virtutes ad opus virtutis unicuique specialis. Sed hoc non est verum de fortitudine hic dicta. Aggressio enim exterior rei difficillimae non est hic fortitudinis dictae, sed aggressio rei terribilis quae inducit mortem repente et ita non exigitur secundum ad unamquamque virtutem. Expositio autem litterae est haec. Dictum erat prius de fortitudine et primo circa quam actum illativum ergo sunt expedientibus dicens circa quae actum huiusmodi fortem est. Igitur quod fortitudo est medietas circa timores et audacias. Sed autem manifestatio sunt superius in secundo libro. Et quia non circa quaecumque timorem est fortitudo hic dicta subiungit dicens timorem secundum dicta monentur. Sed primo esse quod propter quid si fortitudo magis consistit in audendo quam in timendo quare dividit ipse ut ponat divisionem fortitudinis a parte timoris quam a parte audaciae. Et dicendum est quod actus qui est timere aut passio illa generalis est. Sunt enim plures modi timoris qui dicitur verecundia et dicitur verecundia timor in expectatione vituperii. Est autem altera species timoris qui dicitur stupor proveniens ex insolita apparitione speciei vero est timor futurae opinionis erubescentia est timor expectatione quietis admirationis vero est timor ex magna imaginatione procedens. Agonia vero est timor ex infortunio timentes in infortunatae actionis et ita sunt sex species quas ipse innuit secundum diversa timenda cum dicit timemus inopiam et malam opinionem. Et est audacia vero est comparata circa terribile aut arduum et in ex parte cuius quod non fuit apparatum fortitudinis dividit ipse quemlibet apparenter vel aliter potest dici ut dicatur dividi quantum ad utrumque, scilicet primo quantum ad timere, secundo quantum ad audere. Quantum ad timere in prima parte, quantum ad audere quantum cum dicit contra autem et audacia. Et ita pariter utraque recipiet divisionem comparationis. Timemus autem terribilia haec non simpliciter dicendum est mala. Quod est ita intelligendum ut terribilia secundum se considerata sunt mala in genere, cum circumstantia vero et gratia boni simpliciter sint bona. Et inopia et aegritudo in se malum est comparatione tamen ad finem indebitis circumstantiis esse bonum et quia terribilia in se ipsis considerata mala sunt. Ideo diffiniunt timorem suspicionem mali. Cum enim quattuor sint passiones, gaudium, dolor, spes, timor, timor est ex suspicione mali venientis in futuro et non est terribilia haec diffinitio formaliter. Suspicio enim est virtutis animae. Timor non est virtutis motae ex qua innuit hanc propositionem generalem ut dividat: timemus quidem omnia mala. Et post explicat: ubi gratia malam opinionem. Et illud malum est ex parte animae est tamen de malis fortunae, ratio cuius causa est opinio. Inopiam, id est malum fortunae relatum ad corpus. Aegritudinem. Et est malum corporis quieti cum anima. Inimicitia illud est malum ipsius animae quietae ad corpus in ordine ad alterum mortem id est malum ipsius quieti. Sed non circa haec omnia videtur esse fortis. Quosdam enim timere oportet et bonum est, non autem malum. Ubi ergo mala opinio

et ita removet quod non circa primum est fortitudo quantum malam opinionem. Qui timet dispensus est et verecundus. Qui autem non timet dicitur inverecundus et aliquo tales fortitudo proprie est in non timendo quod est in se malum. Virtus autem bonus est in timendo malam opinionem. Ergo virtus iste fortitudo dicitur autem in verecundus fortis a quibusdam. Fortis secundum metaphoram, id est secundum similitudinem aut translationem. Habet enim aliquid simile forti, scilicet non timere. Neque quis est qui est fortis, id est aliquis qui est fortis est intimidus. Deinde removet secundum a fortune dicens non oportet forsitan autem timere inopiam neque aegritudinem. Et in his removet circa quae et rationem subiungit. Malorum neque omnia unius timere quae non sunt a malo, id est a radice mali quae est mala operatio voluntatis neque est malum propter se ipsum ut aegritudo aut mors. Sed neque circa hoc fortem esse dicit. Sed neque qui est intimidus circa haec est fortis. Dicitur autem et hunc fortem secundum similitudinem quandam. Enim timentes in bellicis periculis liberales sunt et audacter se habent ad emissionem pecuniarum. Non enim sunt propter fortes autem liberales. Neque si aliquis timet iniuriam circa pueros aut mulieres aut aliquid horum, id est fortis consilio. Neque si ipse audet, id est audaciam habet futurus verberari fortis est. Cum igitur non sit fortitudo circa malam opinionem et aegritudinem et inopiam aut inimicitiam, igitur circa qualia terribilium est fortis? Et illud ponit in quaestione et subiungit circa maxima. Nullus enim sustinet magis timenda quam fortis. Terribilior autem, id est magis terribilium est mors. Est enim finis bonorum in vita et malorum in vita et accipitur hic finis pro termino. Et talia videntur. Timemus autem dico perpetuorum non secundum partem eius totius neque subiungitur. Et enim neque bonum neque malum videtur esse mortuo amplius. Et tangit opinionem quorundam philosophorum qui dicebant felicitatem non esse post vitam in tempore, unde sepulturae curat imponenda mortalitas animae. Et propter hoc dicit videtur probabilis enim est talis positio, licet non sit vera. Videntur vero quod circa timere mortem non est fortitudo. Subiungit de circumstantiis mortis. Videtur autem fortis esse non circa mortem quae est in omni loco, ubi gratia, scilicet sic in mari vel aegritudinibus in quibus moriuntur ex necessitate et non in eis animo liberum arbitrium in quibus gloria et vituperatio vel gloria redditur, id est optima morte. Talis autem est quae est in bello. Est in maximo periculo et optimo. Maximo quantum ad vitae remissionem, optimo quantum ad iustitiae conservationem et quia quidam gratia honoris servandi mortem hi eligunt. Tales sunt fortes. Concordant cum fortitudine civium virtutum dicit honores autem qui sunt in bello et qui sunt circa monarchias, scilicet circa monarchias. Et dicitur monarchia a monos quod unum et archos quod est princeps, quasi princeps quia princeps unius civitatis vel regionis. Monarchia autem dicitur principatus eius. Sunt concordes his, id est eis qui sustinent mortem in bello ut apparet dicto. Dicitur autem fortis principaliter qui est intimidus circa bonam mortem et circa quaecumque inducunt repentinam mortem quae subito inducunt. Repentinae enim fit quod insensibili tempore fit maxime. Talia autem sunt circa mortem bellicam. Et ne removeat ne aliquis posse esse fortis in mari et in aegritudinibus dicit. Sed tamen ille qui est fortis est intimidus circa mortem quae est in mari et in aegritudinibus

non sic autem ut marinarii et hi qui desperant salutem et aspernant talem mortem. Hi autem marinarii sunt bene sperantes circa experientiam. Circa ea quae sunt experti similiter autem et agunt viriliter in quibus oportet virum, id est conveniunt vel in virtutibus vel in quibus est mori neutrum autem existit in talibus corruptionibus, scilicet neque bonum est mori neque bonum sperare in his. Terribile autem non est in omnibus idem, id est diversa sunt terribilia diversis. Dicimus autem terribile quod est super hominem quod excedit estimationem humanam. Unusquisque de necessitate sua diligit se. Et ita terribilis est ei mors. Hoc ergo quod est super hominem ut mors est terribile omni habenti intellectum terribilem autem quod est secundum hominem differt in hoc magnitudine et magis et minus, id est quo ad intentionem et remissionem. Similiter autem et audacia, id est differunt in audendo secundum magis et minus. Fortis autem est inadmirabilis ut homo, id est quantum humana natura permittit et dicitur admirabilis qui admiratur de aliquo quod non credit posse complere vel qui non credit sufficere. Deinde determinat circumstantias quas oportet salvari circa actum apparatum per nimium. Timebit autem haec ut oportet et ut ratio sufficit gratia boni. Haec enim, id est bonum simpliciter est finis virtutibus. Et supponit perficere ut ostendat quantum ad hoc posse est medietatem et sufficientiam et indigentiam dicit. Habent enim virtutes et sua extrema in praedictis. Est autem magis timere haec enim terribile et minus quam oportet. Et est adhuc timere ea quae non sunt terribilia ac si essent terribilia et subiungit. Postea causas diversas malitiae in extremis ut per positionem omnium condicionum appositarum intelligatur fortis. Fiunt autem peccata quaedam quia non oportet, id est quia timetur ea quae non sunt terribilia ac si essent. Alia ut non oportet et haec refertur ad formam peccatorum. Quaedam autem fiunt quia non est timere. Quando oportet aut aliquid talium circumstantiarum. Similiter autem et ea quae sunt audacia, id est magis essentia diversificatur. Colligit ergo condiciones per oppositum quas oportet servari. In forti igitur qui sustinet et timet ea quae oportet et cuius gratia est ut oportet et quando et similiter autem et qui audet fortis est. Fortis enim patitur et operatur ut decet et secundum rationem et pati dicit propter timere, operari vero propter aggredi. Ut decet vero dicit quantum ad substantiam agentis, secundum rationem vero quantum ad ordinem finis. Finis autem est omnis actus qui est secundum habitum. Et non intelligit hic actum qui est operatus circa finem habitus. Sed actum qui est eius operationis et ut distinguatur inter bonum cuius gratia operatur ille qui acquirit habitum et ille qui habet habitum subiungit. Et fortitudo quidem est bonum forti cuius gratia operatur non habens fortitudinem. Talis utique est finis cuius gratia operatur fortis. Oportet enim habitum qui est ad finem convenire cum fine et est attendendum hic ne credatur dicere fortitudinem esse finem ut idem sit finis et habitus qui est ad finem et ut ostendat quod in ratione fortitudinis debet poni bonum quod est finis. Et similiter in omni re morali subiungit. Diffinitur enim unumquodque fine. Et non intelligitur hoc de omni modo diffinitionis neque apud omnem philosophum, licet hoc sit apud moralem convenit tamen naturalis in aliquibus cum

ipso ex quo inest utique fortis sustinet et operatur que sunt secundum fortitudinem gratia boni et propter hoc patet quod non pro eodem supponit bonum et fortitudo. Deinde dicit de extremis de quibus non intendit nisi per distinctionem a medio. ille autem de nimio eorum qui superhabundant in intrepiditate propter hoc quod nichil timet innominatus est. deinde nobis in superioribus quoniam multa sunt innominata. sicut enim insensatus aut indoloratus et illud nomen sumitur quantum ad defectum sensus passionis scilicet indoloratus. reliquum non quantum ad defectum timoris mortis scilicet insensatus si nichil timet scilicet neque terremotus neque fluctus. quemadmodum homines existentes apud celtos et celtion regio terra in qua sunt inundationes et propter consuetudinem parum timentur. qui autem superhabundat in audendo circa terribilia audax dicitur. videtur autem superbus id est qui super egreditur virtutem audax esse et fictor fortitudinis et non est igitur. nec iste id est audax se habet circa terribilia. ille enim superbus vult videri. sequitur igitur ipsum in illis id est in quibus potest. quapropter multi eorum sunt audaces secundum opinionem qui sunt timidi audentes quidem in hiis id est de nimio horum non sufficiunt terribilia. timidus enim timet que non oportet et ut non oportet et omnia talia consequuntur eum et ad sequentem ipsum idest deducunt ipsum ad fugam vel contrarium ipsum. deficit autem timidus in audendo. sed superhabundanciam in terribilius magis est manifestus id est magis apparet quantum ad superhabundare in timendo quam quantum ad deficere in audendo. et accipitur hic superhabundare in timendo. dicit quam superius nam non sequitur superhabundat in timendo ergo est superhabundans. sed probatur enim superhabundat in timiditate ergo est superhabundans. Et ponit differentiam inter timidum et fortem. utique enim quis male confidens timidus est. omnia enim timet. fortis autem est contrarius scilicet bene confidens. audere enim est bene sperantis. deinde ponit convenientiam tamen adinvicem cum hec quidem id est terribilia et est audax et timidus et fortis. deinde subiungit differentiam ad hec autem habent differentiam et in hoc modo superius posuisse differentiam. hii quidem superhabundant et deficiunt scilicet audaces et timidi. fortes autem habent se medie et ut oportet et audaces autem sunt prevolentes et volentes ante pericula et per prevalentiam ut impetum ac clamandi providentes nec intelligitur autem aliquam armorum commotionem per motum corporis significatur desistere autem in hiis id est in ipsis periculis scilicet qui sentiunt in valescere passiones fortes autem sunt acuti in operationibus tacentes autem prius et ita vocatur quo ad nec contraria dispositio ex quo concludit quod sit fortitudo in contraria ad extremum quod est audacia. igitur fortitudo est medietas circa audacia et terribilia. et ostendit in quibus deinde est quia ad dictum est et per hoc intelligitur dispositiones superdictas et quam vult ipsum fortem ut bonum sufficientem in contrarium terribile et quam non sustinet tempore non aut

fortis sed timidi. aliquam frigiditatem aut inopiam. aut turpitudinem. aut quid tristabile moriuntur. malicies enim est fugere laboriosa et non sustinere quam in bonum sed fugiens malum id est propter fugam mali. ex quibus omnibus epilogat igitur est fortitudo que est virtus talis quid et per quid intelligitur libro generis et per talis dispositiones additas super genus et per genus potest intelligi genus rationis aut genus subiecti et per hunc modum inquisitur.

Dicuntur autem et alie secundum quinque modos et cetera. Superius autem determinavit de fortitudine vera. In hac parte intendit determinare de fortitudine apparente et de modis ipsius fortitudinis apparentis. et ponit quinque modos fortitudinis apparentis. quorum primus modus vocatur civilis et attenditur in hoc quod aliqui aggrediuntur terribilia vel mortem propter honores concessos a legislatoribus et propter improperia vitanda. Secundus modus vocatur servilis et attenditur in hoc quod aliquis aggreditur terribilia propter coactionem domini. Tertius modus appellatur experimentalis et attenditur in hoc quod aliqui aggrediuntur terribilia propter experientiam. Quartus modus appellatur bestialis et attenditur in hoc quod aliqui aggrediuntur terribilia propter furorem. Quintus modus appellatur presumptio et attenditur in hoc quod aliqui aggrediuntur terribilia propter habundantiam spei. et dividitur hec pars secundum hoc in quinque partes secundum quinque modos fortitudinis. et prima ibi. Dicuntur autem. secunda ibi. ponet autem eos. tertia ibi. videtur autem experientia. Quarta ibi. et furore ad virtutem ferunt. Quinta ibi. neque utique qui bone spei. prima pars habet tres partes in quarum prima continuat dicendis. et ponit quis sit modus primus apparentis fortitudinis et propositum explanat. in secunda parte illum modum approbat ibi. tales autem et homines. in tertia parte illum modum vere fortitudini comparat ibi. assimilantur autem hec. in prima igitur parte sic procedit dicens. ita deinde est de natura fortitudine et qui sunt vere fortes nunc sciendum quod dicuntur alie apparentes secundum quinque modos. et primus illorum modorum dicitur civilis. et bene dixit quod hic modus est primus. nam audaces. Secundum hunc modum maxime assimilantur vere forti. et quia aliquis quereret quare dicit quod propter hoc fortissimi dicuntur esse secundum istum modum. quia cives videntur sustinere maxima pericula propter obiurgationes id est infamiam. et propter improperium vitandum legum id est legislatorum et propter honores consequendos a legislatoribus apud quos legislatores fortes honorandi sunt timidi inhonorandi. Deinde probat quod tales qui aggrediuntur terribilia propter honores consequendos et improperia vitanda videantur fortes. dicens. nam homines tales dicit et facit fortes scilicet diomedem et hectorem sed quod dicit homines videtur ergo tales vere fortes. quod autem diomedes et hector sint tales quod aggrediantur terribilia propter honores consequendos et improperia vitanda probat per eorum dicta. nam hector in aggrediendo bellum contra diomedem dixit. si non aggrediar bellum polidamas qui est custos exercitus primitus mihi redargutiones imponet dicens me esse timidum et diomedes secundo. diomedes vero magis dicendo bellum. si non aggrediar bellum contra hectorem hec

tor aliquando aiet ad troianos concionans tidides enim diomedes me timuit. Consequenter hanc speciem vere fortitudini comparat dicens quod assimilatur maxime speciei que primum dicta est id est vere fortitudini et subiungit causam. quia propter virtutem fit nam propter verecundiam que est virtus et fit propter desiderium boni et honores et propter fugam improperii turpis existentis. Deinde determinat de secunda specie apparentis fortitudinis. et dividitur hec pars in tres partes in quarum prima parte illam ponit dicens quod quis ponit eos fortes qui sub principibus coacti sunt et propter illam actionem faciunt opera fortis. In secunda parte hanc speciem ad primam comparat et aliquando videtur quod eadem cum illa dicens quod deteriores sunt in tantum hii illis qui secundum primum modum quia non propter verecundiam neque propter bonum hii operantur sed propter timorem et coactionem et sumpnunt fugientes quia turpe est fugere sed quia est triste. et inferuntur tristicia et pena si fugerent. Consequenter manifestat et explanat propositum dicens bene dixi quod quidam coguntur. quia domini cogunt eos id est servos quemadmodum hector hiis verbis quem cadentem seorsum a bello sensum non sibi sufficiens erit fugere canes quasi dicat licet fugeret canes non tamen fugeret manus meas et qui preponunt subiacentes se legi. et dicunt quod secundum idem operentur et sunt percucientes eos si discedant sive fugiant et illi domini qui statuunt foveas vel aliquid tale propter quod exercitus non possit retroire cogunt eos. in quarta parte hanc speciem vere fortitudinis comparat dicens quod tales non sunt fortes. quia propter necessitatem non oportet aggredere. sed quia bonum. tales autem non. quia bonum. sed quia necessariam et inevitabilem aggrediuntur. Consequenter determinat de tertio modo fortitudinis apparentis et hec pars dividitur in tres in quarum prima ipsum modum ponit et positum explanat dicens videtur quibusdam quod experientia que circa singularia sit fortitudo. et quia duo dixerat. duo explanat dicens bene dixi quibusdam. quia et socrates existimabat experientiam que facit disciplinam esse fortitudinem. et bene dixi in singulis. quia tales id est experti alii quidem sunt in aliis. ita quod quidam in medicina et milites in bello. nam in bello multa nova videntur. et eveniunt que maxime videntur illi qui expertus est. In secunda parte approbat modum predictum assignando duas causas quarum tales scilicet experti videntur fortes quarum una sumitur ab imperio videntis sive a parte nostri secunda sumitur a parte rei. unde dicit quod tales videntur fortes nescientes alii id est experti. qualia sunt opera fortis. unde imperitia videntis est una causa deinde. Alia causa est a parte rei. nam tales per experientiam maxime possunt facere et pati. et custodire se ipsos ne percuciantur et percutere alios. et reddat causam huius dicens. nam potentes sunt uti armis et sunt talia habentes qualia erunt ad faciendum. et ad nichil paciendum optima. In tertia parte comparat istum modum vere fortitudini ostendendo duplici ratione quod talis non est vera fortitudo et est primum argumentum tale sicut armati in aggrediuntur inarmatos et alete idiotas et in tali aggressione non attenditur fortitudo quia in talibus agonistis non

qui fortissimi bellicosi sunt. sed qui maxime possunt prestare artus et corpora optima habent id est habilia propter experienciam. similiter cum aggrediantur experti bellum in illa aggressione non attenditur fortitudo. Secunda ratio est talis experti sive milites sunt timidi propter superhabundanciam periculi et propter defectum preparationis scilicet quia non sunt preparati ad resistendum unde ipsi primi fugiunt. sed fortes non sunt timidi propter habundanciam periculi et propter defectum preparationis unde moriuntur permanentes quod in hermo id est in illo loco contingit quia hiis qui propter civilem utilitatem aggressi sunt turpe sunt fugere et mors et mors eligibilior tali salute unde hii in principio periclitabantur ut entes ut entes meliores sed cognoscentes id est experti fugierunt magis timentes mortem quam turpe. unde tales non sunt fortes. Deinde determinat de quarto modo apparentis fortitudinis. et dividitur hec pars in tres. in quarum prima illum modum ponit et illum explanat. In secunda parte illum modum duplici argumento approbat ibi. quare et fortes. In tertia parte vere fortitudini comparat ostendendo quatuor argumentis quod non est vera fortitudo ibi. et motum quidem igitur. In prima igitur parte dicit quod quidam dicunt quod furor est virtus et quod furiosi videntur esse fortes et quia dixerat quod quidam operantur propter furorem hoc approbat dicens. nam fere feruntur contra insurgentes unde si ferantur contra propter furorem aggrediuntur. Deinde probat quod tales videntur fortes dicens quod irascibiles sive furiosi fortes videntur. nam furor de facili movet ad pericula. ut homines investiga furorem in virtute et furorem motor erige et ergo fortitudo de facili movet ad pericula. unde fortitudo videtur furor et furiosus fortis. Secunda ratio est talis fortes proclamantes excitant sanguinem et ebullit sanguis cordis. Sed hec omnia videntur causari a furore. unde furor videtur fortitudo. Deinde ostendit quatuor rationibus quod non est fortitudo et est prima ratio talis fortis movetur et operatur propter bonum. sed furiosi propter iram et hoc est quod dicit est id est furiosus cooperatur furor id est ira secundum quod dicit aristoteles ira est in furiosis et species ergo furiosus non est fortis. Secunda ratio est talis furiosi operantur propter timere et propter tristiciam sicut fere quia timent percuti. et hoc probo. nam si fere essent in silva vel in paludibus id est in locis solitariis ubi non percuterentur non aggrederentur. sed fortis non propter dolorem neque propter timere sed propter pudicitiam aggreditur et hoc est quod dicit. fortitudo non attenditur in hiis qui nichil periculorum sunt prejudicantes neque est fortitudo intendere ad periculum propter doloris et furoris instigationem et hoc probat. nam sic et asini essent fortes famem patientes. quia percussi non desistunt a pascuis et adulteri essent fortes. nam propter desiderium aut concupiscentiam multa audacia operantur. Tertia ratio est talis. opera que propter furorem maxime videntur esse natura et non ab electione. sed opera fortis sunt secundum electionem et cuius gratia. unde fortitudo non furoris m

furiosi fortes. Quarta ratio est quia homines furiosi cum patiuntur dolent, sed fortes propter delectantur propter finem. Unde infert quod qui propter furorem sunt bellicosi non sunt fortes, quia non propter bonum neque exigit operantur, sed propter iram et passionem, et licet non sint fortes, tamen aliquid habent cum hiis. Consequenter determinat quintam speciem apparentis fortitudinis, et dividitur hec pars in tres partes. In prima parte illum modum ponit dicens quod neque illi qui propter habundanciam spei aggrediuntur fortes sunt. Et quia aliquis crederet quod sic habundantes sunt in spe, dicit quod sepe in loco (?) ausi sunt aggredere pericula. In secunda parte approbat illum modum dicens: bene dixi quod bene sperantes videntur fortes, nam consimiles sunt bene sperans et fortis, quia ambo audaces in aggrediendo. In tertia parte comparat hunc modum vere fortitudini ostendens quod non est vera fortitudo neque habentes vere fortes; et hoc duplici argumento quorum primum est: fortes aggrediuntur et sunt audaces propter ea que prius dicta sunt, scilicet propter bonum; sed hii qui sunt sperantes aggrediuntur quia existimant se esse optimos et nichil pati aliquid, et non propter bonum. Unde tales non sunt fortes. Secundum argumentum est tale: ebrii bone spei sunt, et ideo tale faciunt, id est aggrediuntur sicut fortes; non tamen sunt fortes, quia quando eis non contingunt talia que sperabant fugiunt; sed fortis non fugit, sed sustinet pericula propter bonum et non quia turpe esset fugere. Ex hoc infert corollarium, scilicet quod fortis in repentinis timoribus est intimidus et imperturbatus quemadmodum in manifestis, id est in non repentinis; sed tamen ab alio habet quod sit intimidus in manifestis, nam ab habitu magis quam (?), id est non ex preparatione et eligit magis ex ratione et mente sive ex deliberatione, repentina autem secundum habitum. Tertium argumentum est tale: illi qui aggrediuntur per ignoranciam videntur fortes, et hii sunt bone spei. Nam non longe sunt ab hiis qui bone spei, sed tamen peiores sunt illis inquantum propter nullam dignitatem (?) sui bonum sperant. Unde illi qui bene sperant aliquo tempore manent, sed ex quo sunt ignorantes statim fugiunt si cognoverint quod aliud accidit quam speraverant, quod Argivi, id est illi Greci, olim passi sunt occurrentes Laconibus; nam supervenientibus in subsidium Laconum Argivi fugierunt. Unde tales non sunt fortes et sunt bene sperantes; unde bene sperantes non sunt fortes. Consequenter recapitulat dicta, et primo de vera fortitudine dicens: dictum est utique qui sint vere fortes. Secundo de apparentibus dicens: et dictum est quales existimantur fortes cum non sint. Et in hoc terminatur sententia. Ordinatio vero et multiplicatio modorum patebit in obiectionibus. ¶ De prima lectione queruntur tria. Primum est quod (?) de ordine capituli et ordinatione (?) et de dictis fortitudinis. Secundum est de distinctione et de hiis que dicit in prima parte principali. Tertium est de hiis que dicit in secunda parte principali. ¶ Circa primum sic: duplex est sciencia, speculativa scilicet et practica; sed ita est in speculativis quod in eadem doctrina non determinatur de genere et de speciebus,

ut de sillogismo in genere sive communi et de speciebus ipsius; quare in operativis (?) sit in practicis in diversis libris determinabitur et diversis doctrinis de virtute in genere et de speciebus ipsius. Sed opinio et sciencia sunt habitus differentes ipsius intellectus speculativi, et ideo in diversis doctrinis determinatur de ipsis; cum ergo similiter a parte intellectus practici sint differentes habitus ut species virtutis, videtur quod non sit determinandum in eadem doctrina de ipsis. ¶ Item cum non in eodem libro determinetur de fortitudine et prudentia vel iusticia, non erit in eodem libro determinandum de fortitudine et castitate. ¶ Item prudencia consistit in discretione boni a malo, quod exigitur ad omnem virtutem; unde videtur quod prius sit determinandum de prudencia et iusticia quam de fortitudine et castitate. ¶ Item castitas consistit circa actus qui sunt ad salvationem speciei, non quantum ad (?) speciei quantum ad conservationem individui; sed fortitudo consistit in aggrediendo terribilia ut mors; unde est ad corruptionem et non ad salvationem. Cum ergo salvare ante corrumpere, prius determinandum esset de castitate quam de fortitudine. ¶ Item videtur quod sit species iusticie, quia fortis bellat usque ad mortem propter rem publicam. Unde cum hoc teneatur unusquisque rei publice, faciendo hoc reddit rei publice quod suum est; et reddere alicui quod suum est est ipsius iusticie; ergo hoc faciens fortitudo erit iusticia vel species iusticie. ¶ Item qui aggreditur terribilia mortem inferencia hoc facit ut vindicet iniurias illatas rei publice; sed vindicare iniurias illatas est iusticie, ergo etc. ¶ Item cum unumquodque non cognoscatur complete nisi cognoscatur et in genere et in specie, cum hoc determinetur de fortitudine complete, et perfecte determinandum esset de speciebus fortitudinis; nam non potest dici quod non habet species, cum Tullius ponat sex species fortitudinis: magnanimitatem, magnificenciam, fiduciam, pacienciam, perseveranciam et securitatem, sive securitatem (?); et quod iste species sint diverse patet, nam earum sunt diversi actus, differunt per actus; cum ergo hic non determinetur de hiis speciebus, videtur quod minus perfecte determinare de fortitudine. ¶ Item sicut temperancia cum actus virtutis concupiscibilis, similiter fortitudo actus ipsius virtutis irascibilis, et sic se habet ad actus irascibilis ut temperancia ad actus concupiscibilis. Cum ergo temperancia habeat plures species, scilicet sobrietatem et castitatem, videtur quod fortitudo debeat habere plures species, vel dicas quare non. ¶ Ad primum dicendum quod quia contingit in speculativis (?) considerare genus non specificando speciem et econverso, et ideo in speculativis alia potest esse sciencia de genere et eius speciebus. Tamen quia non contingit esse genus preter speciem neque species preter genus neque contingit acquirere unum sine reliquo, ideo cum in practicis intendatur speculatio (?) cum acquisitione, in eadem sciencia determinatur de genere et de speciebus. ¶ Ad aliud dicendum quod opinio et sciencia non solum differunt secundum essenciam, ita quod unum non est alterum, sed et in hoc quod sibi se non compaciuntur in eodem subiecto; sed non sic se habent species virtutis. Nam licet differant secundum essenciam ita quod una non est altera, tamen compaciuntur se, et una non expellit virtutem (?) et reperiuntur in aliis. Nam discretione parte est prudencie, tamen ab ipsa derivatur ad alias; scilicet perseverare primo convenit fortitudini et per ipsam aliis; scilicet (?) sive moderate primo convenit temperancie, et

per ipsam in aliis; scilicet ordinare et reddere a iusticia derivatur in alias. Sed sic non est quod actus fortitudinis derivetur in scienciam et econverso, et ideo etc. ¶ Item licet omnes virtutes speciales inter se differant, tamen ordinantur ad eundem finem, scilicet ad felicitatem, de qua determinatum in primo libro; sed sciencia et opinio non ordinantur ad aliquem finem, neque unum ad alterum immediate habet, sicut nec prius simpliciter ad prius quo ad nos vel econverso. Et ideo licet sciencia et opinio in diversis scienciis determinentur, tamen in eadem sciencia species virtutis possunt determinari. ¶ Ad aliud dicendum quod quia fortitudo et castitas sunt circa virtutes sensibiles et concupiscibiles, que tamen sunt rationes (?) et subiciuntur rationi, prudencia vero et iusticia in virtute rationali secundum se, ideo cum fortitudo et castitas sint convenientes in libro, non autem fortitudo cum aliis. Et quia fortitudo et temperancia sunt circa actus naturales, ut patebit, iusticia et prudencia non magis determinantur de hiis in eodem libro quam de fortitudine cum aliis. ¶ Ad aliud dicendum quod, ut dicitur in nova ethica, intentio est in morali sciencia de virtute ponere (?) et circa naturales operationes, et circa singularia, nam sensibile et operabile intenditur, et non abstractum ut separabile. Cum igitur fortitudo et castitas magis sint circa actus sensibiles quam prudencia et iusticia, prius est determinandum scilicet de hiis quam de aliis. Vel dicendum quod duplex est prioritas: per causalitatem, scilicet secundum tempus, et sic prudencia precedit alias; et alia prioritas nobilitate et perfectione, et sic fortitudo precedit alias et castitas, quia non est victoria nisi ubi est pugna; ergo ubi maior pugna maior victoria. Unde cum maior sit pugna circa actus fortitudinis et castitatis, nam in hiis unicuique nostrum cum eius actus sint naturales; nam in nobis est sensibilitas corrupta que semper nos inclinat ad actus illicitos qui sunt secundum gustum et tactum, circa quos est castitas. Item non apparet (?), unde in nobis est quoddam innatum persuadens ut fugiamus mortem. Est igitur maxima virtus vincere inclinationem naturalem et aggredi terribilia in quibus mors. Sed maxime vincendi debentur hiis (?), et signum est quod duplex aureola virginibus et martiribus debetur et non aliis. Unde prius determinandum est de hiis quam de aliis, et prius de fortitudine. Nam licet utrique sit contra actus naturales, quanto maior est difficultas aggredi ubi mors quam abstinere a carnalibus desideriis, ideo etc. ¶ Ad aliud dicendum quod aliquid potest esse generale ad alias virtutes duobus modis: aut per essenciam, et sic prudencia non est generalis neque iusticia; aut quia concomitatur alias, et sic iusticia est communis. Unde ad obiectum dicendum quod hoc predicatum pugnare pro re publica est reddere non est secundum essenciam, sed est predicatum secundum concomitantiam (?). Unde propter hoc non sequitur quod fortitudo sit iusticia, sed quod iusticia consequatur fortitudinem, quod bene concedo. Et eodem modo dicendum est ad secundum, vel dicendum quod debitum potest reddi in ratione debiti, ita quod non solum moveat ad hoc sed sensualitas regulata ratione, et sic non convenit iusticie sed fortitudini. ¶ Ad aliud dicendum quod vindicatio habet comparationem ad illud de quo fit vindicatio, et sic convenit iusticie; vel potest comparari ad inimicicias illatas super quas transit (?), et sic convenit fortitudini. ¶ Expositio autem littere hec est. Ita habitum est de fortitudine simpliciter. Dicuntur autem et alie dispositiones fortes secundum quinque modos. Primus quidem civilis dicitur fortitudo, maxime enim hec assimilatur, et hoc est ratio eius quod est prius et rationem

subiungit: videntur enim cives sufferre pericula propter increpationes regum, id est propter vituperationes iurgiorum que fiunt a legislatoribus, vel propter improperium, id est obprobria que fiunt male agentibus. Et dicit increpationes et improperia ratione mali; increpatio enim est correptio mali ut fiat bonum, improperium est ostensio mali. Et propter honores, et hoc est ratione boni. Et propter hoc isti videntur esse fortissimi apud eos apud quos timidi sunt inhonorati et fortes honorati, eo quod opera fortitudinis faciunt et differunt in voluntate que non (?) cognoscentes (?), et ponit exemplum. Homerus enim facit, id est recitat, tales, verbi gratia Diomedem et Hectorem. Hector ait sic: Polidamas imponet redargutiones. Sic Frigiam (?) et Diomedes similiter. Et designantur hee persone que erant in bello Troiano. Hector enim quantum est ait et dicit: ad Troianos Titides concionans me, id est exclamans me; est enim concionari id est concidem (?) vocare. Hec autem fortitudo assimilatur ei maxime que dicta est prius. Hic explanat hunc modum fortitudinis apparentis plus convenire cum fortitudine vera, quam erit propter virtutem tam hec quam illa; est enim propter verecundiam et propter desiderium boni et honoris. Et in hoc notantur individuales (?) virtutes, quarum una est magnanimitas et altera est verecundia. Et propter fugam improperii; et hec retorquentur ad eandem virtutem et necessitatem temporis existentis et diversitas (?) temporis incurabilis eis fortitudinem. Deinde ponit modum reducibilem ad hunc. Utique tamen genere ponet autem aliquis et eos qui sunt coacti sub principio, id est sub modo eodem; et deinde assignat differentiam. Deteriores autem in tantum, id est quia illi non faciunt propter verecundiam hoc, sed propter timorem, et fugientes sunt non turpe sed triste, id est non honestum sed indelectabile. Deinde enim cognoscunt eos quemadmodum Hector ait: non erit sufficiens fugere a (?) quem ego procul seorsum a bello. Et illi qui incipiunt ut percuciantur si discedant operantur idem, id est eandem causam; et qui faciunt fossas ante civitatem. Oportet autem fortem esse non propter necessitatem, id est coactionem, sed quoniam bonum, id est propter boni appetitum; et in hoc assignat differentiam huius ad fortitudinem. Sequitur experiencia que est circa singularia. Videtur esse fortitudo et non est; unde Socrates existimavit disciplinam esse fortitudinem. Dico autem disciplinis rerum terribilium. Tales autem hii, hec est quedam unde in hiis. Milites autem in bellicis. Videntur enim multa esse vana in bello que maxime vident isti, id est percipiunt, ex quo sunt experti. Videntur autem fortes quoniam mali nesciunt qualia sunt, id est ex quantitate producunt hii operari. Deinde possunt maxime facere apti experiencia et custodire et percutere. Ipsi dico potentes uti armis et habentes talia que utique sunt optima ad faciendum et non patiendum (?). Et in hoc notantur dispositiones armatorum: quemadmodum non armatis bellantes, id est ipsi pugnant quemadmodum non armati contra armatos. Et ut athlete habentes artem exercitandi in pugna contra non habentes; et ita non timentur duo genera munitionis (?). Unum genus munitionis quod fit percuciendo exteriorem (?); alterum vero genus quod

fit per vitium intemperantie. Et enim nunquid fortitudini sunt in talibus. agonie sunt bellicosi sed quod maxime possunt. i. habent maiorem facilitatem potentie corporalis et habent corpora optima et notatur per hoc dispositio naturalis et artificialis et assignatur differentia. milites autem timidi fiunt. i. tunc cum periculum superextenditur. et dicitur superextendi magnitudine periculum quando credunt non posse sufficere propter periculi magnitudinem et deficiunt multitudine hostium et preparatione. si non esset preparatio sua multitudine vel equipollens possent aliquo modo resistere. Fugiunt quidem ipsi primi, civilia autem moriuntur. i. illi qui permanent ut cives ratione honoris aut vituperii moriuntur quod contingit in cino(?) et est monstratum quem fecit bellum civile inter dictatores romanos et hoc attendit propter hoc quod memoria est gens bellicosa. turpe enim hiis est fugere. i. civibus et mors est eligentia quam tali salute. i. inhonesta hiis autem periclitantur in principio. i. periculo se exponunt in principio. utentes melioribus. i. ac si essent meliores. et hoc dicitur de huiusmodi apparentem fortitudinem. cognoscentes autem fugiunt metuentes mortem magis quam turpe. fortis autem non est talis et isti exponunt illos hostes relinquunt hoc honestum utile. Sequitur tertius modus. et hoc ferunt. i. comparant furorem ad virtutem. i. ad fortitudinem. videntur esse fortes illi qui operantur propter furorem et fiunt ad surgentes. i. contra surgentes. ut fere quaque et fortes sunt irascibiles. et in hoc notatur convenientia et simulatur hic in ... feroces propter irascibilitatem vel iracundia est una exprimens convenientia(?) irascibilitas. sic. n. sonat in textu. sed pro posse irascendi. furor enim est motus ad pericula. Unde homeri virtutem imitare. furor. i. adiunge furorem fortitudini et erige post furorem vel virtutem. et fortes erigebant furorem per nares. unde sanguis ebullivit et dicitur propter hoc quod in fumo qui emittitur per nares sic vapore discernitur iracundia aut furor. Omnia autem hec videntur significare exigentiam furoris. i. quod recte est furor ebullitionis sanguinis propter ascensionem irarum et motum sanguinis. denominat assignatur diversum et quod operatur furor ad fortitudinem et dicit illa(?) te ex principio. Fortes igitur operantur propter bonum. furor autem cooperatur eis. fortibus vero autem operantur propter tristitiam. i. propter furorem qui nascitur ex sensibilitate passionis ex qua est tristitia. operantur enim propter percussionem quia percutiuntur. aut timent quamdiu tamen quam si essent in silva vel paludibus non percuterent aut prohibitarentur. fortitudo igitur non est propter instigationem furoris aut doloris aliquid non providentem aliquid periculorum tendere ad pericula quam asini essent fortes. sic asini dico patientes fame. asini enim percussi non desistunt a pascuis et adulteri operantur multa audacia et ad audaciam pertinentia propter desidia quod autem videntur esse propter furorem naturalis una et fortitudo videtur esse suscipiens eligentiam et illud cuius gratia est eligentia et ita non operatur secundum principium quod est autem et homines quidam irascidolentes puniri autem delectantur

id est cum pena purgatur delictum. alii autem operantur propter hoc sunt bellicosi. non autem fortes sunt. non enim operantur propter bonum. nec ut ratio dicit. sed propter passionem. Sequitur quartus modus. neque qui bone spei est fortis est. sed aut aliquid simile. vel potest retorqueri ad precedens. qui. n. dicunt sepe multas audent in proelius(?) ambo autem existentes audaces propter consimiles et sunt hic in quantum signo audax sed fortes sunt audaces propter ea que dicta sunt prius et in principio. hii autem. i. fortes. secundum bonam spem sunt audaces. quoniam existimant optimi esse et nichil contra pati. pro de genio et dictum docet alium modum reducibilem ad hunc et illi qui sunt bone spei faciunt aliquid sed non optimum. ipsi dico et ebriati quando autem talia non contingunt eis fugiunt autem ipsi sufferunt ea que sunt terribilia homini sufficere. quoniam est bonum et non quod est turpe. ideo videtur esse ipsius fortioris. i. magis fortis esse in timidum repentinis timoribus et omne intrabatum quam in manifestis ab habitu enim magis eligitur unusquisque quam in preparatione. que enim eliguntur manifesta tunc est mente ratione. i. deliberatione modus. repentina autem sunt secundum habitum.
Sequitur quintus modus. fortes autem videntur esse et qui ignorant et qui non longe ab hiis qui sunt bone spei et in hoc notatur convenientia huius cum precedenti. in eis enim qui sunt decepti per sententiam est aliqua contra rem in qua est decepto et sperant sequi rem in tantum sunt ignorantes deteriores in quantum non habent dignitatem et decipiuntur hec dignitatem cum habent de nobilioribus conditionibus formis sed illi autem habent qui sunt bone spei. ideo qui sunt bone spei permanent aliquo tempore decepti autem si cognoverint aliud quam suscipiantur fugiunt quod argivi et greci passi sunt accidentes laconibus credentes esse laconios(?) et hic. v. modus apparentis fortitudinis. epilogat utique dictum est quales quid sint qui existimantur fortes. n. dictum est de propria ratione uniuscuiusque existentis
Circa autem timores et audacias et cetera. Fortitudinis declarata diffinitione fortitudinis virtute et exinde ut fortitudinis virtutum apparentium subiungit de diffinitione fortitudinis in quantum est circa timores et audacias. et ostendit quod magis est circa terribilia et quod sustinent terribilia fortes dicuntur. et quia fortitudo aufert tristitiam ut ibi laudatur. difficilius autem est sustinere terribilia quam abstinere a delectationibus. deinde cum sit contra tristitiam in fine et in hiis que sunt ad finem. sed sicut expugnatoribus est finis dulcis. illud autem quod est ad finem dolorosum. sic finis fortitudinis est delectabilis. illud vero quod est ad finem contristabile et erit magis contristabile secundum maioribus bonis probabitur sciens. non enim mirum est si scientes se in operes contempnunt mortem. Contrarium vero est fortitudo et in hiis et in illis et ita delectabiliter non erit operari communem in omnibus virtutibus preter quam in quantum attingitur hoc prius ad finem. Incidit autem questio de eo quod dicit fortitudinem esse contra timere et audere. timere enim et audere sunt diversi actus. vel unum est actus alterum est passio. actus vero et passio sunt diversi. actus in specie secundum eundem habitum. non ergo erit secundum fortitudinem utrumque vel utrumque vel si est utrumque secundum fortitudinem erit secundum furorem diversis

actus principalis sicut liberalitatem dare est actus principalis accipere non est ordinatum ad dare accipit enim liberalis ut sufficiat ad dandum qualiter ergo erit ordinatum timere ad audere timere enim non est ut audeam. Propter hoc ipse dicit quod fortitudo non solum circa timores et audacias. sed magis est circa terribilia. Intelligendum ergo quod fortitudo magis existat contra timores terribilia enim ad timores operantur. Sic motiva unde dicit qui enim imperturbatus est in hiis et ut oportet se habet magis est fortis quam qui contra audacia. i. que ad audaciam referuntur. videtur igitur quod timere et non oportet sit principalis actus. sed est videtur per hoc quod dicit in textu quod abstinentia timoris est potius huius fortitudinis. abstinens enim est qui patitur et non deducitur relinquitur ergo quod magis circa timores sit. Et dicendum est ad hoc quod principalis actus fortitudinis sufferre terribilia quod patet ex eo quod dicit, quoniam igitur sustinent tristia ut dictum est fortes dicuntur ad sufferendum ordinatum est ut prius audere tunc est audere actus potentie. sufferre vero passive potentie. Contrarium equivocatur nomen potentie passive. sic equivocatur nomen passionis. est. n. passio qualitas et est passio unum genus eorum que sunt passio vero qualitas cum fuit in potentia motiva anime et ad illud potentie et est ipse actus passio vero que est unum genus eorum que sunt habet potentiam passivam sibi respondentem que non est sub eodem subiecto cum potentia activa. utrumque vero passio requiritur in opere fortitudinis. Unde est vera potentia passiva ex parte corporis cum sit passio propria generis et est passio ex parte anime que debet in potentie passive quod est eadem cum activa a qua egreditur audere vel sufferre. et sic patet qualiter unus actus ratione unius potentie et unius operis materialis que est terribile est unius habitus.
Si autem queratur utrum sic eius timere et ut oportet et si est eius timere et ut oportet quomodo ipsum sit ordinatum ad audere et sufferre et dicendum quod audere ut oportet est cum primo apprehendatur terribile quod inductor ratio per apprehensionem hic primo non deducatur et hoc antecedit ad audere. sed est alterum quod consentitur sufferre ut comprehendat magis bonum esse simpliciter in servando virtutem quam in amittendo et videt se non posse sufficere in sufferendo non nascitur ex hoc timere ut patet et illud ordinatum est cum eo quod est sufferre. non enim ita est fortitudo contra sufferre quin contingat aliquem descendere usque dementias esse aut audacia sicut discretione mortem subtrahet. licet ergo sit fortitudo contra audere et sufferre et timere non tamen est principaliter circa timere. licet principaliter sit contra terribilia. est enim principaliter in sufferendo terribilia et non principaliter contra timere ea et hoc est quod dicit quod magis est contra timores quam circa audacias. i. quod magis contra sufferre terribilia que timorem inducunt quam circa audere ut illius. Potest rationabiliter queri de eo quod dicit non in omnibus virtutibus existere operari delectabiliter sicut accidit in opere fortitudinis cum ipse dicat superius dictum virtutem esse circa delectationes et tristitias et ibidem dixit quod qui removetur a corporalibus voluptatibus et hoc ipso gaudet castus est et similiter qui sufferre terribilia et hoc ipso gaudet vel non contristatur fortis est. videtur ergo quod fortitudo consistit in sufferre delectabiliter. Et dicendum

est quod est duplex delectatio una secundum animam sensibilem et quantum ad hanc non in omni virtute est operari cum delectatione et aliquando cum tristitia. non enim virtus principium habet ab anima sensibili. est autem delectatio alia que provenit principaliter ex delectatione finis in hiis que sunt ad finem et quantum ad hanc oportet esse operari quod est secundum virtutem cum delectatione et hoc est quod dicit non utique in omnibus virtutibus delectabiliter operari existit preter quam in quantum appropinquat fini. Sed incidit questio sic delectari. secundum rationem in quibusdam. et contristari secundum rationem in quibusdam. utrum similiter sic accidat virtutis et motum circa tristari recte et non recte. sicut accidit circa delectari recte vel non recte. sed si non est quare non esset virtus circa terribilia operari vel pati. sicut delectabilia operari vel pati. Et dicendum est ad hoc quod secundum virtutem est delectari et contristari secundum rationem sed in diversis principaliter non delectari. hoc autem est quia virtus que est ductiva in finem ratione finis respicit omnia que sunt ad finem. finis vero virtutis est semper delectabilis et nunquam contristabilis. et propter hoc accidit quod virtus est circa delectari secundum rationem in hiis que sunt ad finem principaliter et non est circa contristari nisi quod est ordinatum ad finem mediante delectatione sicut aliquis videns indigentem contristatur compatiendo delectatur autem in tristando in quantum ipsum est ordinatum ad hoc simpliciter et sicut dictum est quod virtus est contra delectari secundum rationem et est etiam circa tristari. sed differenter. sic etiam dicendum est de vicio autem malicia quod est circa delectari secundum rationem et tristari. et est quod dicit augustinus in libro de libero arbitrio. dicit enim quod libido est principium malicie. est tamen a malicia consistens in motu sed in ipso motu est libido. Dictum potest esse quod cum ipsius fortis sit timere ut oportet aut pati a terribilibus quod designatur per sufferre. sufferens enim terribilia necesse patitur cum omnia sicut nichil fortis pati ad huiusmodi quod erit ergo similiter fortis et patiens sicut accidit de iusto quod non est nichil pati a lucis(?) et mansueti nichil pati ab ira vocamus autem idem mansuetudinem et humilitatem. sed propter rationem diversam eorum dicendum est quod pati dicitur multipliciter. non enim quidam pati secundum corpus quod fuit potentie passive sicut prius habitum est. et est pati secundum animam contra corpus ut secundum sensibile et passio est qualitas et est iterum pati secundum rationabilem contra passio ergo illa que est secundum corpus simul est cum fortitudine et cum dispositionibus antecedentibus habitum qui est fortitudo indifferens est enim. passio vero que est secundum animam sensibilem potest esse contra fortitudinem similiter habitum. et propter hanc contrarietatem que est anime sensibilis ad corpus eo quod non est separabilis secundum convenientiam sicut anima. pati vero secundum virtutem rationalem non est simul cum fortitudine habitum exposito autem littere est hec. Fortitudo autem existens circa timores

et audacias. non est similiter circa ambo. Sed magis
est circa terribilia que sunt inductiva timoris et in
timendo ea et ita perseverando in tristicia eorum qui enim
inturbatus est in hiis, idest in terribilibus, et habet se
circa hec terribilia ut oportet. et per hoc quod dicit ut oportet
tangit alias circumstancias omnes. amplius est magis fortis
quam ille qui est circa audacia, idest circa aggressibilia et
nociva inturbant ex opposito contra contrarium est
aut contrario [illegible] subiungit virtuti irascibili subiecte
ei terribili extra est .n. hic duplex ordinis positio. una ipsi
us rationalis subiectivis. alia irascibilis subiectivis terribi
li. dicit autem intrabatur per negationem utrisque. dicit fortes
quando sustinent terribilia vel tristia ut dictum est et per hoc
quod dicit ut dictum intelligit circumstancias supradictas
neque tristia dicuntur ex actu illorum quia insunt contra
Sed quia apta sunt nata. unde subiungit. et ideo forti
tudo autem tristiciam et merito hec tristicia secundum
rationem concupiscentem irascibili que aufertur per fortitudi
nem et laudatur iuste fortis quod est ideo. difficilius enim
est sufferre tristia quam abstinere a delectabilibus. laudantur
sufferentes tristia iuste. sunt laudabiles. ne autem videatur
delectatio omnino a fortitudine removeri subiungit sed hec suffe
runt tristia cum finis videbitur delectabilis secundum fortitudi
nem evanescit autem ipsi fortes ab hiis operationibus in
circuitu finis quale sicut mediocre in agonibus .i. certami
nibus est dulcis pusillabilis. sed corona et honores cuius gratia
pugnant dolosum autem est illis pugillatoribus. si .i. que
sunt carnales et est tristabile et omnis labor est in hoc. ¶
Quoniam autem hec sunt multa illud autem cuius gratia est parvum
eius. propter hoc multitudinem ipsorum finis nichil videtur habere
delectabile. vel aliter exponitur illud quoniam multa sunt eius per
unum illud cuius gratia est finis .i. per unum similiter ipsius finis non
videtur habere delectabile. videlicet que ea sunt que ad finem
per unum sunt idest finis non videtur illud quod est
ad finem habere delectabile. plus enim habet a se
tristabilis quam a fine delectabilis. si utique est illud
quod est circa fortitudinem. tale est mors. quid est
et ultima eius. tristicia forti et voluptuosa sufferunt autem
ea quam illud est bonum cuius gratia est. vel quoniam est turpe
non sufferre et utique in quantum habet magis omnem vir
tutem. et feliciorem tristabitur in morte. dignum
enim talem est maxime vivere et hic sciens privatur
malorum bonorum quam alia. et merito hec de tristicia
absoluta non respectiva ad finem. quanto fuit me
lior tanto maior delectatio debet esse. alii autem nescie
rit sibi bonum. scientes autem se inopes nam
mirum est si attemptant mortem hoc autem idest
mors est tristabile. ut autem ostendat tamen hos quam illos
posse esse fortes eo quod fortitudo hec est contra ter
ribilia non in respectu ad finem comparantur subiungit
sed non nichil est fortis si fuit inops de modo quod bonum
simpliciter sustineat mortem. defectus enim temporalium [illegible]
erit causa in hiis nulla virtutis. forsan autem et ma
gis erit iste fortis quam ille qui elegit in bello

bonum pro eis .i. pro omnibus defendendis. vel aliter autem elegit
bonum pro eis magis quam ille qui elegit bonum in bello
3o queritur propter quid omnia alia generantia sibi similia habent collum et caput. Dicendum ad hoc dicendum quod habent generantia per collum ad collum vero requiruntur appetitus fantastici et motus spermaticus quia hec veniunt a cerebro per collum per quod transit maior pars spermatis sicut est motus corporis quam a cerebro habent originem. Consequenter queritur propter quid in collo leonis os est continuum sicut testatur auctor. Ad hoc dicendum quod hoc est propter maiorem fortitudinem quia in eo quam est maior soliditas et resistentia. 4o queritur propter quid in nullo animali est fortitudo in ... nisi in homine et elephante. Et propter quid fera non sit ambidextra. Dicendum quod fortitudo ab influxu caloris a corde ad omnia membra ... et ideo cum in homine et elephante sufficit calor ad utramque partem ideo in ipsis est fortitudo in utraque parte in aliis autem non. Ad aliud dicendum quod in fera non est sufficiens calor ad utramque partem ideo fera non sit ambidextra. 6. queritur propter quid pectus hominis maius est secundum suum corpus quam pectora aliorum. Ad hoc dicendum quod huius rei duplex est causa. Una est caloris cordis in homine magnitudo quia non est aliud quod tamen habet de calore in corpore sicut homo et quia calor est dilatare ideo dilatat pectus et extendit alia vero est magnitudo cerebri in homine sicut habetur a Galieno in tegni. 8o queritur propter quid anterius hominis est denudatum a pilis et ... anterius aliorum. Dicendum quod duplex est huius causa. Una est a parte fumus quando alligat constantie. Ut sic bene sentiat indicet ita ut alii vero partem ignorans. Alia causa est a parte materiali quia sicut fluxi sic steriles qui in lenibus exeunt et sunt pauce ideo que tenues pili fiunt cum fiunt in facie non propter oppositum ad elevamen a quo generantur fit retulo quod grossiorum fumorum fit generatio in...torum pilorum sicut patet per se in aliis vero aliis capitis sunt magis depilata et non non fit tanta generatio pilorum nisi sit in residuo corporis. Viii queritur propter quid capilli minus habundant in parte anteriori et non in parte posteriori. Dicendum quod hoc est propter calliditatem magis exsufflantem illius partis anterioris vel taliter sit ut fumos consumat vel poros aperiat et dilatet ita ut cadant capilli et ita remaneat locus denudatus capillis sicut in calvis. Ultimo queritur quod vocet auctor calaphir. Ad hoc dicendum quod duo sunt ossa in pedibus. Primum est ossa calcanei. Secundum est cum ad iunguntur ossi tibie et vocatur calaphir. 3m est pecten quod findetur ad modum pectinis. 4m est quod vocatur navicularis quod est concavum in sui parte inferiori sicut navicula. Queritur de cornibus propter quid cornua flectuntur ad partem domesticam. Dicendum quod cornua data sunt propter defensionem et ideo flectuntur ad partem illam quam magis debent defendi et hec est domestica sicut dicitur cum in cornibus aliquid dulce fuit reflexum. xi queritur de cornibus serpentum propter quid sudant vel plorant in presentia veneni vel veneno rerum. Dicendum quod cornua serpentum et lingue similiter venenosa sunt et ideo ... sunt ... vel a tota specie attrahunt venenum ad se sicut sicut ... ..te media in corpore aeri et primo dum ... cornibus serpentum quidam ... sudoris et tunc ... sudare et fit ista attractio ad similitudinem illius que fit in adamante cum attrahit ferrum distans ab ipso. xii queritur de mamillis propter quod quibusdam aliis sunt mamille magne in quibusdam vero parve. Dicendum quod in feris habundans est ... sunt mamille maiores propter multitudinem lactis. In siccis vero per ... habent sunt mamille parve propter eamdem ... Item in quibus sunt multe mamille quia pariunt multos filios et non omnibus talis sufficiant habent

multas mamillas sicut porca et canis. Alia vero habent paucas quia paucos filios vel fetus producunt. Modus autem quod diversitas rugarum est a diversitate complexionis et hec ad presens sufficiunt.

Verum alia sunt fissi pedis et c. Postquam declaravit auctor de diversitate membrorum aliorum. In presenti intendit declarare diversitatem aliquorum membrorum. In sua 1a equis vero fluminis qui manet in terra descendit specialiter ad quedam alia de quibus dicit sicut ad equum fluminis. Postea in 6. In 2a dicit de diversitate aliorum a parte cornuum. In sua 1a et tertius mamillarum agit de diversitate corporis a parte mamillarum. In 3a vero ibi et rugae quorumdam aliorum dicit de diversitate corporis a parte rugae et membrorum generativorum. In 4a ibi et complet homo agit de diversitate aliorum a parte augmenti et diminutionis membrorum. In 5a ibi et in dentibus aliorum a parte dentium. In 6 ibi et tota aliorum diversa sunt agit de diversitate aliorum a parte oris. Sua vero pars principalis dividitur in 2. In prima ibi equus vero fluvius descendit specialiter ad equum marinum seu fluminalem. In sua 1a et quedam alia sunt quieta descendit specialiter ad genus simearum. In 3a vero ibi alia vero quadrupedia descendit specialiter ad genera piscium quorumdam in quibusdam aliorum vero greece quod dicitur almeclio descendit ad genera lacertorum et hoc est dico hoc est et sunt greec. Circa presentem lectionem sunt in quirenda. Primum est de causa cornuum. 2m est de diversitate magnitudinis aliorum sive augmenti. 3m est de quibusdam aliis ... Circa primum sic procedimus queritur quibus aliis debent cornua et quibus non. Et dicitur quod equus debent cornua. Ideo talis ad generationem cornuum 3 concurrunt primum materia agens et fumus. Materia est fumus grossus resolutus ex nutrimento. Efficiens vero est calor coagulans et ingrossans per constrictionem sive ... Finis vero finis est defensio sed hec omnia concurrunt in equo ergo ... est ut equus haberet cornua et hoc patet ad ... corporis habere cornua ut videtur. Consequenter dicitur quod in equo et in aliis habentibus soleas non sunt cornua nec habere debuerunt. Ad 1um dicendum quod materia cornuum non habundat in equo quia hec ... fumi sunt in eis tamen cedunt in dentes et in ungulas et defendunt et ad defensionem date sunt sibi ungule. Postea queritur propter quid alia habentes latos ventres habent cornua alia vero non et unde causa vel causam dentium in superiori mandibula sit cum cornuum. Dicendum quod contrariantur se ad invicem in suo complemento dentium et principio duorum ventrium et duarum ... ad ipsos et principio cornuum et hoc in fine convertitur natura carentia dentibus in superiori mandibula nutrimentum in suo digestione non sufficienter propter defectum ... ergo nutrimentum ad anterius grossum recipit in quodam receptaculo quod est venter primus a quo iterum ... redeat ad dentes ut melius masticetur et recoquatur et ista pars masticationis vocatur ruminatio propter ruminationem ... delegatur ex ore ... ad 2m receptaculum quod vocatur ventriculus vocatur et quia ... grossius est et quia ... est et tarde digeritur propter multitudinem ventrium sicut patet ideo ex eo fumi grossi resolvuntur et petunt sublimitatem capitis et fiunt materia cornuum quia talia alia habent dentes paucos et debiles et ideo ad defensionem dantur eis cornua hoc ergo est causa eius quod est habere dentes ideo patet quod habentia cornua habent latos ventres sicut patet quod duplices. 2m queritur ex quo materia generantur cornua ... et complexione ... et ... nutrimenti

... sicut est productio sui generationis cornuum pilorum unguium. Sed pili et ungues ex materia nutrimenti generantur. Ad oppositum est hoc ratio que ex materia nutrimenti pars sunt regenerari sed deperdantur ex eadem generantur sed cornua non regenerantur in multis sicut testatur auctor. Ergo cornua ex superfluitate nutrimenti non generantur sed ex spermate. Dicendum quod eorum que ex materia nutrimenti generantur sunt duobus modis quedam enim generantur ex materia nutrimenti prima sicut ex sanguine menstruo quedam ex materia nutrimenti 2a prima ut dicit auctor quod regenerantur. Sua vero ... regenerari. Cornua ergo magis generantur primo nutrimento quia originem habent a primo nutrimento. Generatio vero a 2o. Postea queritur utrum cornua generentur ex fumus aut ex humoribus. Et videtur quod ex fumis. Materia rei grosse et dure debet esse propter rei generate. Ergo cum cornua sunt dura fumi vero non est talis et mollis cornua ex fumis non possunt generari. Ad oppositum est hoc ratio talis de cornibus unguibus et pilis. Sed pili et ungues generantur ex fumis. Ergo cornua sunt ex fumo generabuntur. Dicendum quod cornua ex fumis generantur nam fumi grossi sunt et coagulantur et condensantur in rem solidam sicut patet in generatione ... et per hoc solutum ratio ... duricies cornuum non causantur a grossitie fumorum sicut per coagulationem factam a calido sicut patet. Circa 2m sic procedimus queritur de augmento et materie de necessitate augmenti membrorum hominis. Et videtur quod augmentum sit necessarium tamen quod sicut corpus est diversum necesse per ... sicut est ita quedam ... propagationem sicut alia et plante et eis que exeunt in esse quanta est materia in eis tanta et sunt eorum corpus et hoc in primo ortu suo completa sunt in esse et ... sicut sunt ista illa vero que per propagationem veniunt ad esse veniunt in modica quantitate et in perfectum ... oppositum suarum indigent ergo illo quod est ad perfectionem magnitudinis et quantitatis sed iste motus est motus augmenti ergo quecumque per propagationem veniunt ad esse indigent motu augmenti ergo homo et alia alia indigent augmento ut per ipsum veniant ad completam magnitudinem. Item anima corporis sicut artis ... dicitur ... in libro de anima sed in omni operatione artifici requiritur proportio motoris ad mobile ergo in aliis sic requiritur proportio inter virtutes anime moti... ... tunc ipsa membra corporea quod sunt infra sed membra aliorum in primo ortu sunt in proportionalia virtutibus anime et materie in homine ergo cum non perfectum est proportionalia non per motum augmenti et ... indiget motu augmenti et ... Ad oppositum maioris perfectionis ... vivens quam non vivens ergo res non vivens sicut lapis et ... non indiget motu et augmenti ad sui perfectionem multo magis non res vivens indigebit illo motu ergo membra aliorum non indigent motu augmenti ad perfectionem. Dicendum quod motus augmenti est necessarius in membris aliorum in quantum in primo motu sunt et ... proportionalia ad operationes anime exercendas per motum augmenti ad debitam proportionem producuntur magnitudinis. Ad rationem dicendum quod non est simile de viventibus et non viventibus non est forma ... multo alio materia sua ... quia materia sua in primo motu perfecta est ideo non indiget augmento. Sed in viventibus est anima utens organis corporis quod est in primo motu suo sunt imperfecta et improportionalia operationibus eius et ideo non indiget alia augmento quia anima est sicut motor et nauta. Postea queritur in quo sit magis augmentum aut in puero aut in adolescente et videtur quod in puero natura materia mollior est et humidior

[illegible]

a sole et ab aliis stellis fugatur et uincitur. et ita aqua fit calidior in yeme quam in estate. uel in estate in ypa [illegible] fit et frigiditas coagulata est in medio aeris et ille est de partibus et toto. sic se habent noctes et illi dies adinuicem sicut yems et estas.

Omne uolatile sit petere et c. In parte i[n]

[illegible]

> cause

> aliis

[illegible]

89

minimum spiritum et calorem in volatilibus esse et in eis dominium
levium. Ergo cum maior esse debet calor magis dominaretur
supprema levium ut videtur.
Esse volatilibus et cum in eis dominetur terra et non motus sic
volandi. Ergo in volatilibus non est dominium supprema partium
levium propter spiritus et calorem in eis. — Ad oppositum est hec
ratio. Dicit autem quod motus debetur aliis propter calorem et
spiritum et dicit philosophus quod omne calidum velociter mo-
bile. Ergo si in volatilibus dominetur motus sicut patet quia non est
aliquis alterius velocis motus sicut volantia erit dominium
motivis in volatilibus propter dominium caloris et spiritus. — Ad
hoc dicendum quod dominium elementorum quintuplex potest esse scilicet
constitutivum vel mixtum et quantum ad hoc dominium in omnibus
generatis est medium dominante terra et aqua. Secundum vero do-
minium est situale et qualitativum quantum ad ipsum modo est
faciendum et sic in piscibus dominatur ignis et aliis
calidis ... et talis. Tertium dominium est quantum
ad calorem et levem resultantem ex commixtione e-
lementorum et quantum ad spiritum generationem et quantum ad hoc dominatur
volatilia habent dominium elementorum calidorum. Quartum vero dominium est
quantum ad dispositionem partium in raritate et spissitudine
et quantum ad corpus rara habent dominium calidorum adminicu-
lante corpus volandi. Ad vero ...
Quintum vero dominium est quantum ad motum
et quantum ad hoc dominantur calida etiam in volatilibus quod illud
aliter non habile est ad motum sicut volandi. Primis ergo du-
obus modis non dominantur etiam. Corpora ut supprema
levium in volatilibus. Sed tribus sequentibus modis possibile
est non dominetur in eis et hoc modo potest verificari sermo
philosophi. Sed tamen constat quod sola propter hoc est quod volantia
et supprema levium quia habent colam et sanguinem collatum
plus quam alia animalia et ita est in eis dominium propter solum
elementorum calidorum. — Utrum anime secundum hoc alia non distinguntur
species et clares que que sit ratio distinguendi inter ip-
sa que cum distinctionis ... quia cum distinguendi ipsa
consistit in diversitate organorum et in aliquo quod est supra
etiam ratio talis. Ad hoc est separata anima a corpore et in hiis
aliis manifestatur dominium elementorum in speciebus distinctum.
Sicut terre et aque. Unde post separacionem anime a corpore sup-
remum secundum virtutem deorsum ponitur scilicet deorsum. Anima vero potenti-
te movetur per omnes dicas potentias. Ergo distinctio mo-
tus in speciebus et diversitas est ab anima vel ab aliquo quod
est supra etiam. — Ratio hoc anima potentiis in corpore dat ei dupli-
cem actum primum et autem et omnes primi et secundum vero mediante
organo. Ergo cum volare, repere et ambulare et huius-
modi actus sint manifestum est quod mediante organo in-
veniunt in aliis et in aliis. Ergo anima distinguuntur
species hoc actus differunt partibus organa et di-
versitas in organis est propter distinctionem eorum.
— Ad oppositum est auctoritas Ysaac et aliorum qui attribu-
unt hoc elementis et diversitati eorum per dominium. — Ad hoc dicendum quod
ad distinctionem istorum animalium et aliorum multa con-
currunt. Primum est diversitas motorum requirentium diversa or-
gana ad complendos suos motus. Secundum est diversitas
organorum. Tertium est diversitas complexionum que requi-
runt propter diversitatem organorum. Quartum est diversitas com-
positionum. Quintum est diversitas totarum specierum continuarum animalium.

Nam in quolibet viventium misto est diversitas ipsi anime dante
vitam corpori ad regimen sui corporis diversa maxime ut in anima
volantium et ambulantium et reptilium et anima diversa et hec
diversitas a parte anime requirit diversitatem a parte organorum.
— Ad diversitatem organorum requiritur diversitas comple-
xionum sicut videmus quod cerebrum alterius est complexionis et cor
alterius requirit. Ergo diversitas compositionum sicut patet in ultimis eius
et in aliis quod quedam sunt rare compositionis quedam compacte.
— Ad hoc autem sequitur diversitas specierum totius et ita sicut organa
complexio compositio et tota species diversificantur a parte anime.
— Diversitatem vero in ambulantibus et natantibus eorum diversificant
ea a parte formarum et specierum. — Ad auctoritatem Ysaac dicendum sunt plures
— Alio quae videntur potentia volendi et potentia natandi et repandi sive
compositionis veniant a parte anime solum vel a parte corporis. Et videtur
quod a parte anime solum non. Dicit autem in metaphysica sua
quod duplex est motus et duplex motor. Quidam enim motor
movens in una dimensione potentie tamen sicut motor gravis et
levis. Alius vero est qui movet per omnem dimensionem potentie
sicut videmus in animalibus. Sed dicit quod ille motus qui fit per omnes
dimensiones vel mutatus est cum per magis ... et intencione alterius dimensionis
quam movet sursum per imaginationem deorsum non esse convenit
et sic de aliis dimensionibus. Sed nullus motor complexionis est huiusmodi. Ergo
cum ista animalia moveantur secundum multas dimensiones poterunt moveri
aliquo motore qui est supra corpus elementorum. Hic autem non est nisi
anima. Huiusmodi potentie veniunt omnes ab anima eius. — Preterea ratio sic dicit
autem ingenerit est potentie diversitatem tamen et cum ea diffinitur
sit a parte corporis. Ergo cum ratio magis in operibus tota disposicio
est a parte corporis et non a parte anime. Ergo diversitas est ab anima et
non a corpore. — Ad oppositum est sed ratio nulla est simplex recipit
diversitatem a se. Sed si diversitatem hoc habet est a parte eius cui applicatur.
Sed anima est substancia simplex. Ergo si habet diversitatem hoc est a corpore.
Ergo anima diversificatur non propter animam diversificatur sed magis propter corpus
et diversitatem a parte corporum. — Ad hoc dicendum quod ista diversitas
primo et principaliter non est a parte corporis sed a parte anime et propter animam
sicut demonstratum est. — Ad rationem dicendum quod substancia simplex est in multiplici
quedam scilicet est que non dependet a corpore sicut intelligentia
et hec non habet diversitatem nisi a suo creatore. Unde intelligentie
differunt specie et huiusmodi diversitatem habent a creatore suo
qui sic voluit eas diversitate causare. Alia vero substancia
simplex que dependet a corpore et unitur corpori et diversi-
ficatur hoc duplex. Uno modo a suo creatore et hec est
anima coniuncta corpori et hec diversitas in anima est causa diver-
sitatis in corporibus et in organis corporis. Alio modo diver-
sificatur per diversitatem corporum sicut videmus quod anime per diversitatem
complexionum et statum recipiunt diversitatem. — Sexto
queritur utrum hec dicta scilicet volatile et gressibile et reptile et huiusmodi
autem in quinto super metaphysicam septimum quod genera se
habent ut forme specierum composite et sic hic dubitacionem
habeat quod omnia consequuntur compositum autem non
proveniunt de composito. Nam quia forma totius complectitur
et de toto sicut dicunt genera sequitur materiam forma vero formam
sed compositum. Sed in homine est corporis vivens et ad hoc se-
quitur forma vero rationalis animam et ad hoc sequitur rationale.
— Similiter et in volatilibus ergo rationale est differentia completiva hominis
et volatile volatilium et sic de aliis. Nam volatile se-
quitur sic rationale hominem hic confirmatur sicut se habet rationale ad
hominem sic volatile ad avem. Sed rationale ad hominem po-

dicitur completiva hominis. Ergo volatile erit dicta completiva avis et
reptile serpentis et huiusmodi. — Ad oppositum sunt rationes. Preterea tales
omnes differentie completive specie antecedit speciem per intellectum et esse
complet eam. Sed volatile et gressibile non antecedunt
speciem sed magis secuntur et posteriores sunt in hiis. Ergo non sunt
differentie harum specierum. — Preterea anima dat corpori duplicem actum
scilicet vivere et esse primum et secundum. Sed primus egreditur a sua anima.
Nam ipsum dat per suam potenciam. Secundus vero egreditur a
potentia anime et est de genere actuum et actus et potentia eius in
dividuum sunt. Sed omnes iste differentie volatile et gressibile egrediuntur
ab ipsa mediante potentia. Ergo omnes sunt accidentales. Ergo nulla ipsarum
est completiva speciei que est de genere substantie. — Tertio ratio generis et
differentie completive sunt prius essencie speciei. Sed essencia est quiddi-
tas qua res est id quod est nomine absoluto sive autem. Sed potentie
actuum posteriores sunt prius essencia rei. Sed nominant aliquid
additum essencie rei sicut patet. Ergo cum volatile et gressibile et huiusmodi
sint potentie actuum posteriores non erunt principia essencie speciei. Ergo non
erunt differentie completive specierum sicut rationale est differentia completiva
hominis. — Ad hoc dicendum quod iste differentie sunt essentiales speciebus
suis sed in hiis omnibus duo sunt attendenda. Primum est
ipsa potentia. Aliud est unio eius cum anima. Potentia ergo ut dicitur est essentialis.
Unio autem actualis. Nam sine unione potentie posset res esse in
dividuum. Hoc autem alie dicimus quod iste differentie non sunt essentiales
nec completive sed in rebus assistant et vicinant differentias
completivas. Unde nec rationale nec mortale nec gressibile nec
volatile nec aliquid dicitur habet substantiale et completivum dicitur anima et quod
duo sunt in composito materia et forma et quod genus sumitur a materia, differentia
vero a forma. Sed forma completiva in hiis cum est anima est primus
actus duplicatus primus scilicet et secundus et primus actus sicut non cog-
noscatur. Secundus vero actus cognoscatur per operaciones egredientes
a corpore differentie. Ergo substantiales tenentur actum primum non primum et
potentiam anime non tamen immediate sunt tamen proprie substantiales
differentie. Quia substantiales sunt incognite et in volantibus et in quolibet
viventium et composito. Ergo differentie per que sunt propinque ponuntur
in diffinitionibus per eis vero hoc diffinitur per rationale et
mortale quia non substantiales differentie sunt eis sunt sive in eis et in
aliis. — Ad rationem primam dicendum quod actus primus in homine est vita
radicalis talis et in aliis secundum suum modum. Sed quia perceptio eius dicitur
assequitur et primum est imperceptibile. Iste vero sunt perceptibiles per
operaciones et ideo nomina potentiarum ponuntur in diffinitionibus loco
substantiarum. — Ad secundam rationem dicendum quod ratio duplex accipitur uno
modo per coniunctam qualitatem completivam hominis et sic non est differentia completiva.
Alio modo per ipsa sua anime vel actu primo et sic potest dici differentia
completiva. — Quintum sic procedit quod propter quod magis habent
volantia mutationem loquele humane quam ambulantia.
Videtur quod magis debet hec esse in ambulantibus. Ratio talis omnia orga-
na magis proporcionalia in disposicionibus habent operaciones magis
conformes. Sed organa volantium in ambulantibus sunt magis
proporcionalia organis hominum quam volantibus quam organa in
volantibus sicut vult philosophus. Ergo operaciones organorum magis
sunt conformes in ambulantibus et hominibus quam in volantibus
et hominibus. Ergo mutatio loquele humane plus de-
bet ambulantibus quam volantibus. — Preterea ratio omnia quecumque magis
sunt disciplinabilia magis inclinantur ad formacionem illi-
biti quia est primum disciplinabile. Sed finis disciplinabile est sermo
significativus vel loquela sicut testatur Aristoteles in libro de sensu et sensato.
Cum ergo ambulantia sicut canes et simie et huiusmodi magis ...

disciplinabilia magis apte sunt ad generacionem vocis humane et
ad imitacionem eius. — Ad oppositum est hec ratio omnia alia que magis
participant naturam aeris magis participant apta ad formacionem
soni quia in aere forma est eius et loquela. Sed volatilia sunt huiusmodi secundum philosophum.
Ergo quedam volatilia magis participant apta ad imitacionem loque-
le quam ambulantia. — Ad hoc dicendum quod formacio loquele magis debetur
volatilibus quam ambulantibus. — Ad rationem dicendum proxima conformitas
sive proporcio istorum est duplex. Quedam est que attenditur in figura in
composicione et forma et situ et huiusmodi et huiusmodi habent magis ambulantia quam
volatilia. Alia conformitas est que consistit in volatilibus et etiam sic
ad motum et formacionem vocis consimilem et hec est in volatilibus magis
quam in ambulantibus quia principia sunt sicut volatilia ad motum con-
similem in loquendo ex tenendo sicut videmus. — Ad rationem secundam
dicendum quod quedam alia sunt magis apta ad disciplinam quam
alia duplex. Uno modo quia magis obediunt motui disci-
pline sicut canis et simia. Alio modo dicuntur magis disciplinabilia quia
ea repetunt loquelam humanam vivunt et est medium in
disciplina sicut aves quam cito repetunt loquelam humanam.
Et formant eam ad instar hominis sicut psittacum et huiusmodi. Modo sic
volatilia quedam magis disciplinabilia ambulantibus. — In quibus
volatilibus magis sit hec proprietas formandi loquelam humanam
et quibus minus et unde. Et quod magis debet hec volatilibus viventibus
de rapina ratio talis. Alia animalia magis debent imitari
hominem in motu loquele que magis apta sunt ad motum.
Sed viventia de rapina sunt huiusmodi quia colerica sunt et que
magis colerica sunt magis habilitantur ad motum sicut patet in hominibus et
brutis. Ergo volatilibus viventibus de rapina maxime debet
hec proprietas. — Ad oppositum est hec ratio sicut testatur philosophus alia apta
ad loquelam et ad eius formacionem habent linguas latas.
Sed viventia de rapina habent linguas strictas. Ergo hec non sunt apta
ad loquele formacionem. — Preterea ratio talium alterum formans vocem
in se facit rostrum aptum est ad formacionem et imitacionem lo-
quele quia loquela maxime formatur in gutture vero in
extremitate oris. Sed viventia de rapina formant vocem in
extremitatibus rostri. Ergo minus apta sunt ad imitandum loquelam
in homine. — Ad hoc dicendum quod non omnia volatilia habent aptitudinem ad imi-
tandum loquelam sed quedam sic et quedam non. — Ad rationem dicendum
quod non colerica duo faciunt aptitudinem ad motum et ad agilitatem
motus operantur sicut in aliis viventibus de rapina sicut patet. Sed ve-
locitas motus autem est quod facit scilicet ad facilem retentionem disciplinae
et hec facit in hominibus et in brutis non autem in avibus viventibus de
rapina. — Tertio queritur utrum mutatio loquele procedat a virtute
anime aut non. Et videtur quod sic ratio talis in omnibus operabilibus nobilibus fit re-
ductio motorum ad motorem primum quia quidquid in primo est necesse est
aliis motoribus. Unde philosophus in octavo physicorum non movetur primo
non movetur aliud. Sed loqui est ab anima secundum philosophum. Ergo mutacio
loquele est ab anima. Ergo mutacio loquele ab aliqua virtute
anime. — Item ratio dicit autem in quinto sui libri de anima ad vocem
et constituunt per imaginacionem que est virtus anime et item que est formacio
vocis et est ethea arteria que est instrumentum. Ergo cum imaginacio
sit virtus anime necesse est quod mutacio loquele fit ab anima.
— Ad oppositum est hec ratio si anima esset principium huius virtutis proprietas in quibus
est per dispositionem anime secundum speciem et non diversitas anime secundum speciem erit
hec proprietas diversificata. Sed nos videmus quod in pica et corvo
et gapo sunt hee proprietates et tamen habent diversitatem animae secundum
speciem. Ergo hec proprietas non est a virtute anime. — Ad hoc
dicendum quod hec dispositio est ab utroque scilicet ab anima et a corpore sed differenter.

forti obviat sensibus aut [illegible] ergo mutacio loquele est in hiis que [illegible] aliqua conueniencia uel ymmo dicitur fit hec mutacio quod sicut dicit Auicenna [illegible] apprehensiua

Ad rationem dicendum quod non est inconueniens quod animalia differentes per speciem secundum accidens efficiuntur conuenientes per aliquam conuenienciam sicut uidemus quod intellectus secundum naturam est animam intellectiuam et intellectiuam [illegible] conueniens omni homini et bruta per aliquam tamen conuenientiam repertam in ipsis. Quarto queritur a qua uirtute anime sit hec dispositio et probo tamen quod a uirtute uitali uitalia uero talis omnis operacio consequens secundum obiecta procedit a uirtute apprehensiua uel imaginatiua uel iudicatiua ergo mutacio loquele fit a uirtute uitatiua. Item omnis operacio que fit cum apprehensione similis et opinione et intencione secundum est procedit a uirtute uitatiua sed mutacio loquele est huiusmodi quia sicut dicit Auicenna uirtus uitatiua similis apprehendit et iudicat ergo operacio ista est a uirtute uitatiua. Contra ab illa uirtute procedit mutacio loquele in uolatilibus que est uitatiua in illis et maxime conformis et in homine sed hec uirtus est uitatiua secundum Auicennam ergo a uirtute uitatiua procedit mutacio loquele. Contra ab illa uirtute procedit loquela a qua procedunt omnes sed estimatiua est huiusmodi quia sicut dicit Auicenna est estimatiua ergo a uirtute estimatiua procedit hec operacio. Ad oppositum est hoc quod omnis operacio motiua procedit a uirtute operatiua motiua et non ab apprehensiua sed uirtus motiua non est estimatiua ergo cum mutacio loquele sit operacio motiua non procedit a uirtute estimatiua. Ad quartum dicendum quod mutacio loquele consistit in motu instrumentorum generancium uocem ergo a uirtute mouente hec instrumenta sed uirtus spiritualis est que mouet instrumenta generancia uocem quia mouet pectus et membra adiacencia pectori ergo magis procedit a uirtute spirituali quam ab ymaginatiua. Ad hoc dicendum quod hec operacio magis procedit a uirtute estimatiua quam ab aliqua alia. Ad rationem dicendum quod sicut distinguit Auicenna uirtutum motiuarum quedam sunt dicte prima est uirtutum effectiuarum in operacione motiua [illegible] et deseruiencium motiui et postea dicte uirtutum sunt quedam effectiue et motiue. Nam in quantum apprehendunt et discernunt sunt uirtutes apprehensiue in quantum uero operantur in loquendo et mouentur ad hoc sicut uos sunt motiue. Ad aliam rationem dicendum quod in operacione duplex est motus unus prior et est sicut regula et hec est estimatiua. Alia est executiua motus et hec est spiritualis. Quinto queritur utrum ad istam operacionem concurrit disposicio instrumentorum et uidetur quod sic. Ratio talis omnis uirtus alligata organo corporali recipit diuersitatem per diuersitatem organorum ergo hec uirtus requirit disposicionem organorum. Sed contra sicut est in rebus eiusdem speciei et in rebus diuersarum specierum sed in homine per diuersitatem instrumentorum contingit diuersitas proferendi uoces ergo sicut in aliis animalibus differentibus specie ad diuersitatem uocalem requiritur diuersitas organorum. Ad oppositum est hoc quod ratio loquele consistit causata a disposicione membrorum instrumentorum ergo ubi maior est agilitas instrumentorum corporum in eis magis prouide ad imitandum loquelam, cum tamen contra uideamus quod in uiuentibus de rapina maxima est habilitas membrorum non tamen est in eis prouido ad imitandum loquelam. Ad hoc dicendum quod a parte utriusque requiritur disposicio et a parte anime et a parte instrumentorum corporalium. Ad rationem dicendum quod duplex est agilitas in prouido quedam est ad motum uelocem et hec est in uiuentibus de rapina. Quedam autem est ad uelocem transformacionem et hec est in aliis sicut in picatam coruo et cetera. Sexto queritur de causa huius mutacionis in uolatilibus huius et arguitur sic. Si aliquis effectus est consimilis et causa eius est consimilis tamen mutacio loquele est quibusdam uolatilibus et quibusdam non hoc est per aliquam disposicionem que est causa eius in quibusdam que tamen non reperitur in aliis quare ergo que sit ista disposicio uel non in talibus aliis uolatilibus mutantibus loquelam humanam.

Ad hoc dicendum quod ad mutacionem loquele talia requiruntur per ordinem primum est disposicio uirtutis anime secundum est disposicio uirtutis corporalis tercium est disposicio instrumentorum uocem formancium a parte prima duo requiruntur primum est facilitas recepcionis talis loquele in uirtute estimatiua secundum est uarietas et ductibilitas ad quam sequitur efficax recepcio quia gradus in brutis animalibus in estimatiua speciei est non ductibilis uariabilis et tamen difficilis est recepcio et debilis ideo non habent istam proprietatem scilicet mutacionem loquele et propter hoc ista proprietas inest quibusdam et quibusdam uero non. Ideo quedam mutantur loquelam et quedam non mutantur in tantum quod habent talem et uelocem recepcionem talis loquele uel aliorum uocum et uelocem inclinacionem et ductibilem ad motum assimilacionis tanta sunt que requiruntur a parte uirtutis anime. A parte uero corporis requiritur dominium aeris propter hoc sunt agilia ad motum et est in quibusdam tamen quibusdam non. Tercium uero est disposicio organorum formancium et ad que concurrit primum est attractio aeris per inspiracionem et hoc est disposicio tercium quod secundum est facilitas et uelocitas ad motum ut cito obediat anime per uariacionem per imaginacionem. Tercium est formacio uocis in latitudine gutturis sicut faciunt coruus et pica et talis aues. Quartum est illud quod tangit auctor in littera scilicet latitudo lingue. Octauo queritur propter quid quedam uolatilia imitantur mutum hominis in loquela quedam uero ambulatilia imitantur magis eius plures in gestu corporis. Ad hoc dicendum sicut quod uult auctor in libro de animalibus unum corporis sicut dicit auctor unum quia anime uolatilium quorundam sic sunt ceterum ut assimilentur eius in regione sunt quasi similes in huius disposicionibus anime humane et anime aliorum ambulatilium sic sunt ceterum ut assimilentur eius in regione corporis propter gestum ideo ceterum sunt et in ceterum in uolatilibus incorporantur corporis ipsi anime propter quod instrumenta habilia sunt uolatilia ad imitacionem loquele. Canes uero et simie et cetera habent instrumenta per que imitantur hominem in gestu. Nono queritur propter quid uoces quorundam animalium diuersantur et uariantur sicut quedam uolatilia mutuo uariant uoces suas quedam uero non, sed et uox quorundam aliorum ambulatilium est multum una forma sicut equorum et boum et leonum et cetera. Ad hoc dicendum quod ad uariacionem uocis duo requiruntur sicut prius tactum est primum est facilis recepcio talium in uirtute estimatiua et uarietas. Secundum est agilitas instrumentorum et inclinacio ad motum consimilem. Hec autem duo reperiuntur in quibusdam uolantibus et non diuersis quando uoces proprias et imitantur alienas tamen cum hominis et aliorum sicut patet in graculo propter hoc soluitur solutum quod patet quare propter quod quedam aues semper eodem modo uocantur sicut accipiter et alie quedam non et diuersitatis sicut dictum est. Decimo queritur quare uiuencia de rapina habent uocem acutam et non grossam et dicendum quod causa grossitudinis uocis est latitudo trachee arterie sed uiuencia habent tracheam arteriam latam propter multam calliditatem ergo debent habere uoces grossas. Uidemus tamen quod habent uoces ualde acutas. Ad hoc dicendum quod quedam habent uoces grossas sicut coruus et columba quedam uero in summitate colli et propter hoc habent uoces exilem acutas. Ad rationem autem dicendum quod non solum requiritur latitudo trachee arterie ad uocem grossam sed formacio uocis in profundo et non extremitate. Consequenter sic procedit queritur de uirtute instrumentorum uolatilium et propter quid aues uiuentes de rapina habent magnum pectus sicut dicit auctor et magnum pulmonem. Ad hoc dicendum quod sicut habent in eis media calliditas uiuencium in membro dilatante ipsum quod ergo uolatilia habent magnum calorem ideo habent cor magnum et pulmonem et cetera propter quod habent pectus magnum. Undecimo queritur propter quid masculus in uiuentibus de rapina

et minor in quantitate femina uero maior. In aliis autem econtrario dicendum quod calliditas dilatat et magnitudinem causat in membris quare in masculis maior est caliditas ergo maior erit magnitudo cum tamen uideamus. Ad hoc dicendum quod uolatilia uiuencia de rapina sunt magne calliditatis et eius signum est uelocitas motus et iracundia et rapacitas in masculis ergo propter nimiam siccitatem et propter nimiam compleccionem est diminucio in ipsis uolatilibus consumitur in membris et in ipsis formacione et deest humiditas unde fit ita quod efficiuntur membra eorum parua defectu materie. In femellis uero quia maius temperatur frigore caliditas propter tercium tercium hic temperatur et resultat temperies in membris et magnitudo maior quam in masculis propter hoc soluitur. Ideo quia in masculis fit consumpcio humiditatis corporis et minimo calore in femellis uero non et ideo magnitudine membra femellarum masculorum uero minorantur. Duodecimo sic procedit queritur propter quid pisces carent mamillis et quedam tamen habent mamillas sicut delphines et balene. Ad hoc dicendum sicut dicit philosophus in generantibus quedam animalia producunt ex se fetus formatos quedam uero informatos sicut ouancia. Priora habent hoc propter nutrimentum fetus extra uterum et mamillas propter conuenientiam lactis et generacionem. Alia uero sicut ouancia eo quod ducunt fetum conformem quia non statim indiget nutrimento sed ulteriori generacione antequam nutrimentum accipiat ideo lac et mamillas non habent et hii sunt pisces quidam qui carent mamillis quidam tamen assimilantur ambulatilibus sicut delphines et ideo habent sanguinem et lac et mamillas sicut ambulatilia quidam non tamen habent et ita pisces sicut ambulatilia quia scilicet sunt natatilia. Tercio decimo queritur propter quid branchie ceterum sunt in piscibus plus quam in animalibus. Ad hoc dicendum quod sicut in respirantibus attrahitur aer et contrahitur propter maris aliquid ad hoc deputatur ut sic calor non sit natura in natantibus continue sit attractio continue aque et expulsio propter conseruacionem uite ipsius et propter hoc ceterum sunt branchie propter quod sicut pro maris in aqua rectitudo recipiendo et sicut respirantia non uiuunt extra suum continens quod est aqua. Quedam uero natantia sicut delphines habent tamen media non quia moriantur in aqua quia in aere et tamen habent aerem sicut ambulatilia et non uocificant quia sicut respirantia. Contra [illegible] queritur quare propter quid uolatilia non habent pedes. Quarto decimo dicendum quod loco anteriorum pedum habent alas. Quinto decimo queritur propter quid uiuencia de rapina non habent unguem acutum retro sicut galli habent. Dicendum est ad hoc quod uiuencia de rapina calida sunt ualde et non omnes superfluitates in ipsis consumuntur. In quibusdam uero aliis aggregantur superfluitates et non habent hec superfluitates ungues sicut uidemus retro et quando aggregantur in eis lapides sicut in uetustis uide dicendum. Sexto decimo queritur propter quid omnes pisces habent caudas non autem omnia uolatilia. Dicendum quod cauda in piscibus est ex parte et in corpore sicut expressum est et non omnes pisces habent caudas. In uolatilibus autem est cauda de superfluitate et non in quibusdam preualet cauda et in quibusdam non. De [illegible] de pisce naue in tercio dicetur in sequentibus.

Etiam diuisionem membrorum aliorum extrinseca. In hoc secundo libro intendit auctor declarare distinctionem specialem membrorum aliorum habencium sanguinem. Diuiditur autem totalis liber primo in duas partes. In quarum prima agit auctor de distinctione membrorum organorum in habentibus sanguinem. In secunda scilicet in hac membra uero aliorum assimilantur in partibus et cetera agit auctor de distinctione et diuersitate membrorum interiorum consimilium. Prima uero pars diuiditur in duas. In quarum prima agit de membris deseruientibus uite ad conseruacionem indiuidui in se ipso. In secunda scilicet in hac Iam determinauimus disposicionem membrorum interiorum et cetera agit de distinctione membrorum deseruiencium generacioni. Pars uero secunda prime in qua agit de diuersitate membrorum consimilium diuiditur in duas partes. In quarum prima agit de distinctione membrorum consimilium

interiorum sicut sunt uene et arterie et cetera. In prima scilicet in hac sanguis uero est ita dispositus et cetera agit de distinctione eorum que continentur in hiis membris sicut de sanguine et hiis que coagulantur. Prima uero pars diuiditur in duas in quarum prima agit de distinctione membrorum consimilium que sunt in interiori corporis cuiusmodi sunt uene. In secunda scilicet in hac ossa que sunt in corpore agit de distinctione que sunt fundamenta sicut sunt ossa et cartillagines et hec est diuisio huius libri per capitula et sunt V capitula in uniuerso. Primo uero capitulum spectat ad presentem lectionem. Dicit autem hec primum capitulum in duas. In quarum prima agit de distinctione membrorum in aliis habentibus sanguinem deseruiencium conseruacioni alicuius in se. In secunda scilicet in hac Interiora uero et intestina et cetera agit de diuersitate membrorum eorum que uersus diuersitatem aliorum quorum sunt. Prima uero pars diuiditur in duas. In quarum prima agit de diuersitate horum membrorum in generali. In secunda scilicet in hac cor uero positum est in omnibus aliis in medio pectoris agit de diuersitate quorundam membrorum in speciali. Prima uero istarum diuiditur in duas. In quarum prima ponit intencionem. In secunda scilicet et sunt omnia alia anhelancia consequitur intencionem. Prima istarum remanet indiuisa. Secunda uero diuiditur in duas. In quarum prima agit de disposicione membrorum deseruiencium anhelacioni de pulmone et canna. In secunda scilicet et omnia alia habencia sanguinem agit de diuersitate membrorum interiorum. Prima uero iterum agit de hiis specialiter diuiditur in duas. In quarum prima agit de membris que deseruiunt anhelacioni. In secunda scilicet in hac et temperamentum piscium et in parte dextra agit specialiter de diuersitate membrorum nutritiuorum. Prima uero manet indiuisa. Secunda uero diuiditur in duas. In quarum prima agit specialiter de membris nutritiuis. In secunda scilicet et deuenimus statim que sunt quadrupedes generantia animalia et cetera agit de distinctione membrorum nutritiuorum specialiter in aliis ruminantibus. Pars uero secunda principalis in qua agit de diuersitate aliorum diuersitatem figurarum et cetera diuiditur in tres. In quarum prima agit de diuersitate membrorum in reptilibus. In secunda scilicet in hac Et non diuersantur membra piscium agit de diuersitate membrorum in natatilibus. In tercia scilicet et membris auium agit de diuersitate in uolatilibus. Et est diuisio huius capituli et sunt in presenti leccione partes ut sic patere potuit. Consequenter circa istam questionem sunt inquirenda primum est de generali distinctione membrorum in aliis diuersis per causas generales et similiores. Secundum est de membris deseruientibus uite sicut cor et pulmo. Tercium est de membris nutritiuis. Quartum est de membris nutritiuis et ruminantibus. Consequenter sic procedit queritur utrum diuersitas membrorum in aliis et partium in plantis sit a uirtute in forma seu in materie sicut in partibus et non a uirtute ista in materia. Aut fit hec diuersitas a uirtute ipsius agentis primum quod est supra uirtutem in materia in qua sit. Quod hec diuersitas et hec distinctio partium in rebus non est a uirtute illa in materia in corporalibus. Ratio talis omnis uirtus corporalis alligata in materia sua non ordinatur ad unum effectum propter exigenciam ad quam alligata est. Sed uirtus talis ista in corporalibus est alligata in operando propter eius exigenciam. Nulla uero talis potest distinguere membra et partes in rebus creatis. Ergo distinctio membrorum et partium non est a uirtute illa in materia. Contra duplex est agens quoddam est alligatum et coartatum ad materiam sicut natura quoddam autem est sicut intelligencia. Sed hec agens duplex est quoddam est alligatum corpori sicut anima que dependet a corpore quoddam est separatum a corpore sicut intelligencia separata et hec in ipso coartatur ad materiam ex quo fiat cum in operacione sua aliquo modo coartatur et in ipso. Item uirtus uel eius potencia non est infinita sed finita sed nullum agens creatum potest res naturales coartatum in se uel in suis potenciis ad materiam potest uel discernere res ad inuicem omne autem agens creatum est huius ergo nullum agens creatum potest res uel distinguere naturale est ergo ista causa distinctionis in aliquo superiori ergo distinctio non est in

vel virtus in inferiori. Secundo vero ratio distinctionis rerum procedit ab aliquo quod est causa productionis rerum ex sua materia et forma, [illegible] illa que sic per exigentiam materie, sicut patet in vasis fictilibus et ereis et aureis; ergo non sufficiat distinctio per materiam, quia nulla virtus causata est causa productionis rerum ex materia et forma; ergo nulla virtus causata potest distinguere sufficienter inter causata omnia, ergo quia distinctio sit a causa increata que omnia antecedit. Quarto vero nulla virtus complexionata contrarietates sufficienter potest [illegible] distinguere, quia illa que per medium distantiam ad omnes contrarietates extenditur; sed omnis virtus in inferioribus est alligata alicui contrarietati, sicut patet, quia nulla virtus inferiorum sumpta per se in duo contraria coarctatur ad unam partem; ergo nulla virtus potest sufficienter distinguere res causatas.

Sed contra: ordo et distinctio in rebus inferioribus est a virtute celi secundum Avicennam in commento XI Metaphysice, quoniam corpora superiora sunt instrumenta suorum motorum sicut magistrorum, et omnes motores ad suum primum motorem reducuntur tamquam ad causam primam et originalem; cum ergo distinctio suorum motorum est ab ipso primo, et distinctio superiorum reducatur ad distinctionem motorum, ergo distinctio rerum istarum multo magis ad primum motorem habet reduci, et ab eo causatio distinctionis rerum omnium debet ipsi primo cause omnium. Ad oppositum est [illegible] quod est principium distinctionis et generationis rerum, sed virtus generativa rerum sic communis producit sic in inferioribus; ergo principium distinctionis in inferioribus ergo aliqua virtus causata in istis rebus est causa distinctionis earum. Respondeo vero: si id est principium distinctionis et productionis rerum, sed virtus superior est principium distinctionis, ergo id est principium generationis et productionis, et ita unaquaque res producitur in esse per ipsum primum. Sed hoc Averroes reprehendit et vituperat. Et [illegible] in hoc quod ponunt omnia fieri ex primo causa sine [illegible] potentie causatore formarum in omnibus, quod est contra philosophum. Ad hoc dicendum quod distinctio rerum non est a virtute illa [illegible] rebus sed a primo quodam alio quod est [illegible] omnium illarum causa. Ad rationes in contrarium dicendum quod distinctio rerum est duplex: prima ordinis rerum est secundum quem ex non existentibus in esse absque adiunctione materie; alia vero est ordinis rerum secundum quem primum in unoquoque genere virtus modo suo et [illegible] ex se talis producit, et ista est per adiunctionem materie data ipsis rebus, et iste sunt ordines rerum duplices. Habet primum vero utraque, et sic [illegible] motorum primum [illegible] motores inferiores aliud est immediate operans sicut virtutes [illegible] rebus, et hic operatur secundum [illegible] primum quod est [illegible] non excedat metas eius. Ad secundam rationem dicendum quod tres fuerunt secte apud philosophos: prima fuit latitationis formarum, secundum quod recitat Averroes in XI Metaphysice; secunda vero fuit datoris formarum; tertia fuit que media inter has, sicut illa quam tenuit Aristoteles; nos vero sic [illegible] tertiam tenentes quod in materia sunt forme in potentia et per agentes [illegible] educuntur ad actum; sed in productione rerum in esse sunt duo principia: unum est sicut natura, aliud vero est sicut agens immediate, et tamquam intellectus distinctio vero rerum debet regule. Generatio vero quodammodo debet alteri principio superiori, per quod alteri quod est agens [illegible] intrinsecum. Propter quod supponitur quod distinctio rerum sit a causa superiori et non a virtute in [illegible] rebus inferioribus, quia in quantum virtus fiat ab aliquo operante per intellectum, tunc quod sic [illegible] vero est Averroes, a natura, qui dixit quod intellectum est principium ordinationis rerum vel [illegible]. Ergo illud quod distinguit res materie per hunc intellectum operatur. Quarto vero omne quod sic distinguitur

naturaliter duplex est voluntas: quedam est fixa et declarata et talis est in creatore. Alia est indeterminata et non fixa sed mobilis et hec est in creaturis quia voluntas est in primo declarata id est certa sicut omnia declarata sub certitudine mutanda et de hac voluntate dicitur quod omnia quecumque voluit deus fecit et cetera. — Ad secundam rationem dicendum quod in exitu rerum a primo duo sunt attendenda. Primum est productio rerum in esse. Secundum est executio ipsius operationis. Primum est a formis exemplaribus rebus. Secundum est a voluntate immediate sicut est videre in creaturis operantibus quia regula productionis rerum est a formis exemplaribus. Executio vero est a voluntate immediate. Ideo dicendum est ex supposito quod exitus rerum fit per actionem voluntariam et effectum est agens voluntarium. — Quia queritur utrum diversitas rerum sit a diversitate exemplari et sit ei in formis. Et quod sic tali ratione: agens est duplex quoddam per cognitionem quoddam per naturam. Agens per naturam non operatur per appositionem et congregationem ei quam producit dicitur. Agens per cognitionem operatur videtur extra aliquid quod habet cognitionem rei in suo similitudine. Agens non primum est agens per cognitionem intellectivam sicut prius dictum est. Ergo operatur per formas exteriores. Ergo diversitas rerum est a formis ipsius exemplaribus. — Quarta ratio. Quibusdam rebus debetur vita et cognitio. Sed in quibus est motus naturalis communis in quiete permanet etc. Est modus vita et alia debetur rationi aut spiritualibus vivunt etc. et cognoscitur. Sed cognitio duplex est: quedam est in qua representantur cognita in suo similitudine sicut in creaturis est. Aut autem in qua representantur vere res se ipsis sicut in luce ipsa omnia clares; autem hanc cognitionem habet creator cum sit lux spiritualis semper actu presens sensus unde in ipso fit representatio sibi ipsi. Ergo ubi fit representatio sue voluntatis et eorum que cadunt in sua voluntate sed in sua voluntate cadunt res fiende per suas formas exemplares. Ergo cum agat per suam voluntatem agit per formas exemplares que in voluntate sua cadunt. Ergo diversitas rerum est conformata formis exemplaribus in ipso. — Ad oppositum est hec ratio. Agens per naturam et mediante alio est insufficiens. Sed primum non recipit super se coequevum vel aliquid aliud per quod agit et est sufficientissimum. Ergo non agit per formas exemplares. Ergo diversitas rerum non est a formis exemplaribus. — Quarta ratio. Duplex est agens: quoddam extra se ipsum mittit vel descendit sicut ignis ignem generat et homo hominem. Aliud est quod non est per influentiam nec per decisionem sed per aliud extra omnino operatur sicut creator. Ergo nichil de se dando vel conformando agit sed se ipso; ergo non per ideam quam si per ipsam agens tunc per aliquid additum operaret. — Quarta ratio. A parte rerum creatarum duo requiruntur in creaturis forma. Scilicet duplex quas forma induat. In quibusdam vero agentibus est una forma sicut in agentibus per naturam. In quibusdam vero est alia sicut forme scilicet forma exterior quam habet et in anima quam intelligit fit una forma rei extra; cum igitur primum agens sit omnino nobilius non indigebit aliquo horum nec materialem formam rei per se habitam formis exterioris rei. Ergo non operatur per formas exteriores nec diversitas rei est a diversitate rerum exteriorum. — Ad hoc dicendum quod certum hec duplex est intentio. Una est quod primum in operatione sua non indiget formis exemplaribus. Nos autem aliter dicimus quod primum operatur per formas exemplares rerum sicut dicit beatus Augustinus et omnis platonica et Boethius et omnis concordantes. — Ad rationem dicendum quod agens per exemplar est duplex naturaliter: quoddam est agens quod operatur per exemplar adquisitum diversum ab ipso in scientia sua sicut anima rationalis et tale agens sine dubio insufficiens est et est productivum. Aliud est quod agit per exemplar non adquisitum sed existens in ipso ut tamen ponit diversitatem in ipso et tale agens est primum quod agit per hoc exemplar non ponit imperfectionem in ipso sed omnino dat perfectionem. — Ad secundam rationem dicendum quod medium in actione est duplex: quoddam est quod per se vel per suam actionem tendit ad productum

sicut homo generat hominem et ignis ignem. Quoddam vero est quod est regula solum productionis rei creatorum non per regulam sui transfusionem sui in parte vel in toto operatur. — Ad quartam rationem dicendum quod in omnibus rebus posterioribus requiruntur duplex principium scilicet materia et forma quia etc. sunt posteriores. Prior requiritur materia super quam operantur. Primum vero cum non sit non fit sed ex non placentia materia fiat quod vult quia non sunt res composite et non simplices ideo agunt per aliquid sui et non per totum sicut per formam. Primum vero cum sit primum non requirit iacentem materiam sed per extra quod est ipsum non divisum ab ipso et operatur per se totum cum sit simplicissimum non requirit materiam et formam sicut res create. — Tertio queritur quomodo in primo non sit multitudo vel compositio cum tamen operetur per formas exteres consimiliter in ipso et quod hic non possit esse. Ideo primum distincte operatur producendo res sub certo modo. Ergo cum operetur hanc productionem per formas exteriores necesse est multas esse formas in ipso et distinctas. Sed hec multitudo et distinctio operationem multiplicem formarum in primo et ita multitudo simpliciter ut videtur. Ergo in ipso simpliciter multitudo. — Quarta ratio. Quoddam est agens coarctatum ad unum sed ad infinita se extendit. Exemplar tale vero est primum. Ergo est infinite potentie. Ergo cum operatur per formas exteriores necesse est ipsarum esse multas et quam infinitas et cum producat res distinctas tunc est necesse res esse distinctas a distinctione exemplorum et in simpliciter multe erunt forme distincte in ipso et ita multitudo. — Ad oppositum est hec ratio. In illo quod simplicissimum per se et per actus nulla cadit multitudo. Sed primum est simplicissimum. Ergo in illo nec per se nec per actus cadit multitudo. Ergo per formas exteriores non est in ipso ponere multitudines. — Ratio hec quia videtur hic multitudo sic causa et ratio ei a parte rerum sit quod non rationis ab hiis que non sunt aliquo modo nec actu et potentia nec causatur alia nulla est diversitas in primo cum multitudo. — Quarta ratio. In actione universali posteriora non sunt causa diversitatis in prioribus sed magis econverso. Sed res omnes causate posteriores sunt quam primum. Ergo in ipso non est diversitas ab ipsis rebus. — Ad oppositum est ratio. Ut sunt sicut in creatore et creature. Sed a parte creatoris non est diversitas vel multitudo. Ergo sicut est illa erit a parte rerum vel si non est a parte rerum non erit a parte creatoris quod esse non potest. — Ad hoc dicendum quod quidam negant formas exteriores esse in primo. Alii non concedunt quod in ipso sunt forme exteriores sed forme exteriores duplex operantur vel ad creatorem et sic habent unitatem et ad res creatas et multitas et diversitas et sic per comparationem ad res sunt multe et in primo differentia ad intellectum non causa dicitur quod in primo sunt forme exteriores et hec multitudo non potest multitudinem in ipso sed omnimoda simplex cognoscit etc. omnia vere et distincte. — Ad rationem dicendum quod aliquid est in aliquo duobus modis vel secundum materiam et secundum extensionem sicut sunt in mundo et secundum hunc extensionem sunt res tote in totis et partes in partibus et alia extra toties et per eam potest de necessitate compositionem et diversitatem. Alio modo sunt res in aliquo secundum causalitatem tudines solas et hec non potest diversitatem in forte sed quid sic patebit. Quia sicut motus magnus est in oculo et tota machina mundana in anima et quanto res spiritualior tanto plurium est in spiritualibus capacior et hec est duplex quedam etc. fit per impressionem ab extra factam. Alia vero que fit per intrinsecam estimationem et cognitionem. Primo vero potest diversitatem non tamen simpliciter sed secundum quid sicut patet in intellectu possibili. Potest vero diversitatem quia quedam est recedere quedam vero receptum non autem potest compositionem quia non est sed extrinsecam in se in quam sola cadit compositio. Alia vero extrinseca rerum est in primo et non potest compositionem quia non est in esse multitudinis diversitatem quia non est primum recedere aliquid ab alio nisi extra se et per hoc solvuntur rationes. — Tertio queritur an diversitas rerum procedat

a primo quo in ab ipso existente simplicissimo possit creata multitudo procedere. Et videtur quod non tali ratione. Dicit Algazel in physica sua quod ab uno simplici non procedit nisi unum quia unum inquantum unum producit unum. Sed creator unus est et simplex. Ergo ab ipso non procedit nisi unum. — Quarta ratio. Idem eodem modo se habens non est natum nisi facere unum et idem. Sed creator manet unus et idem. Unum et idem producet. Ergo non multa. — Ad oppositum. Omne agens infinite potentie infinita potest producere extra nullo iacente et nullo cooperante. Sed primum est huius. Ergo potest infinita producere. Ergo ab ipso potest multitudo esse. — Ad hoc dicendum quod primum est per primum producens multas res et quasi infinitas. Dicimus etc. quod primum est per se et infinite potentie nec dependet a materia nec ab aliquo et est sapiens et est bonum. Ergo quod primum est extra nullo producat omnia quia nichil est ei coequum vel prius ipso quia infinite potentie est. Ideo multa potest producere. Nam res quarum potentia sunt coarctate unum producunt. Quia vero sapiens est ideo secundum ordinem potentatis et potestatis in quadam equalitate producit ut sic appareat ordo in rebus et ordinata pulcritudo et sapientie sue dispositio. Quia vero bonum ideo omnes res bonas valde ut ordine suo produxit. — Ad rationem dicendum quod agens est duplex voluntarium et naturale. Primum agens quod est voluntarium et non naturale ideo multa potest producere in esse sicut dictum est. Nos autem dicimus quod duplex est agens: quoddam est finite potentie et unum producit et de tali loquitur Algazel vel narratur. Aliud est infinite potentie et potest multa producere et sic primum. — Ad secundam rationem dicendum quod quoddam est agens in ratione materie et talem variatur ad variationem rerum quas producit sicut celum in productione rerum diversarum de necessitate variatur. Aliud est quod non est annexum materie sicut primum et non variatur ad variationem rerum quas producit. — Quarto queritur utrum ex se ipso hanc multiplicitatem rerum habeat quas producat etc. vel ex aliquo vel ab aliquo. Sed nichil preiacet rebus nisi ipsum. Ergo ex se ipso res producat. Ergo ex se producit multitudinem rerum vel ex aliquo sui. — Ad oppositum est hec ratio. Primum est hoc spiritualis absque decisione multiplicatur. Corporalis vero si multiplicatur per decisionem multiplicatur sicut patet in generantibus per propagationem. Sed primum si se multiplicaret totum et non secundum partes transfundit vel dat et sic non accidit multitudo vel diversitas quia totum dat se totum et totum est quod recipit. Ergo sicut unitas replicata non facit nisi unitatem similem nisi hec transfusio faciet multitudinem sed semper esset unum; secundum res producte multe sunt ut videmus. Ergo per suum ipsius multiplicationem facit primum res sed per aliquid aliud modum. Ergo hec multitudo non est ex se ipso. — Ad hoc dicendum quod res dupliciter producuntur a creatore ab eo sicut multitudine et non est diversitas ex ipso sicut multitudine. — Ad rationem dicendum quod multiplex est productio: quedam per emissionem unius sic in alterum sicut [gap] alia est per degressionem sicut pater descendit in filium ex se. Tertia est per influentiam calorem ut sol producit lumen et alie stelle. Quarta vero secundum quam per me quia fit per productionem rei ex se in esse dando ei quod non erat esse faciendo ut de non ente ens. Et per hunc producitur greditur donum a datore et hec productio rerum est in primo. Unde rabbi Moyses: egressa est inquit creatura a creatore nunc sicut lumen a sole sed sicut donum a datore producitur. Est ergo primum res sicut dator donum non ex preiacente materia sed ex nichilo quia antea penitus ex per hunc ergo productionem produxit res. Alia vero est productio in primo quam est transfusio sui totius in se totum et hec est generatio filii a patre quam generationem difficile est digne perscrutari. — Circa quartum sic proceditur quibus aliud debetur

sanguis et quibusdam non. Et videtur quod omnibus debeatur ratione talium: illud per quod stat vita in aliis omnibus animalibus debetur, sed sanguis est huiusmodi per quem ergo sanguis debetur cuilibet animali. — Item vita stat per calidum et humidum, sed sanguis inter omnes partes nutrimenti est calidus et humidus, ergo omni viventi animali est necessarius. — Ad oppositum est quod dicit auctor plane et videmus manifeste quod quaedam animalia carent sanguine. — Ad hoc dicendum quod quaedam animalia habent sanguinem et quaedam non. — Ad rationem primam dicendum quod sicut in quibusdam animalibus est verus sanguis in quo stat vita eorum, in aliis est quiddam proportionale vice et est loco sanguinis. — Ad secundam rationem dicendum quod calidum et humidum est duplex, sicut sanguis quidam est calidus et humidus, sic humiditas in carentibus sanguine proportionaliter viventium.

— Quaeritur quibus animalibus debeatur sanguis per se, et videtur per rationem in contrarium, quia in quodam loco dicitur quod animal habens cor habet sanguinem, in alio vero dicit quod sanguis est propter epar. — Ad hoc dicendum quod prima radix sanguinis est cor, et quia quaedam habent cor calidum ideo habent digestionem nutrimenti, et quia sanguis est magis digestum de nutrimento ideo talia animalia sufficiunt ad generationem. Sunt autem alia animalia quorum est cor remissum in calore et talia sanguinem non habent. — Ad auctoritatem auctoris dicendum quod sanguis debetur alicui dupliciter: uno modo quantum ad intensionem caloris per quem generatur sanguis, et sic debetur animalibus habentibus calidum cor; alio modo debetur alicui propter officium generationis, et sic debetur sanguis epati. — Secundo quaeritur, et videtur quod in aliquibus sit distinctio aliquorum humorum sicut in homine, et videtur quod sic ratione talis: actio caloris in habentibus sanguinem super materiam nutrimentalem, sicut et in non habentibus sanguinem producat calor illos humores; ergo generaliter faciet sic in non habentibus sanguinem, ita quod generabit generationes humorum proportionales producent. — Ad oppositum sunt rationes, quia talis ubi non est fortis actio caloris segregantis generationes ubi ex massa nutrimenti non est productio et separatio, sed in carentibus sanguine est magna debilitas caloris; ergo non est in eis segregatio humorum generatio separata.

— Item ratio generationis huius generationis humorum in habentibus sanguinem est propter diversitatem membrorum, sed quaedam carentia sanguine sicut vermes et chylilia et huiusmodi alia habent membra in situ uniformia; ergo in eis non fit generatio humorum generatio separata. — Ad hoc dicendum quod segregatio humorum generatio non est in quibus animalibus nec ad proportionale ad eius, sicut in vermibus et chylilibus, et causa est debilitas caloris in eis et uniformitas. Per hoc solvuntur rationes quia non fit segregatio nisi a calore forti sicut in habentibus sanguinem.

— Tertio sic procedit, quaeritur utrum quaelibet animal carens sanguine sit frigidum, et videtur quod sic ratione talis: dicit philosophus quod membra sanguinea sunt calida, carentia vero sanguine sunt frigida; sed sicut est de toto et de partibus, ergo totum animal carens sanguine est frigidum, sicut habens sanguinem est calidum. — Item ab influentia caloris a corde et epate procedit calor digerens sanguinem, sed alia carentia sanguine habent cor frigidum sicut et epar; ergo sicut habentia sanguinem sunt calida, sic carentia sanguine videntur esse frigida. — Item animalia quae in temporibus generantur et inveniuntur frigidis moriuntur, sunt frigida, sed alia animalia corporis sunt huiusmodi; ergo alia carentia sanguine sunt frigida. — Ad oppositum est hoc ratione quae est mutatio corporis humani ad caliditatem excellentem sunt calida, et quaedam carentia sanguine sunt huiusmodi, sicut formicae et cantharides et cicade et apes; ergo aliqua animalia carentia sanguine sunt calida. Ratione huius quod fit cum hoc alia sunt

de generatione probata et media quae videntur per eandem complexionem conservant generationem vitalem aut producta. — Ad hoc dicendum quod omnia animalia carentia sanguine sunt frigida.

— Ad rationem dicendum quod in quibusdam est duplex complexio, una scilicet in omnibus considerata a medicorum philosophia quaedam rationes complexio per quam disponuntur ad vitam, sicut calida et humida, et hanc considerat physicus. Sed haec consideratio duplex est: quaedam per absolutionem calida et humida in genere, sicut in carentibus sanguine; sed praeter hanc complexionem est alia per quam ordinantur ad corpus humanum, secundum quod in respectu comparatione eius et mutationem considerat medicus, et dicitur quia quaedam est calida sicut formico et alius dicit quaedam est frigida sicut in aliis multis sicut in ostrea et aliis. — Ad rationem dicendum quod duplex est complexio in huius animalibus: una est prima, scilicet illa quam considerat medicus et reducitur ad actum per calorem nostri corporis; alia vero reducitur ad actum sicut illa quae disponuntur ad vitam.

— Quarto sic procedit, quaeritur per quam necessariam actionem insunt ossa, sepion et spinae partibus animalibus. — Ad hoc dicendum quod in quibusdam animalibus sunt membra mollia per materiam et indigent aliquo membro firmo sustentante alia et ligante, huiusmodi autem membra sunt, scilicet ossa, sepion et spina, et est ossa in chylilibus. — Quinto quaeritur propter quid in quibusdam carentibus sanguine sit testa dura et sepies vel ut in sepio partes molles exterius sunt. In quibusdam vero eius sicut in cancro est ut fluminum. — Ad hoc dicendum quod hae partes in carentibus sanguine duo operantur: sustentationem et defensionem ut est continentiam in habentibus. Ergo carnem duram sufficientem per se ad defensionem, sicut in sepio est testa dura vel caro mollis exterius, testa vero sustentat carnem. In quibusdam vero animalibus sunt carnes molles valde et fundae et indigent defensione contra illa et carnes sunt intra, testa vero extra, sicut in cancro et locustis, et haec ad praesens sufficiunt.

Disputatio de distinctione sensuum (?)

In hoc capitulo agit auctor de membris deservientibus sensui, dividitur autem haec pars in duas. In quarum prima agit de distinctione membrorum sensibilium. In secunda ibi et manifestum quod modi pisces, ostendit quod organa sensuum in quibusdam animalibus sunt occulta. Prima pars dividitur in duas. In quarum prima assignat distinctionem sensuum et organorum. In secunda ibi debemus ergo scire, agit de diversitate organorum secundum perfectionem virtutis eorum et imperfectionem. Secunda vero pars dividitur in duas. In quarum prima dicit quibus animalibus insunt organa, scilicet sensuum, et quibus non. In secunda ibi debemus scire quod a cerebro oriuntur duae viae, agit de viis mediis per quas virtutes sensibiles tenduntur ad organa, et haec est divisio partis et sunt tres partes in praesenti lectione. — Circa partem istam quaestiones sunt inquirenda: primo de origine prima virtutum sensibilium; secundo est de virtute sensibili innata et insita cuilibet membro a sua creatione; tertio est de influentia virtutum a membris spiritualibus et de mediis quae influunt; quarto est de sensibus et organis, scilicet sensuum. — Circa primum sic procedit: et videtur quod virtutes sensibiles habeant ortum primum a corde vel a cerebro, et videtur quod a corde ratione talis: dicit Aristoteles in hoc libro quod anima, et in secundo de anima, anima cum sit actiua requirit unum membrum primum a quo primo dependeat et cui immediate adhaereat, et haec est cor ut testatur, et ideo anima primo cordi unitur; sed omnes virtutes uniuntur ab anima, ergo ab illo membro oriuntur; cum anima primo et immediate adhaereat animae hoc autem est cor; ergo oriuntur a corde. — Praeterea sicut dicit Alveredus in libro de motu cordis primus actus quo elevatur ab anima est vita. Alii vero actus consequentes sunt et primo a sua anima procedit. — Item

vero a virtutibus sed anima substantiam primo cordi inhaeret et sic virtutem ergo actus primus et suus maxime ab illo membro primo originaliter procedunt. Sed sensus est de suis actibus, ergo maxime ortum habet a corde. Unde dicit auctor libri de motu cordis dominium vitae est cor et habitator eius est qui vivificat. — Secundo ratione dicit Ioannitius (?) in libro de differentia spiritus et animae: est medium uniendi animam cum corpore et sic anima unitur per spiritum sicut et virtutes animae per spiritum firmantur ad omnia membra. Unde auctor: spiritus sunt latores virtutum ab illo ergo membro a quo primo oriuntur spiritus ab illo primo oriuntur virtutes et maxime virtutes sensibiles; quia huiusmodi sunt spiritus latores, ergo virtutes sensibiles a corde tanquam a radice primo oriuntur. — Tertio ratione dicit philosophus in libro de anima quod sine carne non est sentire, sed calor per quem omnes operationes animae celebrantur a corde, quia ab anima procedunt; ergo sicut virtutes sensibiles ab eodem procedunt tanquam a prima radice. — Quarto ratione ab illo membro est prima origo virtutum sensibilium a quo est prima origo vitae, sed est huiusmodi, ergo a corde tanquam a prima radice procedunt omnes virtutes sensibiles. — Ad oppositum est auctoritas omnium medicorum ponentium quattuor radices in corpore, primam virtutum vitalium in corde, secundam virtutum sensibilium in cerebro, tertiam naturalium in epate, quartam generatorum in testiculis. Et haec est hac ratione: illud membrum est radix, scilicet radix virtutum sensibilium, a quo sicut a cerebro oriuntur et media per quae fluunt ad singula membra, sed cerebrum est huiusmodi quia et cerebrum ponuntur organa, scilicet sensuum, ab ipso oriuntur nervi sicut huiusmodi et partes; ergo a cerebro est prima origo virtutum sensibilium. — Item virtutum sensibilium quaedam sunt particulares, quaedam generales: primae quidem sunt sicut communes ymaginatio et aestimatio; priores vero sunt, scilicet sensus particulares, sed priores oriuntur ab illo membro in quo sitae sunt particulares, sed haec sitae sunt in cerebro; ergo virtutes particulares oriuntur a cerebro. — Tertio ratione ab illo membro oriuntur virtutes sensibiles quo sublato tolluntur et corrumpuntur, sed cerebrum est huiusmodi; ergo a cerebro ortum habent. — Ad hoc dicendum quod circa hoc duplex est intentio: una est medicorum, scilicet quod prima origo virtutum sensibilium est a cerebro; alia vero physicorum, quod scilicet omnes virtutes sensibiles ortum primum habent a corde, et de hac opinione dicit Avicenna quod opinio philosophi dividetur verior re perfecta. Nos autem ad praesens opinionem philosophorum consentimus et dicimus quod prima origo virtutum sensibilium est a corde. — Ad rationem primam dicendum quod radix virtutum sensibilium est duplex: prima est quantum ad primam originem et haec est in corde, quia cor est radix prima omnium virtutum sensibilium; secunda vero radix est operationum specierum virtutum, scilicet in quo sic operantur, et haec in cerebro est radix omnium virtutum sensibilium et huiusmodi radicem et originem quae non considerat solum operationes virtutum et per hoc solvuntur. — Quarta ratio: planum dicunt quod sensus oriuntur a corde prima origine, quia a virtutibus animae oriuntur. Quia per cordi indigent distinctionem organorum et operationem habent a cerebro et illa virtus quia defuerit operationem virtutum, ideo a cerebro ducunt originem secundum vero primum ortum ducunt a corde. Tamen propter variationem variantur, quia in cerebro fit aliis propter operationem aliis virtutibus. — Ad secundam rationem dicendum quod virtutes interiores particulares dupliciter considerantur: uno modo quantum ad primam originem et sic a corde procedunt; secundo modo quantum ad operationem et sic a cerebro oriuntur. — Ad quartam rationem dicendum quod laesio in virtute ipsa non fit secundum medicos sed in operationibus. Unde medici considerant operationes virtutibus; laesis aliquibus ponunt antidota ad caput propter cerebrum et non ad cor, et non dicatur aliquis quod medicus credere debet quod operationes sunt in cerebro. — Circa secundum sic procedit: quaeritur utrum in omnibus membris sit

virtus sensibilis insita et innata a sua prima creatione in quod nec a corde nec a cerebro fluat virtus per quam regantur vel non, et videtur quod sic ratione talis: ratione anima altana generat primum vitae, et in corde per suam praesentiam dat vitam; ergo per praesentiam animae sensibilis datur vita in generatione sensibilium. Ergo quaelibet pars corporis animalis per praesentiam animae, scilicet in omni parte in qua est vita sensibilis per praesentiam in eodem est virtus animae sensibilis. Ergo in qualibet parte est virtus sensibilis animae. Sed per virtutem existentem in membro regitur membrum servitium cuiuslibet membri habet virtutem sensibilem per quam regitur, sed talis est virtus innata; ergo in unoquoque membro aliis est virtus sensibilis animae insita. — Item ratio animae est de virtutibus animae et complexionis et spiritu et calore illi et virtute animae, sed in quolibet membro est virtus emanans ab anima sensibili sita in eodem. — Tertio ratione animae formatio cordis et epatis et aliorum sentitur fetus et regitur vita sensibili, ut dicit philosophus, scilicet tangitur acu, sentitur et fugit. Huiusmodi ergo virtutem sensibilem non habet a cerebro, quia cerebrum non dum formatum est; ergo eadem virtus qua regitur est in toto, ita quod in partibus singulis est virtus innata in singulis partibus, quia non dum minus habent partes sensibiles post formationem organorum quam ante. — Quarto ratio per praesentiam animae in corpore omnes partes colliguntur et continuantur, per absentiam vero dissolvuntur, unde dicit Aristoteles in libro de anima recedente anima marcescere corpus et corrumpi videmus; et quia factam in passione in aliquo membro stare sentire animam quam aliquo modo possit influere virtutem a cerebro; ergo necesse est aliquam virtutem esse insitam in quolibet membro innatam et nocentia discernat. — Ad oppositum est hoc ratione: nulla virtus quae aliunde per propria media vel viam fluat ad membrum est insita vel innata alicui membro, sed talis virtus est huiusmodi; ergo non est fixa in aliquo membro. — Item omnis quae cessante sua origine cessat et influere et non insita, sed virtus sensibilis est huiusmodi, sicut patet in epilepsia et apoplexia; ergo non est insita sed influens. — Ad hoc dicendum quod circa hoc duplex est intentio: prima quod virtus sensibilis sit fixa in corde et ab ipso fluat ad cerebrum et ab ipso omnia membra, sed quod non sit fixa in singulis membris. Secunda intentio est eorum qui consentiunt quod ab anima sensibili emanat virtus sensibilis insita cuilibet membro quae omnia regit et continet. — Ad rationem primam dicendum quod virtus sensibilis duplex est: quaedam est sensibilis innata manens in quolibet membro, et quaedam influens operans per venas et spiritus. — Ad secundam rationem dicendum quod virtus deficit in operatione dupliciter: uno modo quia non est fixa in membro in quo operatur, sed alio modo quia licet sit fixa in membro aliquo tamen per se non sufficit ad operationem sine influentia ad ipsum, et hoc ultimo modo est sensibilis virtus alicui insita membro et propter hoc cessante prima influentia deficit operatio vero prima, quia non sit fixa, sed quia per se non sufficit sicut patet in calore et spiritu et huiusmodi in motoribus mundi. — Quarto quaeritur utrum haec virtus emanet ab anima ipsa per praesentiam aut per virtutem et videtur quod per praesentiam ratione talis: haec virtus aut est per praesentiam in singulis membris aut per influentiam, sed si per influentiam si hoc modo tunc esset influens et non innata et hoc est contra praedicta; ergo virtus est a praesentia animae. — Ad oppositum est hoc quod dicit Avicenna et Aristoteles: anima uni membro primo adhaeret, scilicet cordi; ergo in corde est per essentiam et in aliis per virtutis influentiam. — Ad rationem dicendum quod in hac quaestione dubitat Avicenna, nos autem dicimus quod haec virtus est in singulis membris per praesentiam animae et non per influentiam. — Ad rationem dicendum quod anima duobus modis consideratur: uno modo secundum quod est principium vitae, alio modo secundum quod est principium operationum, et in qualibet parte corporis quia medium per quod vivit corpus est in qualibet parte sicut caliditas complexionis et spiritus. Secundo modo requirit unum membrum primum et per influentiam virtutum est origo aliorum membrorum. — Tertio quaeritur per quod medium operatur haec virtus in quolibet membro.

et quod necesse sit habere medium et quod hoc sit spiritus. Pro totali id est medium uniens substantiam anime et virtutem eius per spiritum unitur substantia anime corpori et per id unitur corpori in quolibet membro et spiritus est per ipsum tangit per medium operatur virtus insita membro. — Ad 4m dicendum. anima non unitur corpori nisi per istam mediam viam propter quod virtutes anime non operantur nisi per aliam istam quia sicut vita debet manare a corde sic in corde debet congregari anime vita illi. hoc est spiritus. cum virtus anime sit in quolibet necesse est spiritum esse in quolibet et per ipsum virtus animalis membro operatur. — Ad oppositum 5m dicendum. nullum membrum quod habet ortum ab aliquo membro principali movet aliud membrum. sed spiritus est huiusmodi quia ortum habet a corde ergo spiritus non est in qualibet parte. — Item vero spiritus generatur a calore naturali et subtilissima parte nutrimenti. sed in corde est radix caloris ergo in ipso generatur spiritus ergo non est insitus unicuique membro. — Ad hoc dicendum quod quidam posuerunt quod non est spiritus insitus aliis membris. sed nos dicimus quod spiritus sunt innati aliis membris per quos virtus innata membris sensibilis operatur licet hoc sit contra unam opinionem medicorum. — Ad 7m dicendum quod duplex est spiritus. unus est radicalis sicut in singulis membris. alius est fluens a corde et iste sustentat et confortat primum. — Et 3m sic proceditur. quia (?) virtutes [illegible] ut in sua effectiva indigeant medio per quod feruntur ad organa et videtur quod sic. virtus tactiva (?) omnis virtus operans per medium corporale fluens ab origine sua principali ad actum indiget medio per quod fluat. sed omnis virtus principalis est huiusmodi ergo indiget aliquo medio. — Ad oppositum est hoc. nulla virtus spiritualis in sua operatione indiget medio corporali ut aere medio. ergo cum virtus sensitiva sit magis sensibilis spiritualis et magis completa nullo medio indigebit.

— Ad hoc dicendum quod virtutes iste sensibiles indigent medio sicut tangit auctor in littera. — Ad obiectum dicendum quod quedam est virtus spiritualis libera a medio et organo corporali sicut virtus intellectiva. Alia vero in sensu et hec operatur per medium corporale vehiculo (?) et cetera quia non est libera ab organo corporali. — Queritur quo vero habet medium sit nervus magis quam aliquid aliud. — Ad hoc dicendum quod hoc medium est nervus et sic virtus sensitiva operatur per nervum propter puritatem et claritatem in cerebro sicut per nervum continuum fertur sicut per nervum primum et in passionum receptum. — 2° queritur quo differunt desinunt nervi virtutis animalis et spiritus. nam sicut dicit Avicenna spiritus sunt latores virtutum et nervi deferunt eas. — Ad hoc dicendum quod medium est duplex. unum est sustinens. aliud est medium uniens virtutem. primum est nervus. secundum est spiritus. quia sicut virtus est spiritualis sic et medium uniens et deferens est spirituale quantum possibile est in genere corporum. medium vero sustinens est durum corporale sicut nervus. — 3° queritur cum sit organum reddens et recipiens in sensibus [illegible] sensibus quid [illegible] unum in omnibus organis recipientes [illegible] diversum. — Ad hoc dicendum quod virtutes duplex consideratur. uno modo quantum ad originem suam et sic sunt quasi una continua. alio modo quantum ad operationem. primo modo desinunt nervi virtutibus in quantum sunt quasi unum et non sunt quasi unum [illegible] organa reddentia sunt unum. alio modo desinunt organa exteriora [illegible] sensuum virtutibus et quia virtutes in operatione sua diversitatem capiunt obiecta et ad [illegible] organum et obiecti non necesse fuit organa recipientia esse diversa. — Queritur quo idem nervi desinunt motum et sensum [illegible] differens (?). — Ad hoc dicendum quod habent virtutem [illegible] et flexibilem. per primam desinunt sensum. per secundam motum. — Et 4m sic proceditur et supposito quod virtus tangendi sit diffusa per totum corpus

sicut vult Avicenna et sic auctor machine corporis. queritur in quantum veritatis sit medium in tactu. et videtur quod sic. virtus tactiva tactus indiget medio intrinseco ergo medium in tactu debet esse intrinsecum corpori et non esse prius (?) [illegible] sed de proprietate medii est ut intercadat inter organum et obiectum. sed cutis est huiusmodi quia totum et adheret corpori et est media inter obiecta sensuum et tactus ergo cutis est medium in tactu. — Ad oppositum est hoc. nichil super quod sensibile appositum statim sentitur non est magis medium quam organum. sed cutis est huiusmodi sicut vult philosophus in 2° de anima ergo non est magis medium quam organum in quo virtus sita operatur. sed cutis est huiusmodi secundum Avicennam quia quod maxime sentit est cutis et maxime in volis manuum et propter simplicitatem (?) indicat et dicit Avicenna in 2° de anima quod virtus tactiva est virtus diffusa et expansa in cuius (?) superficie cutis ergo cutis est organum et non medium. — 3° vero non est medium quo remoto adhuc fit sensus per appositionem sensibilis super residuum. sed cutis est huiusmodi ergo cutis non est medium in tactu cum medium in tactu sit intrinsecum. — Item vero sicut se habent panniculi in membris interioribus sic et cutis in exterioribus. sed panniculi non sunt medium tangendi interius sed potius organum secundum medicos ergo cutis non est medium. — Ad hoc dicendum quod medium in tactu non est cutis sed quoddam quod nomine communi dicitur caro et hoc intra corpus quia in tactu id est medium et organum sicut dicit Avicenna et fortius [illegible] in aliis sensibus. — Ad obiectum dicendum quod recipiens immutationem ab aliquo obiecto est duplicis generis. quoddam est quod est extra corpus ut aer sicut aer et aqua et hec sunt ut media tantum quod non organa. aliud est quod recipit obiectum et simul cum hoc habet virtutem iudicandi sicut medium in tactu [illegible] est cutis et hoc non est medium [illegible] habet medium et organum. [illegible] queritur quo differunt [illegible] desinunt caro tactum et cutis. dicendum quod in carne duo sunt unum [illegible] quod mixtum est ad equalitatem et per hoc recipit impressiones tangibiles quia sic est medium. — Aliud est in ea per quod [illegible] [illegible] organum [illegible] tangibilium [illegible] medium [illegible] organum recipiens [illegible] tangibilium sine [illegible]. — [illegible] tactus [illegible] in membris principalibus sicut in cerebro et corde sic tactus [illegible] In quolibet sensu triplex requiritur organum. primum mandans. 2m reddens. 3m recipiens. [illegible] non est reddens non est [illegible] et in quibus non est nervus non est sensus [illegible] in principalibus sicut in cerebro et corde ergo in ipsis non est [illegible]. — In [illegible] ordine cessante primo cessant posteriora [illegible] virtus sensitiva fluit ab uno membro ad aliud per ordinem et per medium ergo [illegible] non est medium non est [illegible] sed in corde et aliis non est medium sicut nec nervus in ipsis. — Ad oppositum est quod dicit Avicenna quod in corde et in aliis quibusdam non est nervus et tamen est in eis [illegible] tactus. Hoc etiam sic probatur. sicut dicit Avicenna [illegible] tactus diffusus per totum corpus ut dicit auctor machine corporis ergo cum principalia membra sint partes necesse est ut in eis sit [illegible] tactus. Si aliquis dicat quod sentiunt per panniculum hoc nichil est quia panniculus in superficie sola est et non profundo. nunc autem remoto panniculo vel tela manente [illegible] adhuc fieret [illegible]. — Ad hoc dicendum quod in membris originalibus [illegible] tactus absque nervo secundum Avicennam quia [illegible] tactus est in eis sicut in sua origine. ideo sine medio operatur. operatur sicut in cerebro et corde quia medium. ad hoc est me-

dium ut virtus defundatur ab uno membro ad aliud et sic sibi [illegible] ministret. virtus ergo existens in sua origine non indiget medio. — Et dicendum ad rationem quod [illegible] tactus est in aliquibus duplex. uno modo sicut in sua origine et sic non indiget medio deferente per quod recipiat et sit in cerebro corde et reparate (?) [illegible]. alio modo in aliis extra propriam originem sicut est in carne et in aliis. et in talibus sunt [illegible] necessaria ad tactum [illegible] mandans sicut origo [illegible] sicut est cerebrum vel cor et reddens sicut nervus et recipiens sicut organum tactus ut ad mixtum ad equalitatem sicut prius dictum est. et hoc ultimum sicut [illegible] per quam recipit virtus machina et est per totum corpus. sed tamen nervus immediate attingit mediante quod operatur. sed non sic est in carne ibi fit per irradiationem et quandam diffusionem. nam spiritus aliis radiando procedit secundum Avicennam et ista virtus [illegible] irradiationem per nervum et [illegible] nervus non attingit ultra [illegible] aliquantulum in omni parte irradiat et sic fit [illegible] tactus per totum corpus.

vox [illegible]

Postquam declaratum est de subiectis deservientibus sensui. In hac parte determinat de diversitate organorum formancium vocem in diversis animalibus. dividitur autem hec pars in duas. In quarum prima determinat de voluntate et [illegible] ipsius ostendit quibus animalibus insit et quibus non. In secunda ibi vox autem est signum determinat de voce et [illegible] ipsius penes condiciones aliorum. prima vero pars dividitur in duas. In quarum prima determinat de [illegible] vocis et diversitate eius a sono. In secunda ibi strepidus aliis determinat quibus animalibus debetur vox et quibus non. secunda vero pars dividitur in duas. In quarum prima determinat de [illegible] aliorum quibus non inest vox propria sed aliquis sonus. In secunda ibi Aliis vero vocem habentibus determinat de [illegible] aliorum in quibus est organum proprium manet indivisa. secunda dividitur in duas. In quarum prima determinat de aliis in quibus apparet vox absoluta. In secunda ibi Alia vero generans et habens pedes determinat de [illegible] aliorum quibus apparet loquela ut sermo. Hec est divisio huius partis et sunt in presenti capitulo preter (?) [illegible] sicut patet. — Et circa istam sunt [illegible] inquirenda. primum est de generatione soni. 2m est de generatione vocis. 3m est de voce significativa et de [illegible] signis (?). 4m est de diversitate in aliis animalibus sicut patet in auribus (?) talibus. — Et primum sic proceditur quia videtur quod ad generationem soni requiratur aer necessario [illegible] solum ad immutationem quam facit in auditu. sed quod ad soni generationem non requiratur aer necessario probo talis. sicut testatur Aristoteles et Avicenna in 2° de anima non quelibet corpora sonum reddunt sed corpora dura superficie plana habentia talia ut corpora sibi invicem resistunt. ad generationem vero soni requiritur corporis [illegible] subtile frangibile [illegible] cedens. sed aer est talis corporis tenue subtile non resistens ergo aer ad primam generationem non requiritur sed ad eius generationem in auditu fit necessarius. [illegible] est hoc in lana et pilis que grossiora sunt quam aer et tamen sonum non faciunt. — Item vero. In quolibet obiecto sensibili est duplex generatio utraque ex principalibus [illegible] egreditur et in ipsis fundatur. alia est per quam sensum immutat et se generat in organo sensus sicut videmus in colore quia eius generatio est una per quam [illegible] ex sua [illegible] alia vero per quam [illegible] sed aliud est sonum secundum generationem et per [illegible] quia sonum per generationem in sono est aer ergo sonus habet [illegible] ad aere absque ab aere ipso [illegible] ergo si aer operatur ad generationem soni hoc est ad secundam generationem non ad primam ergo ad primam non est necessarius. — 3° vero. In quocumque generatur resultat aliqua impressio ex concursu duorum et quocumque fiat ex concursu unum tamen non est medium. sed ita est in sono ergo sufficiunt duo prima concurrentia se adinvicem ad soni generationem. non aer est necessarius ut videtur maxime patet sic quia in solidis resultat ex concursu solidi corporis cum aere sicut in percussione [illegible]

in aere ideo fit sonus si aer necessario concurreret. necessarium est corporis solidi ex concursu ergo solidorum corporum multo fortior generatur sonus preter aerem et ita aer non est necessarius. — Item vero in profundo aque generatur sonus ex collisione corporum adinvicem et tamen aer non est ibi ergo sonus non requirit necessario aerem ad suam generationem.

— Item vero. alia aquatica audiunt per aliquem sonum medium et non per aerem. ambulantia per aerem. sonus ergo generatur in aqua et in aere sed omnis impressio que generatur ex concursu duorum quorum 3° preter quam non potest fieri sine illo [illegible] sed sonus est huiusmodi ergo aer ad primam generationem soni non est necessarius. — 5° vero. dicit Avicenna quod ad sonum due motiones generantur. prima duorum corporum collidentium se. 2a est fractio aeris et interceptio (?) secundum quam generatio fit aer dein[illegible] quelibet illarum prima et omnis talis impressio duplicem habet impressionem generationem. unam per collisionem solidorum corporum adinvicem et aliam per collisionem aeris et prima est generatio prior et quia est prius per unum non est medium ad generationem prioris ergo aer vel eius collisio non est necessarius ad primam sui generationem. — 6° vero omnia dura corpora collidentia se adinvicem effectum aliquem proprium absque interceptione corporis medii producunt qui effectus consistit in collisione et agitatione. sed corpora sonantia sunt huiusmodi ergo absque medio intercepto effectum suum producunt. sed huiusmodi effectus est sonus ergo absque medio producitur sonus ergo aer non operatur ad productionem huiusmodi effectus. omnis autem impressio facta alio deserviente per collisionem indiget medio deferente. sonus est huiusmodi ergo post primam generationem indiget medio deferente. ad primam ergo generationem indiget collisione corporum. ad delationem vero indiget aere. ergo aer ad primam soni generationem non requiritur.

— Ad oppositum est hoc. ad generationem soni tria requiruntur percutiens et percussum sicut duo solida corpora. aer vero in quo est necessarius ad generationem soni. — Item vero. sicut est de sono et voce secundum quod dicit Aristoteles quod ad vocem tria requiruntur verberans verberatum et ad quod verberans est pulmo verberatum aer ad quod vero trachea arteria ad vocem ergo requiritur aer. sic ad soni generationem requiritur aer. — 3° vero omnis impressio que resultat ex concurrentia corporum duorum solidorum tamen [illegible] indiget tribus organis. sed unum est aer. sonus ergo indiget aere ad suam generationem. — Ad hoc dicendum quod aer est necessarius ad generationem primam soni etiam dum tamen quod primo sit sonus generatus ex collisione duorum corporum non existente aere non tamen audiet formare quia sicut non est differens dicentum et hoc dicit Aristoteles quod aer operatur ad primam soni generationem. — Ad primam rationem dicendum quod generatur corporum quoddam est quod operatur in sono ad eius generationem et hoc generatur corporum dicitur esse primum durum. aliud est quod operatur ad eius delationem a quo fit eius resultatio et tale dicitur esse frangibile molle et humidum Aristoteles de primo generato non de secundo. — Ad 2am rationem dicendum in quolibet obiectorum est duplex generatio prima et secunda prima secundum quam corpora alterantur secunda est secundum quam sensum immutat prima est ex qualitatibus tangibilibus. secunda generatio soni requirit aerem medium quia est actu tangibile quia mixta requiruntur [illegible] et id est subiectum et medium agitationem et quod sit primum generaciva (?). — Ad 3am rationem dicendum quod quando duo corpora sonantia colliduntur adinvicem et hoc sic verum sit solidum vel unum solidum et aliud non. unum optinet locum duorum. unum locum passivi et retinet suam passionem sicut aer generatus ad eum solidi corporis colliditur et propter hoc aer est sonum in quo resultat impressio et passione in duris vero [illegible]. — Ad 4am rationem dicendum quod sicut in sono generato in aere exteriori est medium recipiens impressionem similiter generatur in aere sonus ex

collisione duorum corporum et sic medium est sonum in aqua sicut aer sed
non sicut in aere. — Ad 2m dicendum quod cum duplex sit motus in generatio-
ne soni motus corporum colligancium se et motus aeris intercepti
motus primus non est causa per se generationis soni sed dispositio eius ad comple-
mentum, secundus vero motus soni complet generationem. — Ad 3m dicendum
quod effectus proveniens ex cognatione corporum est duplex. unum qui
non dependet sicut calor qui ex generatione generatur. est aliud
dependens alio et non est accidentalis. primum est hic sonus et ideo non
resultat quamvis ad eius generationem ex interpositione cuius
scilicet aeris. — Ad quartum ... ex motu corporum superiorum generaretur
sonus et tunc quod non ideo talia corpora sonum generancia sunt dura
compacta sibi invicem resistencia. sed in corporibus supercelesti-
bus est vera spiritualitas et spiritualitas ad prestandum impressionem soni
fit ... ergo in eis non fit impressio que sonus vocatur.
Ad 4m dicendum quod ad generationem soni requiritur percussio et repercussio et
quod in medio recipiatur. sed in corporibus superioribus non intercipitur
aliquid ut aer vel hic ergo eorum generatione non accidit
sonus. — 3m dicendum quod illa corpora perficiunt sonum quorum impressio
non penetratur ad profundum mutua penetratione sed in manet
in superficie ut patet in hiis que faciunt sonum quando lana non
sonat ut patet et quando plana corpora colliduntur apparet in superficie
percussio sed talia corpora faciunt sonum que non penetrantur ...
dum est sed corpora superiora sunt superficie continua et penetrant
lumen. unum lumen ergo sonus ex contractu eorum non resultat
signum huius quod videns radium celestem applicare ad la-
pidem et non resultat sonus. ergo si unum corpus alii applicetur
non resultabit sonus et quando duo lumina concurrunt penetrant
se et fit unum lumen ut duarum candelarum et hic non habent
superficies resistentes sibi ergo non faciunt sonum. — 3m dicendum quod
omne corpus ex cuius applicacione sui ad diversa corpora quia si
movetur aliquod corpus sine applicacione non sonat. sed corpus
celeste volvitur maxime iuxta centrum. sed autem non est alterius
nisi a se. eo corpore moto circa centrum et movetur in centrum
et centrum non est cum eo quod sonus non accidit ex collisione eius.
— Ad oppositum est autem pictagoras et boecius qui dicunt quod ex collisione
corporum supercelestium resultat sonus et tractus quod obviet sensui
auditus. — Ad hoc dicendum quod non fit sonus ex collisione corporum sup-
ercelestium et totum dicit racio motus si quod ... dubitat
quando corpora ... vivunt et faciunt sonum ...
sed ... posuit ... s. mundanam musicam ...
... mundanam non posuit in sono sed in proportione motuum
firmamenti et planetarum quia proportio est inter ea ...
... concordant humani non posuit instrumentalem.
— 2o queritur quid sit sonum eius aut aer aut corpora collidencia. Et
videtur quod corpora collidencia sunt sonum ... In eo est impres-
sio actu in quo est prius in potentia quia potentia antecedit actum
sed sonus est in corporibus collidentibus in potentia prius ergo in eis est
actu ergo sonus est in corporibus collidentibus sicut in subiecto — In oppositum
... probatum est cum ... per actum quando immutat sensum
et medium in mutabile actuali sed sonus obiectum auditus
ergo est in aliquo corpore prius ut in subiecto hoc autem non
est in corporibus collidentibus. ergo in illis est ut in subiecto. — Ad oppositum
3m dicendum quod ... impressio in eo quod est tanquam in subiecto in quo
recipitur ex actione agencium quia motus est in mobili
tanquam in subiecto. sed sonus est hic impressio ergo est in aere tanquam
in subiecto. — Ad hoc dicendum quod dicit autem in capitulo de sono. duplex
est actus. quidam est qui habet essenciam fixam et stabilem

cuiusmodi est calor et consimilia et tale actus requirit subiectum
fixum et stabile. aliud est quod non habet essenciam fixam et in esse
cia actualis est absencia sibi unde non habet subiectum fixum
et stans. unde dicimus quod sonus est in corporibus collidentibus et in aere
in corporibus quidem tanquam in subiecto. in aere vero tanquam deferente
et in quo recipitur et tamen habet duplex subiectum. — 4o queritur cum quo-
rum sint ista quare quedam sunt media in sono et quedam
non media sicut aer et aqua. quare est quod cum omnia in eis conveniant
sunt media et tamen sunt in se diversa que est eorum diversita-
tis in eis causa. — Ad hoc dicendum quod sicut dicit auctor et alii. me-
dium debet esse receptivum impressionum absque reddere et quia terra
non recipit propter suam duriciem nec reddit propter suam oppositionem ideo
non est medium. ea vero que sunt continua nata sunt esse media
ut aer et aqua. sed continuum quod est receptum est duplex. quoddam re-
ceptivum immutationem et vocem obtegens et candela una re-
— Circa tertium sic procedimus. Queritur utrum in quibusdam rebus est generatio per conversionem, in quibusdam per influxum, in quibusdam vero per decisionem.
— Ad hoc dicendum quod generatio est quadruplex modis. Prima est transfusio totius rei in totum absque diversificatione speciei et individui et hec est fortassis in principio et in intellectu cum speciei in anima unde se totam dat anime alterius. Secunda est per influxum absque decisione et extensione et tamen cum mixtione et hic virtus anime ab anima sicut patet in anguilla decisa quia ab una anima fit generatio multarum absque decisione et extensione. Tertia est per conversionem sicut in elementis. Alia per decisionem in plantarum partibus et aliorum et hec diversificationem etc. quia id quod generat in primo generationis est omnis simpliciter et tamen se miscet secundum se totum dat et id est generans et generatum sicut forte in principio tamen secundo generatione corporea est et ideo respicit decisionem quia non habet naturam in partibus et ideo non decinditur quinque sicut in celo in generatione. Secundo quod generatur est incorruptibile et ideo non distinditur et habet naturam non divisibilem sed spirituale et ideo neque extenditur nec dividitur quia nec res creata est nec luminata, ideo non potest se totum dare in diversis et ita est in anima in generatione et sola conversio quia in habentibus generationem est natura non comparantur se ideo unum alterum ad se convertit. In quarto genere est decisio partis a parte sicut in animalibus naturaliter distenduntur quia scilicet naturam habent corruptibilem quia non fit in celo et sic est ex corpore producitur corpus sic ex anima producitur anima sed per alium modum sicut patebit in sequentibus.

Omnino vero coit omni tempore. In hac parte intendit auctor determinare de diversitate generationis animalium a parte loci et temporis et continetur hec pars ad speculationem presentem. Dividitur autem hec pars in .v. In quarum prima agit de diversitate generationis animalium a parte temporis et loci. In secunda ibi debemus scire quod tempus conceptionis agit de diversitate generationis a parte temporis generationis in masculis et conceptionis in feminis. Prima istarum dividitur in .iii. partes. In quarum prima determinat de diversitate generationis hominis a parte temporis. In secunda ibi generatio vero aliorum coheret in tempore agit de diversitate predicta prima quod in volatilibus reperitur. In tertia ibi aliorum vero anulosi corporis agit de predicta diversitate in animalibus anulosis. In quarta ibi Scorpio vero marinum agit de diversitate in piscibus. In .v. ibi Avis vero agrestis erunt et coeunt similiter in anno redit ad determinationem diversitatis generationis in volatilibus. Prima vero pars dividitur in .ii. In quarum prima determinat de diversitate generationis in masculis et conceptionis in feminis in generali. In secunda scilicet in hac Arietes et capre viii annis determinat de eadem diversitate in speciali. Prima vero pars dividitur in .iii. In quarum prima determinat diversitatem temporis coitus in masculis. In secunda ibi Vox vero dulcatur quia mutatio vocis est signum temporis coitus determinat de diversitate vocis in masculis. Dividitur ergo in plures lectiones partes. Secundo sicut patet per divisionem. Circa partem istam est talis questio querenda. Primo queritur de [illegible] generationis de diversitate in rebus. Secundo de coitu generationis. Tertio est de principiis diversitatis in animalibus.

— Circa primum sic proceditur: queritur primo de diversitate generationis in animalibus et plantis secundum quid scilicet utrum est modus generationis in animalibus et plantis. Non est modus diversus et multiformis sicut per decisionem seminis et transplantationem et scissionem et multis aliis modis. Et videtur quod non. Ratio talis: sicut habetur in libro Fontis vite quanto virtus alicuius fortior est et simplicior tanto potest in plures operationes. Sed virtus alicuius fortior est quam plante virtus et vita anime sensibilis simplicior quam anime vegetabilis et plus alligatur materie. Ergo in eodem genere operationis plures modi operationum efficiuntur animalium quam a planta. Ergo modi generationis plures erunt in animalibus quam in plantis.
— Item secundo videmus corpora durate operationis et mollis plures facere productiones sicut accidit in animalibus que plurimas faciunt productiones. Sed animal est rarius mollius et porosius et ab [illegible] quam in plantis quia ergo plures generationis modi erunt in animalibus quam in plantis.
— Ad oppositum est quod videmus experimento. Ratio ad hoc est talis: plurium operationum est forma illa que sibi solum vacat in suis operationibus quam que non est huiusmodi. Sed sic se habet anima plante respectu anime animalis. Plante enim semper intendunt nutrimento et augmento et non intendunt aliis actionibus. Animal vero non semper huius operationibus intendit sed quandoque nobilioribus actionibus. Ergo plurium operationum et secundum plures modos est anima plante quam anima ipsius. Ad minus secundum plures modos in eadem operatione sicut plurium modorum in generatione.
— Ad hoc dicendum quod plante sunt quedam proprietates quibus differunt ab animalibus. Prima est similitudo et uniformitas plante in toto et in parte partium. In forma et operatione. Secunda est diversitas partium ex [illegible] principii multi. Tertia est diversitas inventionis in virtute generativa. Quarta est diversitas in cibatione et nutrimento quia ergo planta similis est in toto et in partibus ideo quelibet pars potest generare sicut totum. Unde philosophus: in qualibet parte plante est virtus germinandi et producendi et non solum in germine et ramis. In qualibet parte plante produci potest, sicut autem non est in animali sicut patet. Secunda vero proprietas est partium diversitas. Nam in planta sunt partes ex nutrimento super quod totum potest vivere alie plante et ideo partes abscise in plantis restaurari possunt. Partes vero aliorum sunt ex spermatibus super quod non potest vivificari sed sola virtus potentia et ideo partes aliorum decise vel deperdite non regenerantur. A parte tertie proprietatis differunt anima et plante quia planta semper intendit se nutrire et augmentare et partes fiant generare et non intendunt aliis. Et ideo semper in plantis continue est. In animalibus vero non est ita quia non semper intendit ad generationem immo nobilioribus operationibus que insunt a parte cognitionis et ideo sexus in animalibus sunt distincti. A parte item proprietatis quarte differunt anima et plante quia plante habent nutrimentum undique et ideo ubique partes generantur in plantis. In animalibus vero non est ita quia non partes aliorum [illegible] sunt in uno loco.
— Ad primum dicendum quod anima in animali est principium plurium operationum quam anima plante unde dicitur in secundo principio quod animal animatum est plus planta et hoc quod brutum. Unde principium quia anima plantarum sola est in speciebus ideo plures facit generationes in uno genere operationum sicut in generatione et cum hic dicta sunt.
— Ad secundum dicendum quod duo sunt consideranda in generatione: primum est vel operationibus vel operatio conditio. Primum est decisio seminis et

indeterminatio in aliquo gradu est mollior quam ... paucos
tres tamen producunt propter determinationem materie in
plantis vero quando durior et tamen producunt plures propter
influentiam materie et indeterminationem. — Ad quartum dicendum quod ...
virtutis partium et totius in plantis et aliis attenditur
partium substantia tamen aliquod quantum. Et dicendum quod non solum partium
substantia totalis corporis organici est quod est diversum in partibus et in to-
to quelibet pars ad operationes anime deputatur. Sed partes plante diver-
se sunt in operatione quia folia sunt propter cooperimentum fructus et
cortex et defendit et tegit plantam. Dicendum quod licet sint
in diversis partibus quia radix accipit et truncus dirigit, ergo cum
in trunco sit diversitas non solum in substantia partium sed in virtute
ergo ista diversitas partium attenditur quantum ad utrumque scilicet substantiam
et virtutem. — Ad oppositum autem auctoritas autem quia dicit ... quod
plante partes ... quia quelibet pars est similis in
natura cum toto, ergo plante partes non differunt in virtute
sed differunt in substantia. — Ad hoc dicendum quod in partibus plante est v-
nitas forme in substantia et virtute. eadem natura quia est in substantia anime in
omnibus et tamen una est actu. plures vero potentia et virtute eadem
ad rationem dicendum quod virtus in partibus plante duplex est scilicet communis et
propria. communis est in qua totum et pars communicant in natura communi que
est communis omnibus partibus propter unitatem anime una in omnibus ...
materie in ... propria vero in singularitatum partium sunt diverse eo quod
ad diversos fines et operationes ordinata ... virtus tan-
git partes et sic accidit in continuo per unum existente in toto
corpore continuum diversitatem in infinitum ... est et tamen ... in una
parte per quam ... sicut dicitur in capitulo de infinito. — Tertio queritur sup-
posito quod in quibusdam rebus generatio necessaria sit et per generationem multiplicantur
quid per multa individua, queritur in quibus quando non in rebus in quibus
non est generatio sicut multa individua contenta sub specie una sicut in
sole et in aliis stellis. Et videtur quod in talibus non sit plura individua
sub una specie. Ratio talis: In principio ortu rerum singule species sub uni-
co individuo in esse producte sunt multiplicatio vero speciei per multa
individua procedit. Sed non multiplicantur individua nisi per generationem
ergo si non est generatio non individua multiplicantur ergo in solis generan-
tibus accidit individuorum multiplicatio ergo in sole et stella non
continentur diversa individua sub una specie quia posito quod in primo
homine non fieret generatio sed maneret species in ipso sola non multiplicarentur
individua in hac specie ergo nec sunt in aliis speciebus. — Quarto ratio in
specie duo sunt: essentia et ambitus. essentia salvatur
in uno ita quod in quibus ambitus non requiritur multitudine
ambitus scilicet actualis ergo in quibus non est multitudo per generationem
individui est equale speciei et ideo ergo in solis generantibus est
multitudo individuorum. — Quinto ratio: ... est forma que resultat ex
unione forme perfective cum materia et quia forma datur esse quia vero
totum compositum comprehendit ideo ipsum denominat et ideo ipsa predi-
catur et est de toto ergo in quibus est adequatio forme ad materiam
... in illis est adequatio speciei cum individuo ... sed
in rebus superioribus ... materiam superiorem sicut sit in
inferiori sicut in stellis ergo in illis est adequatio individui
et speciei ergo non erunt plura individua sub eadem specie. — Sexto ratio sicut
testatur Avicenna in VII methaphysice individuatio est a parte
materie et non solum est a parte materie quia eadem est sicut in uno quorum materia
est eadem et quam materia dividitur est possibile esse generationem multorum in-
dividuorum sed in superioribus materia dividi non potest quia tota
est sub una forma ergo quodlibet individuum est sub eadem specie et species
quelibet in uno individuo est contenta. — Septimo ratio dicit Avicenna in libro

intra

de celo et mundo et non tamen plures celi vel plures soles quia in hoc
tota materia est forma totalis ideo non multiplicantur per plura individua ergo
in stellis est multitudo individuorum. — Ad oppositum est sed ratio quia
cum participant eadem principia universalia prima eandem speciem ... se
predicatur ... quia species est predicabilis de pluribus. Sed species corporum
superiorum sunt huiusmodi quia omnes stelle in luce participant
unum ... omnes quidem stelle conveniunt in specie et differunt
in numero individui. — Item ratio ipse ... et operationes conveniunt specie
et virtute sed in multis stellis est quantitas operationum et virtutum
sicut patet ergo conveniunt in specie et differunt in numero individui. — Ad hoc
dicendum quod quidam dixerunt quod in stellis sunt multa individua sub
una specie. Alii vero dicunt quod in quolibet individuo est una species
et quod ideo individuum cum specie et quod species in talibus caret am-
bitu actuali et hanc opinionem consentio. — Ad rationem primam
dicendum quod principia universalia sunt duobus modis: prima scilicet et remota.
remota sunt eadem et hec cedunt in unam generationem ... quelibet
stella est substantia ... et non conveniunt in genere. Prima vero principia
in hiis diversa sunt et ita cedunt in constitutionem speciei et non
species diverse sunt in hiis. — Ad quartam rationem dicendum quod diversitas
et uniformitas speciei est multiplex. quedam a virtute multiplici
per similia per quam sicut ex simili producitur ... est in rebus inferioribus
sicut in aliis et plantis. Alia vero procedit ab ordina-
tione rerum sicut dicitur quod ea que sunt eius ordinis sunt
eiusdem speciei et hec posuerunt illi qui distinguunt gerarchias spirituum
et intelligentiarum. Secundo vero adhuc post multitudo individuorum in stellis
propter multiplicem operationem. — Secundo queritur utrum generativa in istis rebus
propter perfectionem aut propter imperfectionem. Et videtur quod propter perfectionem
ratio talis sicut habetur in libro fontis. omnis substantia quanto simplicior
est et magis abstracta a materia tanto plurium operationum est principium et ma-
ioris virtutis multiplicande sed perfectio debetur rebus a parte unio-
nis cum materia vel separationis ab ipsa sed multiplicatio fit per generationem ergo
rei magis perfecte debetur generatio et multiplicatio et diffusio sui per generationem
sibi propriam non autem per coitum. — Item ratio sic habetur in secundo methaphysice
quanto aliquid simplicius est tanto a pluribus indiget et pluribus
recipitur sed non potest in talibus recipi nisi habeat virtutem multiplicandi
et diffundendi se sed hec multiplicatio est generatio ergo cum res multiplicantur sunt
magis perfecte rebus magis perfectis debetur operatio. — Ad oppositum est
sed ratio si propter defectum inesset generatio in rebus magis perfectis esset
magis generatio sicut in rebus ... quam videmus
generatorum autem quod recesserunt in perfectione et in se non poterant
conservari ideo data est eis generatio et non data est propter imperfectionem.
Ad hoc dicendum quod generatio non debetur rebus magis perfectis et datur propter
perfectionem et non propter imperfectionem. — Ad rationem dicendum quod generatio quedam
fit per decisionem ut res in suo esse conservetur sed in hac generatione
due sunt consideranda unum est virtus generativa multiplicativa
et hec debetur rei perfecte. Aliud vero est defectus et commodum ... re-
staurat et illud sonat in imperfectionem quia sicut ... conservantur
res ideo generantur et eis alie in quibus conservantur. Alia vero
est multiplicatio suis aliis modis sicut in precedentibus tactum est
et ibi multitudines debentur rebus perfectis. — Item sic procedi-
tur utrum generatio alium terminum habeat ... aut nata sit
stare aut per unum terminum ... quod generatio aliquando stabit per rationem. Ro-
tationis. sicut testatur auctor Robertus in libro illo dicta spera est
corporis celestis est propter eam. eam vero propter naturam vegetabilem. Item propter
... vero propter hominem. Modus ergo ponitur propter motum superiorem
ergo motus generationis propinquior est propter generationem in homine. sed
generatio secundum aliquid duplex est: quedam est circularis quedam vero recta.

et sic dicit Aristoteles in libro de generatione ... generatio infinita cum omnis alie
generationes ordinentur ad hanc que est in genere humano omnes
alie in hac tamen complementum habent ergo cum hec sit recta et fi-
nita necesse est hanc et omnes alias finitas esse. — Item ratio omnis
operatio in qua agens deficit antequam ad perfectionem ... et perfectio-
nis operationis perveniat potest deficere et finiri per rationem et stare
sed generatio aliquid est huiusmodi quia ... quod non generat antequam perfectam
quantitatem sed singula individua possunt antea deficere ergo generatio
aliquid et maxime hominis est finita per rationem. — Tertio ratio sicut
est etas in individuo sicut est etas in genere individuorum
sed etas individui procedit debilitando ergo similiter etas
generationis individuorum procedit debilitando sed omnis actio
per etates procedens pervenit ad finem senectutis et defectum ergo
generatio per rationem potest deficere. — Item ratio generatio consistit in spermati-
bus et virtutibus eorum sed spermatica continue deficiunt et deterio-
rantur generatio que in eis consistit sic procedit et omnis talis
operatio per rationem finem attingit ergo generatio per rationem pervenit ad statum
quietis. — Item ratio sicut habetur in libro fontis vite est propter quam omnia facta sunt
est voluntas adducens omnia. quia motus per quam fiunt
omnia alligatur voluntati primi principii sed voluntas agit secundum
placitum voluntatis ergo omnis datur per voluntatem creatoris
deficient vel permanebunt ergo de propria non possunt deficere
ergo generatio per rationem stabit hoc habet finem et terminum. — Sexto ratio duplex
est agens quoddam est quod potest super totam rei substantiam sicut primum.
aliud est quod non potest super totam substantiam sed super partem et non super
principia rerum sed super unionem. sicut unum primum agens sic facit rem
sic potest eam conservare. secundum vero non potest de se ipsum conservare
sicut domificator domum conservare non potest ergo conservatio rei
per generationem et hec est in suo esse ad ipsum primum pertingit ergo cum
voluerit conservabit. cum vero noluerit vel non per rationem ergo non per generationem
conservari sed quamvis conservet aliquid in principio in se per suam naturam deficiet.
— Septimo ratio Et est Avicenna in creatura duo sunt. esse et non esse quia
in creatura ex non esse et non esse non participat quia vero creatura
est non a creatore habet esse a se ergo habet non a creatore habet
esse ergo sibi relinquitur remanebit in non esse. Si ergo continu-
etur creatura in esse habet a creatore ergo per naturam propriam potest
deficere et non esse ergo si continuetur per generationem potest de sua natura
stare generatio. — Octavo ratio generatio agentis est duplex quoddam quod re-
quirit substantiam aliorum quoddam quod requirit substantiam et ...
quoddam quod requirit substantiam et actum ... vero est
horum quod in illum requiritur primum est intellectus per rationem. Item anima
... vero primi nature sed inferior non est potens ad operationes suas
absque influxu ergo in se potest deficere ergo per rationem potest generatio stare
et deficere. — Nono ratio dicit Aristoteles in octavo physicorum quod in hiis
ordine non movetur ... non movente primo non mo-
vetur medium et non movente medio non movetur
ultimum sed motores in universo ordinati sunt ultimi vero
ordinati sunt ad generationem ergo influentia primi non movente
extrema ergo in motu primi fundatur continuatio generationis
et non in natura propria inferiori ergo parte inferioris potest deficere.
— Decimo ratio mundus duplex est maior et minor et uterque habet animam
suam. anima vero ponitur esse fluens a primo sicut dicit Anaxagoras.
anima vero intellectiva est anima sui minoris. sed cessante
anima intellectiva non sunt motus in corpore animali ergo similiter et in
corpore maioris mundi. ergo si erit continuus in genere hoc erit propter
influentiam a primo creatore. a parte ergo nature inferioris potest deficere
generatio. — Undecimo ratio omnis res alligata materie corruptibili movetur in

sufficientem vel simplex vel in genere sicut forma lapidis vel me-
talli in genere sicut anima et intellectiva sola cum sit motum
habet sufficientem a nullo vero indiget et non intentiones sunt
prohibite quia quam in loco assimilantur homines primo creatori
sed in insufficientem movent suas actiones pertingere potest
ergo nulla creatura suum esse potest de se continuare ergo generatio
inferiorum de natura inferioris creature potest et natura est ut fluat.
— Duodecimo ratio. In agentibus quorum unum est sicut natura quod alterum est sicut
instrumentum cessante primo cessat finis. sed natura inferioris est sicut in-
strumentum vel causa prime ergo cessante influxu cause prime cessa-
bit actio nature inferioris que est generatio per rationem propriam deficere
potest et finiri. — Tertio decimo ratio sed est actio nature superioris et reducitur
ad unum principium in omni genere perfectionis perfectissimum sed omnia
perfectionum multa sunt una est perfectio in propria nature inferiori
quod sit omnium rerum apprehensiva alia est que sit finis omnium
tamen quod assimiletur suo creatori quando res est cum sunt generativa eius
invenit intellectus et hec due concurrunt in homine et in quantum
intellectus est perfectior aliis rebus et in hoc assimilatur
creatori sed sic omnia que facta sunt terminantur ad ...
suo res inferiores omnes generantur ad hominem. unde in homine
est ... complectio nature sed ... in genere humano quod stet et fi-
nietur ... individuorum ergo ... est ut generatio aliorum
finem et statum consequatur. sed quia est ... aliorum necesse est fi-
nitum et non infinitum ergo cum generatio humana finis sit et-
iam aliarum necesse est quod ipsa sit finita et ita non procedit
in infinitum. — Item ratio generatio debetur rebus propter perfectionem
rerum in universo sed machina mundana et continentia universi-
tatis est finita ergo necesse est ambitum individuorum
et specierum esse finitum ergo sicut tactum est sic et omnis modi
in ipso sunt finiti et non tale continuatio vel procedit in infi-
nitum ergo generatio non est infinita sed magis finita.
— Quinto decimo ratio dicit Aristoteles in libro physicorum quod omne quod habet initium habet et
finem et econverso quod ... finem habet initium. ergo debebit finem
et ita non continuatur generatio in infinitum. — Ad oppositum sunt
rationes primo talis et est auctoritas Aristotelis in libro de plantis quod
mundus non cessat generare aliqua nec cessabit. — Item ratio.
In quibus est eadem ... movendi in ultimo sicut in medio.
et in medio sicut in primo eodem modo movetur ultimum sicut
primum. et sic erit motus continuus in infinitum et statum non habebit.
— Item ratio ... motus a corpore superiori propter fiunt generationes
in hiis inferioribus sed motus corporum superiorum est continuus
non cessans ergo motus in inferioribus erit continuus non
cessabit et ita generatio erit continua in infinitum. — Ad hoc
dicendum quod generatio aliorum et plantarum in qua producitur sibi ex sibi
habet initium et finem per rationem sicut probant rationes. — Ad
rationem primam ... dicendum quod in creatura ... sunt attendenda.
primum est defectus creature de quo dicit Avicenna quod si cre-
atura sibi relinquitur remanebit in non esse quia dicitur
a se ipsa non habet et non nec esse a parte ista non habet ...
te motiva. — Item est virtus insita rebus a creatore que
tamen perfectione data est rebus quod non oportet ut deficiant
ergo a parte stabilitatis continuetur generatio et non habet termi-
num. tamen est voluntas creatoris regentis a parte huius
conditionis possunt omnis virtutes in rebus deficere et potest
generatio ... et non esse continua. quia voluntas creatoris
libera est ... Item vero est consummatio voluntatis super
essentia rerum et de hac loquitur est propter hoc quod voluntas in

cui neque est ad extremitates nisi custodie quantum non sunt nisi et a parte eius stabit motus generationis sicut patebit per sequentia philosophi non modo solum et etiam quod dicunt solam considerantem tamen mundi perpetuitate posuerunt. Ad 3m dicendum quod motus celi duplex est. quidam est per quem volvitur in sua spera. alius vero est per quem influit in hec inferiora et iste motus cessabit et dicunt quod prius eo quod ... ut dicunt quidam ... non indigebunt. nos autem dicimus quod primus motus ordinatus est ad generationem sui esse et ideo cessante ... non ad generationem rerum inferiorum ad regulationem earum et oppositum tamen non est contra veritatem quia res inferiores tunc sic ostensum est. Item queritur utrum stabit et ad quid stabit et propter quid et quomodo. Et dicendum quod stabit propter generationem rerum et conservationem in se ipsis et non in suo simili. Et probatur ad hoc ratio. dicit Aristoteles in libro de generatione omnia esse appetunt et bonum et dicit autem quod appetitus generationis est ex deo est. Et ideo divina providentia dat generationem rebus. sed generatio est duplex. in se et in suo simili. melius vero est generari in se quam in suo simili. ergo creator plus satisfaciet appetitui rerum concedendo ipsas in se ipsis quam si generentur in suo simili. ergo si omne quod fit a divina providentia propter melius fiat generatio. si fiet generatio que est generationis rerum in suis similibus stabit propter generationem rerum in se ipsis generationem succedit aliquis status in quo res in se ipsis continuantur. Item dicit philosophus in libro de anima quod cum causa agit duobus modis et hoc quid illud vero quo in dicta et dicitur anima. quod omnia inferiora agunt quamvis agunt per virtutem et similitudinem corporis celestis ergo necesse est inferiora quoque reduci ad statum illum in quo est celum. ergo necesse est aliud per virtutem pertingere ad statum incorruptibilem. sed ergo ... continuentur motus generationis in genere humano necesse est ut propter illum statum in quo res in se ipsis continuentur. Item finis generationis est finitum esse rerum per quod non est nisi ut res conservent per generationem sibi esse aut conservent res in suo simili aut in se. sed in suo simili hoc esse non potest quia iam finita est generatio quia sic res conservabantur ergo necesse est per virtutem res conservari tunc post generationis destructionem generationis in se ipsis ergo necesse est res facta generatione in statum incorruptionis aliter non in se ipsis non conservarentur. Item sicut deum est ... totus status universi ordinatur ad hominem et ... res ad statum hominis corpus vero humanum ordinatum est ad intellectum intellectiva vero anima ad solam ... ordinata est sed intellectus de sua natura est ... in se ipso perpetuum ergo cum dependeat quodammodo a corpore necesse est ut corpora alium statum propter illa ut sicut intellectus est perpetuus sic corpus fiat perpetuum quia sic a corpore dependet intellectus ergo necesse est corpus humanum statum incorruptibilem pertingere propter ... ergo si non generetur hac generatione ad illum statum pertingat. Item anima intellectiva est tamquam speculum in qua fit representatio omnium rerum sed dum est in hoc corpore corruptibili non possunt sibi omnia representari quia corporis opacitas ... est et obstructiva est dum quodammodo intellectum non habet ... sicut omnia grossum et ponderosum ... sufficientes dispositionibus anime ut ergo corpus aptetur anime in suis dispositionibus sed quod representationem rerum in ipsa non impedi-

at necesse est corpus ad statum incorruptibilem reduci in quo omnibus dispositionibus anime sufficiat et nullo sibi obsistet. ergo finita generatione necesse est statum illum pertingere. Item corpus humanum duplex est. unum celestis alia vero celestis prima generabilis est et corruptibilis secunda vero non de se sed dum manifestatur corpus in hac vita est corruptibile sicut etiam propter virtutem corporum celestium ergo si debeat conservari per virtutem propter aliam necesse est ipsum induere virtutem celestem sicut testatur Augustinus. quod hec cum agunt quecumque agunt ergo propter illum statum incorruptibilem stabit motus et generationis. Item dicit Aristoteles quod propter distantiam a principio reducatur res in corruptionem sicut spirituales propter distantiam a spirituali prima et incorruptibili propter distantiam a corde ... et post statum generationis corpus quod prius conservabatur in suo simili conservabitur in se ipso et ipso anime perfectior erit tunc sicut dicit Augustinus omnibus ergo plus appropinquabit suo principio spirituali et corpus corpori celesti sed hec appropinquatio fiet per medium quia ab extremo corruptionis transibit corpus ad incorruptionem et anima meliorabitur et magis conformabitur suo principio. sed medium per quod ab extremo ad extremum ergo cum ista transmutatio debeat fieri ab extremo ad medium necesse est ut in natura humana sit aliquid quod sit medium inter statum corruptionis et omnino de perfecto tamen a parte corporis quam a parte anime ergo finito statu corporis necesse est transmutationem fieri ad statum medium in quo res non omnino fiunt sicut prius sed corruptibiles sunt plus ergo finiet propter incorruptionem rerum et conservationem earum in se ipsis. Ad oppositum est hec ratio. natura rerum corruptibilium procedit via nature generationis et non forma ergo non procedit a corruptibili ad incorruptibile ergo licet finiatur generatio non finiet propter incorruptibile. Item si res que corrumpuntur transmutentur ad incorruptibile ergo cum transibunt ad aliam speciem ergo non remanebunt in eadem specie sed nichil tale fit per naturam ergo talis transmutatio non est naturalis. Ad hoc dicendum quod cessante generatione est propter conservationem rerum in se ipsis et maxime in natura humana et propter unionem anime cum suo creatore et conformitate corporis et anime. Ad primum dicendum quod in rebus duo sunt natura scilicet nisi et a parte eius sine dubio possibilitas ordinantur ad corruptionem quia in illa natura radicatur quedam natura incorruptibilis sicut in spiritualibus radicantur omnia et sic spiritualia de se non tendunt in nichil sic natura tendit ad corruptionem. Item vero quod attenditur in rebus est primum agens inducens hanc unionem et hoc primum in se vel de se natura inferiori hoc enim primum primum quod primo producit res ex nichilo eas producere sic eius solius illas corruptas vel iam corruptas ad esse incorruptibile reducere. Ad secundum dicendum quod cum res transferuntur a corruptibili ad incorruptibile non mutant speciem sed quasdam conditiones speciei adiectas speciei nam manet eadem sed conditiones mutantur sicut possibilitas datur incorruptibilitas per gravitatem levitas per opacitatem claritas per grossitiem subtilitas sicut magis hec duplex motus et hec sufficiant. Consequenter queritur in qua dicitur de diversitate generationis a parte conceptionis in feminis et generationis in masculis queruntur ut primum est de necessitate coitus in animalibus convenientibus. Secundum est de causa coitus. 3m est de delectatione que fit in coitu. 4m est de diversitate coitus in animalibus. 5m est de diversitate coitus in animalibus ratione temporis et loci. 6m est de diversitate coitus in plantis

et diversitate generationis in eis. Circa primum videtur quod omnibus coitus sit necessarius animalibus et videtur quod sic ratione tali. In agentibus per actionem corporalem fit actio per contactum. contactus autem fit in coniunctione corporum sed aliqua tangunt se in coitu et dicit Aristoteles quod duo sunt principia in coitu unum loco maris sicut femina ad locum femine sicut masculinum sed propter generationem necesse est quod in generatione aliqua se contingant sed coniunctio duorum corporum aptorum ad generationem est necessaria hec autem est coitus ergo coitus animalibus propter generationem est necessarius. Item quedam est generatio per propagationem in qua est decisio portionis humiditatis nutrimentalis in qua consistit ipso ergo cum fiat ista decisio necesse est ab aliquo emanare hec tamen in aliquo recipi in quo recipiat formam et distinctionem membrorum a quo vero emanat est pater in quo recipitur est femina et hoc fit per coniunctionem que est coitus ergo coitus in animalibus est necessarius. Ad oppositum est hec ratio nulla operatio in qua fit resolutio humiditatis naturalis laudabilis a corpore animalis est necessaria animali quia pertinet ad oppositionem consumitur animal potius quam sustinetur sed coitus est huiusmodi ergo non est animali necessarius. Ad hoc dicendum quod coitus animali est necessarius. Ad primum dicendum quod superfluitas duplex est in corpore quedam est impura que non indiget nisi expelli a corpore alia est superfluitas pura et hec est sperma quia res pura in corpore duplex est quedam est que cedit in nutrimentum membrorum et talis non debet expelli. Alia vero est res pura que est superfluitas hec pure rei quam sequestrat natura ex humiditate nutrimentali necesse quam expellit est in coitu ut animal in suo simili conservetur et si ista superfluitas remaneat in corpore est causa infirmitatis egritudinum. Et notandum quod duplex est coitus quedam est propter conservationem nature et talis est in suo simili et ideo non nocet corpori si sit hora competenti. Alter vero fit propter delectationem tantum et iste est contra naturam et iste dissolvit humiditatem substantialem membrorum quia superfluit. Item queritur quare qua diversitate generationis animalium et plantarum et est utrum coitus sit possibilis in plantis et videtur quod sic ratione tali. coitus est operatio virtutis generative sed ubi maxime viget generatio ibi maxime vigebit coitus ergo in plantis potius est coitus. Ad oppositum est hec ratio coitus fit in viventibus habentibus sexum distinctum sed in plantis non est sexus distinctus ergo in eis non est coitus. Item ea que coheunt prius sunt separata et postea iunctiva coniungunt et tamen separantur unum est in quo fit generatio aliud est a quo sed plante non coniungunt cum non habeant motum processivum ergo plante non habent coitum hec est ratio Aristotelis. Ad hoc dicendum quod in plantis non est coitus quia in eis non est sexus separatus sed planta ex se ipsa et in se ipsa semen producit et differt virtus vegetativa in plantis et in animalibus quia corpus plante solum operationibus virtutis vegetabilis operatur et ideo habet omnia opera eius coniuncta nec indiget alia planta impregnante ipsam. In animalibus vero super vegetabilem virtutem est sensitiva regens eam et propter hec separavit natura sexum in animalibus et ideo animalibus necessarius est coitus. 2o queritur utrum coitus insit omni animali et videtur quod insit omni generanti ratione tali. In omni animali est virtus generativa per quam producit sibi simile sed cuiuscumque inest virtus generativa eidem inest eius operatio per quam completur sed hec est coitus ergo in animali necessario inest coitus. Ad oppositum est auctoritas Aristotelis in hoc libro. Ad hoc dicendum quod animalium quedam sunt completa quantum natura distantia a natura plantarum et accedunt ad naturam animalis perfecti et talia sunt sanguinea

et ista coheunt quia humidum in eis sperma quod relinquitur ex humiditate nutrimentali. alia vero sunt imperfecta que multum accedunt ad naturam plantarum et ista non habent sexum distinctum nec coheunt et habent sexus apprehendentes de parte et habent per nutrimentum semen sicut plante et ideo non coheunt. Item queritur propter quid res animate generant alias res inanimate vero non. Ad hoc dicendum generatio procedit a virtute completa se ipsum movente se ipsa operante. hec autem virtus est in rebus completis et hec virtus emanat a primo movente distante per virtutem. Sed autem in rebus animatis quia forma elevata a materia virtutes earum operationes sufficientes efficere perficiat et habent operationes suas ex se. in rebus vero inanimatis est forma alligata materie et propter hec non generant nisi per impressionem et mixtionem non autem per propagationem. Item queritur utrum generatio debeat omni viventi cum debeat propter conservationem rei in suo simili et propter perfectionem viventis. Ad hoc dicendum generatio debetur animalibus propter conservationem in suo simili et propter restitutionem viventis in suo simili quia virtus generans corporalis data est virtus generativa ut restauraret se in suo simili ut compleatur machina universi data est generatio aliis vel esset generatio. Sed convenientia habent ergo aliam quedam virtutem per quam ex eodem deperditum est restauretur deperditum. et ut hoc in maiori mundo quia in estate elevantur partes aque et fluviorum vapores et in nocte ... in yeme vero cadunt pluvie et sic restaurantur aque. Consequenter queritur sicut procedunt utrum coitus sit a virtute anime aut non et videtur quod sit a virtute anime ratione tali. omnis operatio que fit propter vitam et conservationem in suo simili est a principio quod causat vitam sed coitus est huiusmodi ergo coitus est a principio quod est causa vite hoc autem est anima ergo et cetera. Item videmus quod in rebus inanimatis non est coitus. Item videmus quod anima cessante ad influentiam virtutis super corpus sicut in egritudine non fit coitus ergo coitus est ab anima et mediante aliqua virtute anime. Ad oppositum est hec ratio omnis operatio corporalis procedit a principio corporali sed coitus est huiusmodi quia est contactus duorum corporum et coniunctio ordinatorum ad generationem ergo coitus procedit ab aliquo principio corporali. Ad hoc dicendum quod coitus est virtute anime. Ad primum dico quod principium operationis duplex est principium regulans operationem vel ... et hoc est anima. Aliud est principium consequens operationis ubi sicut virga et testiculi et hoc principium est tamquam instrumentum et anima est principium coitus et virga et testiculi. Item queritur utrum coitus sit a virtute vegetabili et videtur quod sic ratione tali omnis operatio que est via in generationem et per quam completur generatio in viventibus est ab illa virtute que est principium generationis sed virtus vegetabilis est huiusmodi ut habetur in libro de anima ergo coitus est ab hac virtute. Item conservatio est duplex. una in se alia in suo simili. prima est per nutrimentum secunda est per generationem sed eiusdem virtutis est conservare rem in se et in suo simili quia utrumque fit per portionem nutrimentalem cum operatio coitus ordinatur ad conservationem rei in suo simili ergo cum conservatio rei in se spectat ad vegetabilem virtutem ergo coitus spectat ad eandem vegetabilem. Ad oppositum est hec ratio si virtus vegetabilis est principium coitus ergo ubi magis viget virtus vegetabilis magis viget coitus sed in plantis maxime viget virtus vegetabilis ergo maxime in eis vigebit coitus cuius contrarium videmus. Ad hoc dicendum quod coitus est a virtute vegetabili et sicut generatio in plantis est a virtute vegetabili sicut in animalibus sed differt generatio hinc inde propter diversitatem operationis principii et non propter principii diversitatem. in plantis enim est generatio absque distinctione eiusdem; in planta

se ipsa generat et in se ipsa. alia vero in se ipsam in alio generat et ideo requiritur sexus diversitas et coitus quia in coitu est iunctio duorum sicut dictum est. — Consequenter queritur utrum coitus sit opus virtutis sensibilis et videtur quod sic racione talis a quo procedit delectatio operationis ab eodem procedit opus. sed delectatio est in coitu a virtute sensibili est enim cum imaginatione et contactu sensibili ergo coitus procedit a virtute sensibili. — Ad oppositum est quod dicit Aristoteles quod solum virtutis vegetative est generare quod concedimus. unde dicimus quod coitus est opus virtutis vegetative concurrente virtute sensitiva.

— Ad racionem dicendum quod ad coitum duo concurrunt. primum est emissio spermatis et hoc vero est opus virtutis vegetative. aliud vero est delectatio proveniens ex applicatione rei dulcis ad diligentem et hoc non innuitur nisi secundum opus virtutis sensitive et est preter hoc coitus opus eius. — Consequenter queritur utrum in coitu sit delectatio aut non et videtur quod delectatio non sit possibilis in coitu racione talis. illa operatio in qua deperditur humiditas corporis non est delectabilis sed coitus est huiusmodi ergo in coitu non est delectatio.

— Ad oppositum est sic racione omnis operatio in qua concurrunt omnes operationes vitales et animales est summe delectabilis sed coitus est huiusmodi ergo coitus est summe delectabilis. — Ad hoc dicendum quod in coitu est maxima delectatio.

— Ad racionem dicendum quod coitus quidam superfluus est quidam non. In coitu igitur non superfluo solum humiditas nutrimentalis egreditur et talis evacuatio allevat corpus et animam bonam reddit sicut dicit Haly. coitus vero superfluus cum est tantum aliquando est quod evacuat utramque porcionem membrorum et debilitat corpus.

— Consequenter queritur a quo proveniat delectatio in coitu utrum sit ex affricatione membrorum ad invicem et videtur quod non racione talis dicit Algazel quod unaquaque res ad hoc est ut exerceat propria operatione mediante sua virtute et dicit quod quelibet virtus et res quelibet delectatur delectatione maxima in sua operatione et quanto virtus perfectior est tanto plus in operatione sua delectatur. sed virtus generativa est perfectior ergo in operatione sua delectatur sed opus eius est coitus ergo a parte exigencie virtutis maxime provenit in coitu delectatio. — Ad racionem illius operationis duplex est quedam consistit in attractione ut opus nutritive. alia vero consistit in expulsione ut in sensibus expulsivis et ideo est quedam que consistit in utraque sicut in attractione spermatis et expulsione. sed in prima operatione illa est magis delectatio in parte sua sicut ... minus. magis est delectatio et delectatio coitus non erit in consideratione. — Secundo vero delectatio est applicatio rei convenientis cum diligente vel convenientis. dolor vero est rei contrarie. sed in coitu est applicatio rei convenientis cum convenienti ergo delectatio est in coitu propter confricationem sed confirmatur per hoc quod in quibusdam animalibus in coitu propter confricationem ut in columbis. — Tercio vero actio iuncti coitus et maxime in viris delectatio non in fine sicut dicit Philosophus et non nisi tunc ergo ex confricatione provenit delectatio. — Quarto vero in coitu delectantur omnia membra tam masculi quam femine. sed non omnia confricantur ad invicem ergo delectatio non consistit in confricatione. — Ad oppositum est quod dicit Aristoteles quod causa delectacionis in tempore coitus non est spermatis exitus sed fortitudo motus et confricacionis. — Ad hoc dicendum quod confricatio non est causa delectacionis sed dispositio ad delectacionem sed ad hunc delectacionem concurrunt. primum est confricatio. secundum est inductio virtutis que in sua operatione delectatur. tercium est confusio membrorum et est dispositio membrorum interiorum. quartum est contractio omnium membrorum quia omnia membra per porcionem suam ad operationem co-

operantur et quia membrum continuit illam operationem et per hoc solvuntur racionis auctoritates. Unde omnium potest esse sensus et intellectus in dato est. Quarto illius in delectatione delectacio majoris ut non disperat genitio per oblivionem. ut alii sic dicunt auctores. — Consequenter queritur utrum delectatio sit virtutis aut sensitive et videtur quod virtutis racione talis. ad illam virtutem spectat delectatio a qua coitus opus procedit sed opus coitus spectat ad virtutem vegetabilem et talis est virtus naturalis ergo delectatio in coitu est naturalis. — Ad oppositum est sic racione omnis operatio perfecta per dispositionem animorum est animalis. sed coitus est huiusmodi quare sicut dicit Avicenna in libro generacionis generaciones quedam sicut minorum ut essent fortes quia non ad fortem sensum sequeretur delectatio et non oblivisceretur. — Alia racio omnis delectatio que fit per receptionem et apprehensionem qualitatis sensibilis et ideo delectatio fit a virtute animali sed delectatio in coitu est huiusmodi ergo est animalis a virtute animali. — Secundo racio delectatio que fit communiter ab ymaginacione fantastica est animalis et non naturalis sed delectatio in coitu est huiusmodi quia propter solam ymaginacionem spermatis virga reparatur ad coitum sicut patet ergo delectatio in coitu est animalis. — Ad hoc dicendum quod delectatio in coitu consistit in appetitu animali et naturali quia ex utroque componitur quia in coitu duplex est appetitus naturalis et sensibilis. naturalis est a virtute vegetabili et delectatio sequitur hunc appetitum est naturalis alia vero est delectatio animalis hunc que procedit in ymaginacione. Et notandum quod ad coitum tria concurrunt. primum est appetitus ortus ab ymagine fantastica. secundum est caliditas complexionis stimulans virtutem. tercium est ventositas calida elevans virgam. quartum est spermatis digestio et habundancia. ex hoc patet quod coitus quodam modo est sensibilis et ad virtutem animalem pertinet et per hoc solvuntur raciones. — Consequenter queritur in quo est maior delectatio aut in nutrimento aut in coitu et videtur quod maior est delectatio in nutrimento racione talis. delectatio propter nocumentum et propter applicationem rei convenientis et non dicit Avicenna. quod numquam quereret animal coitum nisi propter delectacionem. delectatio vero in nutrimento est propter conservacionem animalis in se. coitus vero propter conservacionem animalis in specie suo simili. ergo si maior est appetitus rei quietentis ad conservacionem sui in se quam suo simili sic est maior delectatio in nutrimento quam in coitu. — Secunda racio illa operatio est magis delectabilis a qua tardius desistit animal. sed a coitu citissime desistit ergo opus coitus minus delectabile est. videmus enim quod propter parvam exitudinem desistit racio a coitu non autem a cibo et potu ergo maior est delectatio in nutrimento quam in coitu. — Ad oppositum est quia videmus quod in duplo appetitu coitus et maior in duplo est delectatio in coitu quam in nutrimento quod concedimus et causa est quia in delectatione cibi non adest nisi una operatio unius virtutis in coitu vero adsunt multe operationes multarum virtutum quia ad omnia membra in coitu delectantur.

— Ad racionem dicendum quod delectatio est maior et minor duobus modis. uno modo quia est rei magis placentis et delectabilis. alio modo quia est rei necessarie. delectatio ergo in nutrimento est maior secundo modo et non primo. — Consequenter queritur in quo est maior delectatio in coitu aut in masculo aut in femina et videtur quod in femina racione talis. delectatio in coitu consistit in emissione et receptione. in eo ergo est maior delectatio in quo est utrumque quam in eo in quo est alterum istorum. sed in femina est utrumque quia recipit delectationem et emittit delectationem ergo in ipsa est maior delectatio. — Secunda racio. delectatio consistit in operatione virtutum singularum quedam in

actione quedam in expulsione quedam in utroque. sed in viro solum delectatur in expulsione femina vero in utroque ergo in femina est maior delectatio. — Ad oppositum sunt raciones per talem delectatio consistit in inductione virtutum animalium et sensibilium sed virtutes in masculo sunt fortiores spiritus fortiores et calor similiter fortior ergo operatio fortior et delectatio fortior. — Secunda racio. In coitu fit expulsio superfluitatis qua non indiget hoc animal si in corpore remaneret magnum induceret nocumentum. sed in quantum plus noceret retencio plus delectat expulsio. sed plus nocet retencio in viris quam in mulieribus ut patet in retencione menstruorum que non tantum ledunt mulieres sicut retencio spermatis viros ergo maior est delectatio in viris quam in feminis. — Ad hoc dicunt quidam quod maior est delectatio in feminis. alii autem dicunt quod maior est delectatio in viris et magis delectatur in sola expulsione quam femina in utroque. — Ad racionem dicendum quod delectatio dicitur maior duplex quia vel qualitate in retencione vel quantitate. primo modo maior est in viro quia omnes operationes sunt intenciores. quantitate maior est delectatio in femina quia plures operationes ad coitum concurrunt in femina quam in viro. — Consequenter queritur propter quid masculi magis appetunt coitum in yeme femine vero magis in estate sicut testatur auctor. — Ad hoc dicendum quod causa huius est multa humiditas in feminis et paucus calor. In viris vero contrario modo scilicet pauca humiditas et multa caliditas et propter hoc in masculis veniente estate et extracta humiditate et intenditur calor et fit resolutio spirituum et caloris naturalis et minuitur appetitus tunc in yeme vero magis augmentatur humiditas et reparatio et sic appetitus maior. In feminis vero humiditas actu quia in yeme calor paucus est sopitur et oppilatur humiditate multa. In estate vero confortatur quia in parte exhalatur a multa humiditate per calorem aeris et feminis minuitur appetitus coitus et minus stillatur ad ipsum in yeme plus vero in estate masculis vero econtrario sicut dictum est.

Item narravimus dispositionem coitus animalium. postquam determinavit auctor ultimo de modo generationis animalium et maxime carencium testa. In hac parte intendit determinare de diversitate generationis animalium durie teste et hec durie teste iterum textus et durat hec pars usque ad sextum librum et dividitur hec pars in tres. In quarum prima agit de diversitate generationis animalium durie teste secundum processum ulterius. In secunda ut ibi et sic generantur alie testee determinat de eadem diversitate secundum processum generalem et specialem. In tercia ut ibi Iam narravimus dispositionem determinat de generatione animalium mollis teste et modo generationis eorum. — Circa primam partem queruntur. primum est de diversitate generationis a parte temporis. secundum est de diversitate eius a parte loci et regionis. tercium est de diversitate generationis a parte etatis animalium. quartum est de diversitate generationis a parte modi in diversis animalibus. — Circa primum sic proceditur quia utrum tempus diversificet generationem animalium sicut causa generationis animalium aut alio modo. Et videtur quod diversificet eam sicut causa racione talis actuum quedam sunt quibus debetur actio sicut illa que sunt in tempore materialis que nullam habent quietem. quedam autem sunt quibus debetur actio quia non habent quietem sunt quantitates vel qualitates magis nate sunt sustinere actionem quam agere sicut patet de superficie et linea quia actio non est cum quiete tamen non est quietis ubi non est actio sed tempus est quantitas ergo non habet naturam agendi ergo non est causa generationis nisi habeat naturam actionis. — Item omne quod est primum actionis et tamen generationis aut in aut sub sibi aut qualitas vel materia quod sic videtur. sed tempus nullum horum et quia est mensura rerum que

sic testatur hoc ergo tempus non est primum actionis ergo non est causa generationis. — Ad oppositum est auctoritas Aristotelis dicentis quod tempus per se est causa corruptionis per accidens est causa generationis et hoc dicit in IIII Physicorum ergo tempus est aliquo modo causa generationis. — Ad rationes dicendum quod aliquid est causa generationis dupliciter. uno modo quod est primum a quo elicitur quod est generatio et actio que ei debetur sicut patet vel celum. alio modo quod est mensura rei quod dicitur causa generationis. hoc secundo modo tempus est causa generationis quia cum est mensura primi motus per motum autem primi mobilis venit influxus virtutis per quam educuntur virtutes inferiores ad operandum quam sic dicit Aristoteles in libro de generatione. ablatio celi addit generationes quam in quantum est ideo tempus dicitur causa generationis. — Consequenter queritur quia in hiis inferioribus est tempus causa corruptionis per se generationis per accidens sicut dicit IIII Physicorum. et videtur quod hoc non sit verum racione talis tempus non dicitur causa corruptionis nisi quia est mensura motus alicuius rei que inducit corruptionem sicut per suam absenciam. cum est primum mobile sed hoc sicut absens inducit corruptionem sic presens generationem utrumque vero mensurat tempus ergo si per se est causa corruptionis sic per se erit causa generationis et si per accidens erit causa corruptionis et per accidens erit causa generationis et econverso. — Item ad corruptionem rei primo requiritur corrupcio et motus primi. sic ad generationem et sic res ad corruptionem indigent tempore sic ad generationem ergo sicut corruptionis tempus causa est tempus quia sub tempore sic illud tempus erit causa generationis per se. — Ad oppositum est quod hoc dicit Aristoteles quod tempus per se est causa corruptionis et generationis per accidens quia quecumque sunt in tempore corrumpuntur et tabescunt. — Item omne excellens est causa corruptionis sed tempus est mensura excellens ergo per se est causa corruptionis. — Ad hoc dicendum quod tempus duobus modis consideratur. uno modo per comparationem ad motum quem mensurat alio modo per comparationem ad virtutem activam rei moventis que per suam appresenciam est causa generationis et per absenciam est causa corruptionis et sic est generationis et corruptionis per accidens quia cum non habet virtutem inmissam corrumpendi et generandi et non sic non dicitur causa per accidens quia sub eo fit res et corrumpitur quia non comparatur ad motum et motus est causa corruptionis per se generationis non per accidens ideo tempus est causa corruptionis per se generationis non per accidens quia per hoc quod est per se causa corrumpens non est causa eius per accidens quia scilicet est mensura eius quod per accidens est causa generationis ideo est causa ei per accidens activitas modo vero est causa corruptionis sicut dicit Aristoteles quia motus facit distare quod est et ad corruptionem per se requiritur distancia primi motoris quia vero ad generationem requiritur unio immediate cum forma hoc autem non facit motus sed est una in unione quia dum est motus non est unio sed in motum esse post esse unio et ideo motus per accidens est causa generationis et quia tempus nichil facit nisi per motum ideo tempus cum sit mensura est causa generationis per accidens activitatis. unde Aristoteles non posuit tempus esse causam corruptionis per se sed per accidens solum et ita solutur et accipitur hoc ideo solo ab animo. — Consequenter queritur utrum tempus per virtutem sibi inmissam sit causa diversitatis generationis et corruptionis et videtur quod sic racione talis. primum actionis est medium actionibus ergo illud actionis quod est causa generationis et corruptionis habet aliquam virtutem per quam agit. sed tempus est huiusmodi ergo habet virtutem inmissam per quam agit. — Ad oppositum est hec racio maiorem accessum habet ad generationem et corruptionem motus quam tempus sed motus non habet virtutem inmissam generandi vel corrumpendi sed solum est via in generatione et corruptione ergo multo fortius tempus non habet virtutem. — Ad hoc dicendum quod tempus habet virtutem inmissam per quam sit causa generationis vel corruptionis unde motus sed solum est via in generationem et corruptionem et tempus solum cum sit eius mensura per accidens. — Ad

ratione dicendum quod actiua quedam sunt actiua sicut ea que sunt in genere qualitatis, in illis enim requiritur virtus generatiua. Alia vero sunt que non sunt huiusmodi sicut quantitates, quia quantitatis non est contrarium(?). Non sunt causa motus nisi quia sustinent motum et consequuntur in istis motibus. Tempus autem est quantitas et ideo non debetur ei virtus motiua. Manifestum est ideo in talibus motibus. Quarto queritur per quam virtutem dicto tempore causa corruptionis est, scilicet aut per superiorem aut per inferiorem. Et videtur quod per superiorem, ideo tale tempus est causa generationis et corruptionis per virtutem illius motus quem motum primo mensurat. Sed primo mensurat motum primi mobilis, ergo est causa generationis et corruptionis per virtutem illius, ergo per virtutem superiorem. Et confirmatur per hoc quod dicit Aristoteles in ii de generatione; dicit enim quod solum per allationem in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis. Item ideo tempus mensura est durationis generationum et corruptionum, ergo cum sit causa generationis et corruptionis aliquo modo hoc erit per virtutem communem(?) sed hec non est nisi celestis, ergo per virtutem celestem est tempus causa generationis et corruptionis. Ad oppositum est, ideo tempus est causa generationis et corruptionis quia est mensura motus sequentis ipsum et operationes mobilium, ergo per virtutem illarum rerum que immediate inducunt generationem et corruptionem est causa generationis et corruptionis. Sed hee sunt virtutes inferiores, ergo tempus per virtutem inferiorem est causa generationis et corruptionis. Ad hoc dicendum quod tempus est causa generationis et corruptionis per virtutem superiorem primi mobilis mediate. Ad rationem dicendum quod tempus habet duplicem virtutem: unam radicalem primam et hanc habet a superioribus, aliam propriam diuersitate secundum diuersitatem rerum inferiorum agentium. Et huius cum duabus comparatur una virtus in tempore prout cum mensurat ei per virtutem superiorem, cum prius mensurat motum superiorem et postea per hunc motum inferiorem. Et per hoc soluitur questio que querit utrum hec virtus una sit vel plures. Et dicendum per auctorem quod una est et consistit in tempore, sed qua sunt multe partes sicut multe stelle sunt, tamen una est. Et dicendum quod hec virtus fluit a stellis primi orbis et planete recipiunt ab eis et influunt nobis. Quarto queritur quid aliqua indigeant in omni tempore generandi, in quibus sic et in quibus non. Et videtur quod planta non indiget temporibus anni ad suam generationem, quia Aristoteles dicit sic hic in libro de plantis: oportet ad vegetabilia fortiores sunt in plantis quam in aliis, sed in quibus est fortior virtus generatiua minus indigent virtute temporis. Ad oppositum est quod dicit Aristoteles quod planta indiget temporibus anni ad suam generationem, sed Rufus dicit quod sol est pater plantarum, terra vero mater, et Pythagoras dicit quod terra est mater nutritiua, sol vero pater. Item fructus fit in plantis ex superfluitate nutrimenti et ad hoc requiritur virtus fortis eo quod nutrimentum grossum, sed hec virtus non est nisi virtus celestis que venit per influentiam solis, ergo plante plus indigent generatione temporibus anni. Ad hoc dicendum quod plante indigent temporibus, alia vero non omnia, quia homo non multum indiget temporibus anni, et causa est quia plante multum accedunt ad naturam elementorum et generata ex putrefactione et ideo indiget temporibus anni ad hoc ut generent. Alia vero et magis et magis perfecta sicut homo distant a natura elementorum et ideo non indigent temporibus anni quia generant sufficienter ex virtute celesti in eis et imprimit super elementa et corpora primo in eis. Ratio autem est quod ponit philosophus quod omnia producuntur ex calido et humido. Plante vero frigide sunt et ideo per calidum et humidum

et tactis ad generationem prouocantur. Quinto queritur etiam in quo tempore magis indigeat generatio in homine, aut in hyeme aut in estate. Et videtur quod in hyeme, ideo talis primum generationis est fortitudo caloris, sed calor fortior est in hyeme quam in estate, ergo magis indiget in hyeme quam in estate. Item ideo fortitudo generationis consistit in multitudine spermatis et humiditatis, sed hyems magis humidat, ergo generatio magis indiget in hyeme. Ad oppositum est, ideo nullo tempore magis indiget generatio in quo alia magis stimulantur ad coitum, sed hoc est in estate, ergo etc. Et ratione huius queritur propter operationem virtutis nutritiue magis indiget in hyeme, operatione vero virtutis generatiue magis in vere et in estate. Ad hoc dicendum quod in vere magis indiget generatio, postea in estate, tertio in autumpno, ultimo in hyeme. Ad rationem dicendum quod operatio vegetatiue duplex est: una est que fit per conuersionem nutrimenti et plus indiget in hyeme; alia vero est operatio vegetatiue que fit per expulsionem superfluitatum a corpore, sed hec magis indiget in estate, et causa est fortitudo caloris mouentis ad circumferentiam et sic excitantis ad expulsionem, et sic in hyeme reclusus in centro corporis et ideo plus indiget operatione virtutis nutritiue, et sic videntur tempora duplici operationi et utrique adiuuant. Consequenter queritur in qua regione sit homo magis generationis. Et videtur quod in regione frigida, ideo talis fortitudo generationis sequitur ad fortitudinem caloris, sed in frigida regione maior est calor; probatio autem quia nimia caliditas in calidis regionibus soluit calorem naturalem et inducit debilitatem virtutum. In frigida vero regione clauduntur pori corporis et clauditur calor naturalis intus, ergo in frigida regione fortior est generatio. Item ideo fortitudo generationis consistit in fortitudine spermatis cum fortitudine caloris, multitudo vero spermatis consistit in multitudine nutrimenti, sed hoc accidit in frigidis regionibus maxime, ergo in illis est fortitudo generationis. Tertio generatio est operatio virtutis naturalis, et dicit Auicenna vegetabilis operatur secundum naturam, sed fortiores virtutes naturales fortius operantur in regione frigida, probatio autem, ergo generatio fortior est et frequentior in hyeme quam in estate. Ad oppositum est, ideo ad fortitudinem generationis requiritur calor stimulans, quia sicut augmentat sic generatio procedit a calore, ergo magis fiet in terris calidis quam frigidis. Sed videmus quod homines calidiores sunt promptiores ad coitum. Hoc etiam probatur per Galenum in complexionibus, quia sicut est de complexione sic de regione et etate, sed homines complexionis calide et sicce plus stimulantur ad coitum quam alii et etate iuuentutis, ergo in regione calida plus viget generatio. Ad hoc dicendum quod homines calide regionis minus generant quam homines terrarum frigidarum propter fortitudinem caloris et humiditatis in eis(?). Ad rationem dicendum quod actio caloris est duplex: una est prima calefactio et caloris excitatio, alia vero est sua resolutio et consumptio. Prima actio excitat calorem in terris frigidis temperatis vel in aliquantulum temperatis, secunda vero excitat in terris calidis, et ideo homines in terris calidis propter resolutionem factam a calore multum debilitantur. Ad rationem ex parte tale dicendum quod colerici multum appetunt coitum quia spiritus stimulantur a calore, et si cogantur multum nocumentum recipiunt sicut vult Galenus. Ad tertiam rationem dicendum quod non est sic de complexione et regione, quia complexio ... fortis augetur generatio, si vero regio multum excellat in calido multum debilitat complexionem quia actualis est. Sic vero est sicut de tempore et complexione, quia in vere excitatur caliditas naturalis et fit generatio in estate nec fit in tempore tali resolutiuo et

non deficiat generatio. Consequenter sic proceditur, queritur in quo sexu prius incipiat virtus generatiua operari, et queritur propter quid femina prius incipiat quam masculus generet, quia masculus non generat nisi in xiiii anno, femina vero concipit in anno xii vel circa. Et videtur generationis totalis primum generationis est fortitudo caloris, ergo cum maior sit calor in masculo quam in femina prius generabit masculus quam femina concipiet. Contrarium dicit Aristoteles quod femina prius apta est ad generationem. Ad hoc dicendum quod femina prius apta est ad generationem sicut vult philosophus, et causa huius duplex est: una est ex parte materie quia in femina multa est humiditas et calor paucus, et ideo statim superfluit humiditas in eis que est apta generationi. In masculis vero est calor fortis et humiditas pauca, et ideo tota humiditas illis sufficit membris complendis et ideo totaliter in membris conuertitur et inde non deueniunt in eis ad superfluum quod fit aptum generationi. Alia causa est ex parte efficientis, quia prius effectum debet esse fortius quam passiuum, et ideo masculus diutius expectat complementum membrorum antequam membra sufficiant ad generationem. Item queritur propter quid citius accidit decessio operis virtutis generatiue in masculis et feminis, quia femina citius desinit concipere quam masculus generare, quia femina non ultra xl vel xlv annos potest concipere, masculus vero potest usque ad lxx annum generare. Ad hoc dicendum quod velox desitio conceptionis in femina est propter duo: unum est propter caloris debilitatem in ipsa et ideo citius desinit concipere, masculus vero diutius generat propter fortitudinem caloris. Alia causa est mollities carnis et membrorum cum debili coagulatione caro liquescit. Caro vero femininarum mollis est et debiliter coagulata et ideo cito marcescit, masculi vero dure compositionis sunt et ideo tarde consumuntur. Cuius signum est quod femine citius senescunt quam masculi. Tertio queritur propter quid masculus fetus in utero citius mouetur, femina vero tardius, et ideo videtur contrarium accidere. Ad hoc dicendum quod causa huius est quia, sicut dicit Auicenna, membra augmentantur secundum omnes diametros et maxime in longitudine, quia sicut dicit in Pantegni ad augmentationem etatem non est augmentum nisi in augmento requiritur diuisio secundum omnes diametros. Ad hoc etiam requiritur mollities membrorum, quia membra femininarum mollia sunt valde, ideo cito extenduntur; membra vero masculorum dura sunt et ideo tardius extenduntur. Primo vero magnitudo cito accidit quia sunt molles compositionis propter sperma perfectum(?) coagulationis, sed dum utrumque sperma scilicet masculi et femine sit debent fortiter membra masculi et femine in utero molle utrumque est et obediens distensioni et inflammationi, et quia calor in masculo fortior maior est ideo cito distenduntur membra eius et fortiter. In femina vero calor minor est et humiditas maior, ideo tardius coagulantur membra in ea dum est in utero propter humiditatis multitudinem et caloris paucitatem, et ideo tardius mouetur in femina. Causa vero in masculo propter eandem causam in contrarium est utrumque et uterque sic exprimitur. Consequenter queritur in qua etate sit equus magis aptus ad generationem, et videtur quod in iuuentute, probatio talis: ad perfectionem generationis requiritur copia spermatis et fortitudo caloris, sed hec magis habundat in iuuentute, ergo equus iuuenis magis aptus est ad generationem. Item ratio: sperma est superfluitas ultime digestionis, perfectio vero digestionis sequitur perfectionem nutrimenti. In iuuentute autem est nutrimentum perfectius, ergo et generatio perfectior erit. Tertio ideo sperma est ineptum ad generationem propter multam siccitatem et multam aquositatem, sed in senectute utrumque

istarum dispositionum accidit in spermate quia siccitas valde accidit et humiditas aquosa propter indigestionem, ergo in senectute non potest equus generare. Ad oppositum est auctoritas omnium expositorum dicentium quod equi in senectute producunt optime filios. Ad hoc dicendum quod equus senex est aptus ad generationem, et qui hoc dicunt decipiuntur in etate equorum: credunt equos esse in senectute dum adhuc sunt in iuuentute; viuunt enim equi usque ad xxxv annos et tamen pueri sunt ad annum iii iuuenes, et adhuc credunt esse senes eo quod multum fatigantur propter laborem. Rustici autem dicunt quod equi senes faciunt filios bonos propter duriciem et siccitatem spermatis, iuuenes vero non propter humiditatem et humiditatis spermatis. Victoria(?) ideo est prior(?) sequentis(?).

Et oportet autem eo quod diximus. Propter quod determinat auctor de diuersitate generationis animalium in generali. In hoc 6° libro determinat de diuersitate generationis animalium in speciali. Diuiditur autem liber iste in 4 capitula principalia. In quorum primo determinat de modo generationis volatilium. In secundo ibi "Etiam diximus quod omnes pisces", determinat de modo generationis natatilium. In tertio ibi "Et modo volumus loqui", determinat de modo generationis ambulantium. Primum capitulum continet ad presentem lectionem. Diuiditur autem hoc capitulum in 8 partes. In quarum prima agit de modo generationis. In 2a ibi "et oua auium", agit de dispositione ouationis. In 3a ibi "quando gallina cubat", agit de cubatione auium. In 4a ibi "oportet generatio pullorum", agit de generatione pullorum. In 5a ibi "et gemelli inueniuntur", agit de generatione pullorum gemellorum. In 6a ibi "et columbe pullificant", agit de diuersitate pullificationis in diuersis. In 7a ibi "et tempore auium testiculi", determinat de dispositione testiculorum et tempore coitus. Et hec est diuisio partis. Circa partem istam primo occurrunt querenda. Primum est quibus aliis debetur ouatio et de necessitate ouorum. Secundum est de generatione oui. Tertium est de diuersitate partus oui. Quartum est de modo generationis in auibus. Circa primum sic proceditur: queritur quibus debetur ouatio et quibus non. Et videtur quod animalibus volantibus non debetur; ratio talis: in generationis actione quanto subtilior est et minor tanto citius ad perfectionem deducatur et compleatur. Unde dicunt auctores medicine quod fetus masculus citius formatur et completur in utero quam femine. Sed in auibus est in generatione subtilis et leuis valde, ergo fetus cito ad perfectionem deducatur. Sed illis non debetur ouatio quorum fetus cito completur in utero; sed volatilia sunt huiusmodi, ergo volatilibus non debetur ouatio. Item sicut se habent alia ad volatilem motum sic ad volantem generationem, quia que sunt velocioris motus sunt velocioris generationis, sed volatilia sunt velocissimi motus, ergo sunt velocis generationis. Sed in quibus est velox generatio et fetus fortiter completur, ergo in volatilibus non est necessaria ouatio. Tertio sicut se habent volatilia ad motum exterius ita se habent ad complementum generationis, quia cum exeunt ex utero statim cum complentur statim mouentur, ergo in utero statim complentur; sed in quo complentur in utero nulla est indigentia, non ergo in volatilibus necessaria est ouatio. Ad oppositum est, quia omne animal cuius fetus in utero complementum non recipit indiget operatione aliqua per quam extra uterum compleatur, sed volatilia tardata et repletia sunt huiusmodi, ergo indigent operatione per quam fetus eorum extra

[illegible]

[illegible]

[illegible]

z de sanguine menstruo cedit in naturam fetus. s. i. nutrimentum et in uirtutem ipsorum per eam sicut in plumas galline uel pulli mittitur et ex nutrimento sanguine menstruo residuum non est in pennas et ungues et rostrum. hec autem ad presens sufficiunt.

[E]tiam diximus quod omnes pisces.

Postquam determinauit auctor de diuersitate generationis animalium uolantium. In hac parte determinat de diuersitate generationis natatilium diuiditur autem hec pars in duas. In quarum prima agit de diuersitate generationis animalium natatilium. In secunda ibi et non faciunt fetum. determinat de diuersitate generationis in aliis a parte ipsorum coitus. prima pars in duas diuiditur. In quarum prima agit de diuersitate animalium producentium sicut ex sibi. In secunda ut ibi Et quidam pisces generantur. determinat de diuersitate generationis animalium generatorum ex putrefactione. prima iterum pars in duas diuiditur in 3es. In quarum prima determinat de diuersitate generationis in aliis generantibus per ouum. In secunda ibi et delfin et ballena. determinat de generatione quorum animalium carentium ouo. In tertia ut ibi pisces non ouantes redit ad determinationem eorum que per ouum producuntur. prima iterum [illegible]

[illegible]

tellum. In piscibus non quia non est indigentia ante litus sicut in ovantibus, quia ipsi non sunt pisces viventes nec sunt ambulantia et natantia sicut celeti non est visibilia bifurcatio visibilia. quidam tamen ponunt utrumque in piscibus sicut in volatilibus quod tamen non credimus et hec sufficiant.

[D]e modo volatilium loquitur de alis ambulabilium.

Postquam determinatum est de membris generationis animalium volatilium et natatilium, hic determinat de membris generationis ambulabilium. Et dividitur ... In quarum prima dicit de membris generationis animalium ambulabilium ... agit de membris generationis ... specialiter ...

[illegible]

femina fugit masculum post coitum praeter mulierem. Sed mulier post conceptionem plus appetit coitum. — Ad hoc dicendum quod in feminis aliquorum animalium est pauca superfluitas. In femina vero humana multa superfluitas est, cuius maior pars delegatur ad mamillas. Alia vero mittitur ad fetum in matrice. Etiam vero exit propter pravitatem intellectus humiditatis [illegible]. In femina humana apparet humiditas spermatica [illegible] multa, quae mordicat et vacat, non tamen exit post conceptionem, clauditur os matricis, ideo quod [illegible] exit appetit coitum propter humiditatem spermaticam mulieris [illegible] contenta. — Secundo quaeritur utrum parentes cohaereant secundum involutionem, ut quidam putant, a principio eius quod fit unum corpus habens duo capita. — Ad hoc dicendum quod alia tempora sunt corporis rotundi et non secundum longum, non convenienter [illegible], et quod involvuntur et convertuntur et ita cohaerent per involutionem et [illegible]. — Tertio sic proceditur et quaeritur quibus ventis sit generans magis et magis adiuvans generationem, aut austro aut boreali, et quid magis iuvat ad generationem masculi et quis magis ad generationem feminae. Et videtur quod austri, forte [illegible] generationi, quia ratio talis generatio debetur viventibus ut vita continuetur in suo simili, et ideo quod est principium vitae in iuventute est principium vitalis in simili. Sed principium vitae est calidum et humidum, ergo ventus ille cum complexio est calida et humida oportunus videtur. Huiusmodi vero est auster, ergo ventus austrinus maxime iuvat generationem, borealis vero ventus habet qualitates vitae contrarias, ergo eam maxime corrumpit. — Item ratio dicit Galienus quod omnia generantur ex calido et humido, ergo qui [illegible] accipit ad has qualitates multum operatur ad generationem, sed austrinus est huiusmodi, ergo et cetera. — Tertio ratio est in [illegible] sicut dicit Avicenna: sed calor naturalis est substantia calida procedens a corde, ergo ventus qui est ei conformis maxime cum confortat. Huiusmodi est ventus austrinus, ergo huiusmodi est maxime causa generationis, cum generatio sit opus virtutis naturalis. — Quarta ratio sperma est superfluitas quae ex nutrimento decinditur et per humiditatem nutrimenti calida est et humida, ideo quod magis est forte generativum et multum spermatis est causa multis generationis. Sed ventus austrinus est huiusmodi, ergo est causa multis generationis magis quam alii venti. — Quinta ratio sicut in terra generantur ipsae plantae sic alia in matrice, sicut dicit Plato. Sed principium generationis plantarum est ventus austrinus, ergo similiter in aliis principium generationis est ventus austrinus. — Ad oppositum est quod dicit Philosophus, quia dicit quod causa generationis feminarum ventus austri, masculorum vero ventus septentrionalis. Sed in generatione masculorum forte videtur generativa. Sed aut est flante vento [illegible] austro, ergo ventus septentrionalis est causa multis generationis. — Item ratio propter fortitudinem virtutis talis actio fortior [illegible] in eius opposito et tunc multum eius opus. Sed generatio est opus virtutis naturalis, et dicit Avicenna quod virtutes naturales in septentrione confortantur, in vento vero austrino debilitantur, ergo propter ventum borialem multiplicatur generatio in aliis. — Tertio ratio sic: est de regione et vento procedente ex regione, sed regio [illegible] calore naturali confortatur, quia confortatur eius opus et generatio. Propter quod ergo venti similiter procedentes ab eadem regione calorem naturalem et virtutem confortabunt et propter consequens virtutis generativae et multiplicatur generatio in septentrione. — Quarta ratio nullus ventus [illegible] corpora aliis ad finale corruptionem quae est putrefactio et causa multae generationis, sed ventus austrinus est huiusmodi, ergo non est causa multae generationis. Maior dicunt auctores medicinae, quod ventus austrinus est causa putrefactionis, sicut patet in piscibus et extractis et carnibus non salitis. — Quinta ratio generatio fit ex spermate posito [illegible] carente superfluitatibus, nam quando multae aggravant superfluitates in corpore cessat generatio, sicut patet in homine pingue et reple-

to, ergo ventus qui est causa aggregationis superfluitatum in corpore impedit generationem. Sed ventus austrinus est huiusmodi, quia replet caput superfluitatibus et totum corpus repletione, ergo impedit generationem. — Ad hoc dicendum quod fit generatio per ventum austrinum sed potius per borialem. Et non ventus austrinus plus praestat opportunitates, borealis vero plus confortat calorem naturalem et virtutes naturales, et causa est quia claudit poros et facit calorem intus retineri et sic confortatur. Austrinus vero relaxat liquefaciendo membra, et propter hoc ventus borealis est causa generationis masculorum, austrinus vero feminarum. — Ad rationem primam dicendum quod caliditas et humiditas est duplex: quaedam naturalis et haec conservat vitam, sicut innata conservat [illegible] simile et iuvat ad generationem et operatur ad vitam in simili. Alia vero est accidentalis et ista non confortat, aliquando eius oppositum, ut vitam conservat, quia in tempore calido aestatis resolvitur calor naturalis et similiter est de humiditate superflua. Dicendum est ergo quod primus calor, qui est essentialis, operatur ad generationem, alius vero non. Et propter hoc dicit Haly quod calor naturalis est principium longae vitae, et sic per hoc resolvitur secunda et tertia ratio. — Ad quartam rationem dicendum quod caliditas et humiditas spermatica est naturalis, caliditas vero et humiditas venti austrini est accidentalis et talis non operatur ad generationem. — Ad quintam rationem dicendum quod generatorum quaedam generantur ex simili ut homo ex homine, quaedam ex dissimili, ut generantur ex putrefactione animalia sicut vermes, et ad eorum generationem operatur ventus austrinus, quia ille inducit putrefactionem. Generatorum vero ex simili quaedam habent calorem debilem, sicut planta, et propter hoc indiget calore et humore, et ideo ad eorum generationem operatur ventus austrinus. Quaedam vero habent calorem fortem et humiditatem, et propter hoc non exigentur vento austrino, sed magis septentrionali qui consolidat et coadunat partes eorum, sicut videmus in hominibus, et tunc ventus operatur ad generationem aliorum. — Quinto quaeritur ratione huius propter quid catuli excaecantur per IX dies et quandoque plus et quandoque minus. — Ad hoc dicendum quod catuli in ipsa aetate multum humidant humiditate et tamen cerebri [illegible] superfluitates per oculos vero emittuntur largiter, et propter hoc repletur nervus ille ita quod virtus visiva ad oculos completur nervus ille, ideo quod virtus visiva per spiritum ad oculos non delegatur. Quando vero exsiccatur cerebrum et nervorum cessat oppilatio, tunc venit virtus ad organa et videt, et hoc aliquando fit in IX diebus, aliquando in paucioribus et quandoque citius, et ita dicendum est.

Natura animalium et generatio eorum est. Postquam determinavit in praecedentibus de dispositione animalium et membris eorum a parte modi generationis eorum, in hac parte intendit determinare de diversitate operationum animalium quantum ad operationes duplices, scilicet naturales, quae consistunt in consueta regione vitae, et aliae sunt voluntariae, quae consistunt in consuetudine. Ideo dividitur haec pars in duas. In prima parte, scilicet in hoc septimo libro, intendit determinare de diversitate operationum naturalium in animalibus, quae consistunt in regimine vitae. In secunda parte, scilicet in octavo libro, intendit determinare de diversitate operationum animalium voluntariarum, quae consistunt in regimine consuetudinis. Prima pars, tenet septimum librum, dividitur autem liber iste in duas partes. In quarum prima determinat de diversitate regiminis vitae animalium. In secunda ibi: Et egritudines animalium, determinat de conditionibus et dispositionibus quae sequuntur regimen vitae, cuiusmodi sunt sanitas et aegritudo. Prima iterum dividitur in duas. In quarum prima agit de regimine vitae animalium a parte acquisitionis nutrimenti. In secunda ibi: Et quidam homines latent in yeme, determinat de regimine vitae in generantibus per motum. In secunda ibi: Et quadrupedes generantia, determinat de regimine vitae in animalibus producentibus similia. Sed ista divisio habet liber per capitula et sunt in hoc . [illegible]

capitula prima [illegible] sicut patet per divisionem. In primo autem capitulo intendit auctor declarare de regimine vitae in animalibus generantibus per motum, dividitur ergo capitulum in tres partes. In quarum prima determinat de regimine vitae in animalibus natantibus. In secunda ibi: Hoc loquamur de avibus, determinat de regimine vitae in reptilibus. Prima vero istarum spectat ad praesentem lectionem, dividitur autem in duas partes. In quarum prima determinat de diversitate regiminis vitae animalium secundum processum generalem. In secunda ibi: Et diversificantur animalia, de regimine vitae animalium secundum processum specialem. Prima iterum dividitur in duas. In quarum prima determinat de diversitate generali animalium. In secunda ibi: Et cibus non convenit animato, tangit ordinem rerum naturalium ad invicem. Sed pars principalis dividitur in duas. In quarum prima agit de diversitate animalium natantium, praeter eorum terrestrium et praeter aquaticorum. In secunda ibi: Et malachia, agit de diversitate animalium nantium omnino aquaticorum, et haec est divisio huius lectionis et sunt in universo quattuor partes ut patet. — Circa partem istam sunt inquirenda. Primo est de ordine rerum naturalium ad invicem sicut viventium et animalium et plantarum. Secundum est de medio et non ei convenienti animalium. Tertium est de natura. Quartum est de virtute regitiva. Quintum est de diversitate nutritionis animalium a parte receptivi nutrimenti. — Circa primum sic proceditur et quaeritur primo. Et primo est de ordine non viventis ad viventia, scilicet utrum medium eorum sit medium ... secundum utrum medium inter animalia et plantas sit medium. Tertium est utrum medium sit a parte speciei aut a parte oppositum. Quartum est quibus corporibus debetur vita et quibus non. — Circa primum quaeritur: de quibus corporibus debetur vita cum cognitione, et est ... sit dare vitam et cetera non. Et est dare contradictionem, ergo est utrum viventes non plus sit non viventi. — Circa primum sic proceditur et quaeritur utrum medium animatum et non animatum sit medium inter viventia et non viventia, et videtur quod sic ratione talis: In omnibus agentibus secundum ordinem naturalem est processus ab extremo ad extremum per medium, quamvis sit insensibile, sed natura procedit paulatim et secundum ordinem, ergo in processu suo a non vivente ad viventia, quae sunt quasi extrema, procedit per medium, ergo medium hoc generationis est medium. Et medium hoc est ratio [illegible] secunda ratio. Sicut est ordo in corporibus animalibus, sic in viventibus est ordo. Sed universum sic ordinatum est quod sunt quaedam in corpore sicut intelligentiae, quaedam vero omnino corporalia sicut elementa et mixta ex eis, quaedam vero media sicut medium haec sicut corpora supercaelestia, ergo ex eodem modo medium inter vivente et non viventem et inter spiritualia et non spiritualia. Haec confirmatur per hoc quod habetur in libro De fonte vitae, quod in complexu entium rerum quaedam spiritualia sicut intelligentiae, quaedam vero penitus corporalia sicut corpora inferiora simplicia et composita, quaedam vero media habentia sicut media corpora caelestia, quae partim habent conditiones corporales, partim vero spirituales. — Tertia ratio dicit Philosophus in libro illo [illegible] spermata est et corpora caelestia sunt propter elementa, elementa propter mixtum, mixtum propter vegetabile, vegetabile propter animal, animal propter hominem, in quo est status totius naturae. Sed inter haec est ordo ita quod ab uno extremorum non est devenire ad aliud sine medio, sicut a caelo ad aerem sine igne positio quod habet medium corporis superioris et ab igne ad aquam per aerem medium, qui habet medium quodam igni, ergo similiter a non vivente ad vivente non est devenire nisi per medium, ergo medium ipsum est medium. — Ad oppositum est haec ratio. Sicut se habent contradictionis generalis ad invicem, quod inter eos non cadit medium, similiter inter viventes et non viventes, qui sunt contradictionis specialis, non est. — Item ratio res naturales et spiritu veri sunt in parte propter complexionem ordinationis suae et distinctionem, ergo cum quaedam sunt viventes, quaedam vero non viventes, omne vivens est distinctum a non vivente et cum ista duo erunt in

participatione permixtione, ergo medium viventis et non viventis non cadit aliquo modo in natura medium. — Ad hoc dicendum quod inter viventes et non viventes est aliquo modo medium, sicut ostendunt rationes, nam sicut dicit Gregorius, natura ordinate procedit et ponit medium inter viventes et non viventes, medium autem inter animatum et non animatum cuiusmodi est planta et fungus et tuber. Unde Philosophus in libro De plantis dicit quod fungi et tuberes sunt plantae carentes radicibus, medium vero inter plantas et animalia est spongia marina. — Ad primam rationem dicendum quod inter ens et non ens est aliquo modo medium aliquo modo non, nam sicut dicit Avicenna et auctor De causis, non ens dupliciter est: uno modo dicitur non ens quod non est omnino nec habet per imaginationem entis sicut secundum Anaxagoram per quod contrariorum ex parte non [illegible] omnia cum ut in [illegible] non ens et ens, non est nec medium nec medium. Alio vero non ens quod est non ens actu, ens tamen potentia, sicut in principio quae secundum generationis secundum philosophos naturales per conversionem facta. Secundum est non ens quod est actu unum non actu vero aliud, sed in potentia sicut est primo forte in semine et hoc non ens secundum Avicennam, ergo medium per non ens et ultimum est medium sicut non ens secundum modo dicitur unum pro positum in principio medium inter aliquod et nihil. Sicut igne simplicia est reperire medium sicut cum ex aqua fit aer, fit medium quae est vapor quod nec est aqua nec aer. Similiter inter aerem et ignem est medium reperire. — Ad quartam rationem dicendum quod medium est triplex, nam quoddam est medium sicut in constitutione universi, aliud est quod fit permixtione extremorum, tertium est per distantiam ab extremis, aliud est per participationem rerum naturalium et proprietatum. Primo est medium intelligentiae et etiam sicut corpora inter medium quorum primum corpus primum orbis. Secundum est per commixtionem extremorum, sicut tepidum est medium inter calidum et frigidum. Tertium est in virtutibus consuetudinibus sicut logicas et differt ab utroque extremorum. Quartum est medium secundum ordinem naturae et participationem proprietatum, et sic corpus caeleste medium est inter intelligentias et corpora inferiora, quia habet naturam corporalem et tamen inferiora habet et tamen lucens per quod assimilatur intelligentiis, et hoc modo est aliquod medium inter viventes et non viventes, quia aliquid est quod participat proprietatem utriusque. — Circa secundum sic proceditur et quaeritur utrum inter plantas et animalia sit medium, et videtur quod sic ratione tali. Magis distant animata ab inanimatis quam animata ad invicem, sed inter animata et inanimata est medium sicut dictum est, ergo multo magis inter plantas et animalia est medium. — Item ratio omne quod participat dispositiones medium inter aliqua extrema est medium inter ipsa, sed aliquid est quod partim disponit alias partes animalis et partim plantae sicut spongia marina secundum Platonem, ergo inter animalia et plantas est aliquid medium. — Ad oppositum est haec ratio. Medium in rebus generalibus procedit per conversionem extremorum, sicut videmus in [illegible] et aliis generantibus per commixtionem diversorum individuorum diversarum specierum, sed inter plantas et animalia non potest esse huiusmodi medium, ergo inter haec non est medium. — Ad hoc dicendum quod inter plantas et animalia est medium. — Ad rationem dicendum quod medium multiplex est sicut dictum est. Dicimus ergo quod inter animalia et plantas est medium secundum ordinem naturae et participationem proprietatum utriusque extremi, et est spongia, nam nutritur sicut planta et habet partes radicales sicut animal, et habet ad similitudinem cum animali anima et habet quaedam extrema similia foliis plantarum, et ita secundum medium est participationem proprietatum. — Circa tertium sic proceditur et quaeritur utrum id medium de quo fit mentio sit a parte speciei aut ex parte oppositum. Et videtur quod dicatur a parte [illegible] ad

111

speciem et non quantum ad operationes. Ideo tales operationes et virtutes a quibus operationes eliciuntur fundantur in primis qualitatibus ut formis et speciebus; ergo ipse operationes sequuntur speciem et formam propter hoc. Tertio, ergo modo est in potentiis ratione speciei et forme et non ratione operationum. — Quarto, ideo dicit auctor in libro de morte et vita: est actus primus et omnes alii actus in vita fundantur et propter vitam remanent et sunt propter eius conservationem. Secundum modum in attenditur primus actus primo …; alii vero actus eliciuntur immediate a formis et speciebus; ergo participatio medii attenditur quantum ad formas et species non autem quantum ad operationes, quia non est gradatio in actibus sicut in sit gradatio in primis, et non est gradatio in primis nisi quia sit gradatio in formis et speciebus; ergo medium ista primis formis speciei attenditur. — Tertio, ideo forma que est primus actus requirit dispositionem sibi propter quam in sit ei et ad diversitatem formarum sequitur diversitas corporum recipientium. Sed videmus in corporibus mediis inter animalia et plantas quia habent partes proportionales plante sicut quosdam ramos similes et habent aliquas partes proportionales animali, sicut ad cranium in quo fundatur anima; cum diversitas non sit a diversitate speciei, medium inter viventes et non viventes attenditur quantum ad speciem et formam et non quantum ad operationem. — Ad oppositum est, quia ideo sicut dicit Aristoteles, differentie que sunt sub aliquo genere sunt contrarie ad invicem separate vel ad id quod est sub una differentia ad aliam non reducitur et sunt segregata in medio et huius non est contra, sed differentie predicte in primis radicantur, ergo a parte primorum … non est medium; ergo si est medium est a parte operationum. — Quarto, ideo si esset medium in hiis que dicta sunt secundum speciem et formam, necesse est quod corpus … quorum unum participaret vitam et aliud careret eadem. Sed omnino in duo non possunt habere; ergo si ad unum sit medium necesse est esse medium per aliquas proprietates … et per operationum participationem; ergo medium habent circa primas operationes et non primas formas et speciem. — Ad hoc dicendum quod gradatio dicitur in specie. — Ad rationem primam dicendum quod differentie segregantur … genus et speciei medium se est dupliciter … generis et propria … Licet dicatur quod aliquod constitutum est sub genere et partem est huius tamen unius differentie et partem alterius et per hunc modum non segregatur una species ab alia. Alia vero est … propria que segregat propria differentiam et speciem a genere quantum ad primam que generis est potest esse aggregatio duarum differentiarum in eodem et sic potest sub unum esse segregatio viventis et non viventis et sentientis et non sentientis in eodem, sed non quantum ad propria unum. — Ad secundam rationem dicendum quod non est eadem res habens vitam et carens vita per hoc quod componatur ex diversis formis, sed quia una forma perficitur que habet proprietatem utriusque … formarum … in corpore et distantes ab eadem … sunt in corpore … vitam secundum quod distat ab ipsa participat vitam et dat eam … in celo quod per influentiam a superiori dat vitam et quia non omnino distat a materia corporali ideo dat vitam et sufficientem et completam. — … sic patet quomodo animal corpus debet immediate disponi et quod distancia a contrarietate sit dispositio disponens corpus ad vitam. Ideo tales … accessum et recessum maiorem vel minorem corporis in maiori perfectione vel minori vitam participat; est dispositio ad vitam. Sed distancia a contrariis est hec quia videmus etiam magis … a

contrarietate vita caret et homo distantiam a contrarietate vitam participat et dicit Avicenna quod quanto magis corpus distat a contrarietate tanto magis vitam participat et dicit quod corpus magis distans a contrarietate magis vitam participat. — In ideo temperamentum perficit vitam quia vita in armonia in temperamento consistit et quia dum corpus stat in temperamento vitam custodit. Sed temperamentum facit distantiam a contrarietate quia contrarietas impedit vitam et operationes eius; ergo dispositio temperata per distantiam a contrarietate ordinat ad vitam. — Tertio, ideo corpus viventis ultimum est in … temperatum … resultat ex commixtione omnium elementorum et quanto magis vivit tanto plura ad eius constitutionem concurrunt. Sed in omni corpore ad quod concurrit vivificativa corporis necesse est aliquam dispositionem esse que ipsum conservat. Sed mixtio tenet et ligat elementa contraria in temperamento et formam super temperamentum; ergo sicut forma que vitam dat et tenet et ligat partes corporis, similiter sic a parte corporis est aliquid quod ligat contraria. Sed hoc non nisi temperamentum et distantia a contrarietate; ergo distantia a contrarietate est principium vite. — Ad oppositum est: nulla corpora que ex contrariis sunt composita a contrarietate sunt absoluta. Sed corpora viventia composita sunt ex contrariis; ergo a contrarietate non possunt absolvi; ergo distantia a contrarietate non est dispositio ad vitam. — Ad hoc dicendum quod distantia a contrarietate est principium vite in viventibus, unde dicit Avicenna quod corpora que vitam participant sunt distantia a contrarietate. — Ad rationem dicendum quod secundum Avicennam aliquid distat a contrarietate duobus modis: uno modo quod omnino vacuum est a contrarietate ut corpus celeste; alio modo quia caret excellentia contrariorum et hoc modo est organum tactus distans a contrarietate et hoc modo corpora viventia distant a contrarietate quia sunt complexionis temperate et tale temperamentum disponit ad vitam. — Quarto, quare videtur sit aliqua media inter distantiam a contrarietate et vitam, scilicet unum immediate sit disponens ad vitam, … quod sic ideo tale … recipit vite … in sua dispositione … dans vitam, sed dispositio perfectior … in dans vitam minus vero perfecte recipiens. Sed illa dans vitam est illa quod … sed hoc non est distantia a contrarietate sed ad spiritum et spiritus … non est nisi lux et luminis; ergo distantia a contrarietate non disponit immediate ad vitam; ergo est aliquid immediatius disponens ad vitam. — Quarto, ideo omne corpus dispositum est ad vitam per dispositiones per quas stat vita. Sed vita stat in calido vivificativo … et in motu … minus in viventibus; ergo requiritur calor vivificus … et motus …; sed distantia a contrarietate non inducit aliquas dispositiones sed sola dispositio luminis naturalis hoc est … actione et sola dat calorem vivificum, unde Avicenna: calor igneus celestis vivificat, igneus vero corrumpit; ergo distancia a contrarietate non est immediata dispositio vite sed magis natura luminis. — Tertio, ideo … recipit est similis ei quod dat vitam; ergo corpus ultima vita recipiens assimilatur corpori primo vitam primam recipienti; hoc autem est corpus celeste quod primo recipit ab illa dante vitam; ergo corpus in fine quod recipit vitam ab ipso est ei simile et habet dispositionem consimilem in suo et quanto plus recipit de vita tanto ei similius est. Sed corpus humanum recipit plus de vita quam alia inferiora; ergo similius est corpori celesti quam aliquod aliorum; ergo dispositio per quam corpus celeste recipit vitam est participata ab inferioribus secundum gradus tamen maioris et minoris. Sed dispositio in corpore celesti per quam vitam recipit non est nisi lux; ergo in corpore humano est ita lux per quam vitam recipit; ergo in corporibus viventibus est natura alia a distantia a contrarietate per quam ad vitam disponuntur et hoc confirmat Avicenna. — Quarto, ideo dispositio in recipiente est media inter recipiens et formam recipiendam. Sed anima in viventibus est; ergo ut … dispositio media inter corpus

Ad hoc dicendum quod collativa est in brutis. Ad rationem dicendum quod collatio dicitur multis modis: una est inter contraria adiuncta in eodem genere et hec collatio est in illis et est per applicationem sensibilis presentis obiecto, et hec collatio est in ymaginativa. 3a est que consistit in discretione intentionum sensibilium collatarum ad formas sensibiles, et hec spectat ad fantasticam sive estimativam, quia eligit intentiones a formis sensibilibus. Quarta est collatio que consistit circa deliberationem electionis vel fuge ad effectus intentionum contrariorum, et hec spectat ad estimativam; fuga vero est effectiva, et hec collatio est in brutis per artem quam habent. Quarta collatio est que consistit circa quidditates rerum a conditionibus agentibus denudatas et ista est absque tamen medio et talis spectat ad intellectum. Quinta collatio est que consistit in ratione ad effectum quam anima cognoscat propter quod unumquodque est, et hec est propter intellectiva et non sensitiva, et sic patet quod collatio brutis sit.

Circa quartum sic proceditur et queritur quibus brutis insit ars et quibus non, et videtur quod omnibus, quod sic ostenditur: talis ars consistit in perfectione cautelarum quibus operantur ad regimen vite et decorem. Sed in omni animali inest hoc, ergo in omnibus est ars. Ad oppositum in illis sensibilibus est ars in quibus est consuetudo temporis et extrinseca per que in sensibilis operationes digeruntur, sed multa sunt alia in quibus non est hec consuetudo ut in eis que vivunt solo tactu, ergo non in omnibus est ars.

Item ars et industria maxime habent conservationem a sensibus apprehensivis a longe, sed hec sunt visus et auditus, ergo cum multa sint carentia hiis sensibus, patet ergo quod non in omnibus inest ars. Ad hoc dicendum quod non inest omnibus animalibus.

Ad rationem dicendum quod duplex est ars: quedam est que consistit in cautelis per quas fugiunt nociva et consequuntur delectabilia, et hec inest omnibus animalibus. Alia est que consistit in ordine operum exteriorum et effectum, sicut est ars aranee per quam facit telam et aliis quibusdam inest et quibusdam non. Propter hoc non est ars que est collectio plurium universalium experientie et illa est in solo homine.

Circa tertium sic proceditur: queritur per quam virtutem insit ars animalibus brutis, et videtur quod per fantasiam. Dicit Aristoteles in .i.o phisicorum quod quibusdam animalibus inest ars per quam operantur et exemplificat de aranea et dicit quod hoc habet fantasia, ergo per auctoritatem Aristotelis ars est per virtutem fantasticam.

Item ars inest animalibus a parte illius virtutis animalis quam inmediate omnis animal regitur, sed hec est fantastica, nam dicit Avicenna quod principium artis in animalibus est fantasia, ergo et cetera.

3a item ars consistit in collatione formarum sensibilium, ergo illa virtus in qua fit collatio formarum sensibilium est principium artis et hec est fantasia.

Ad oppositum est hoc: ars est intelligentia propter ingenium, sed ingenium non est perfectio rei sensibilis occultarum, ergo ars consistit circa principium rei sensibilis occultarum, ergo ars et ingenium est in illa virtute que cognoscit rem supra sensum et hec est virtus que magis elevata supra fantasiam sicut est estimativa, ergo per virtutem estimativam inest ars animalibus.

Item principium artis in animalibus est virtus memorativa, sed hec est estimativa, ergo per estimativam inest ars.

Ad hoc dicendum quod ars et principium artis ad virtutem spectat estimativam. Ad rationes dicendum quod ad artem 3a requiruntur: primum est cognitio formarum sensibilium in memoria, et quantum ad hoc habet ars ortum a fantasia et ad ipsum spectat. Secundum est deliberatio circa opus artis et hec est principium artis et sic spectat ad estimativam. Tertium est opus corporis et organorum eius et hoc est in virtute memorativa in corde que regitur a virtute estimativa et principium est proprio virtutis fantastice et sic patet primum ex virtute estimativa.

Circa quintum sic proceditur et queritur utrum virtus estimativa sit principium regiminis in brutis et videtur quod sic, quod sic. Dicit Avicenna in libro de anima quod una virtus rectificatur a sua operatione et hoc est proprie colligativa que habet in principio. Sed quanto aliqua virtus plus appropinquat essentie anime tanto plus distat a natura corporis et illa cedit ad tamen anime et ideo eius virtute anima regat. Bruta alia mediante virtute magis regitur alia per virtutem estimativam.

Item ratio regimen debetur virtuti magis abstracte, sed estimativa est hec, ergo ei est maxime regiminis in corporibus brutorum.

3a item sicut ordinantur virtutes ita ordinantur membra in animalibus, sed principium organorum sensuum et motorum est cerebrum et regimen eorum est a cerebro, ergo virtute que cognoscit alia debet radicari in principio et contra. Unde dicit Galienus quod virtus principalis solo principio operatur, sed estimativa est virtus principalis et sita in medio cerebri, ergo illa est regitiva aliarum.

Ad oppositum: illa virtus regit alia a qua dependent secundum originem generationis aliis est virtus exterior, ergo aliqua virtus exterior est regitiva et non interior.

Item virtutes sensuales sunt propter regimen animalis, ergo illa virtus est maxime regitiva que ad custodiam machine corporis deputatur. Hec autem est tactus, ergo virtus est regitiva animalium.

3a item dicit Aristoteles quod primum regimen in animalibus est a virtute fantastica quia ab ea est appetitus et motus in animalibus. Ad hoc dicendum quod virtus estimativa regitur alia et quia caret hec virtute caret regimine.

Ad rationem primam dicendum quod duplex est processus virtutum anime: unus est qui incipit ab anima et tendit ad organa corporalia, et in hoc processu regitiva est alia. Alius est processus eius quo incipit ab organis ad animam, et in processu tali quia corpus servit anime, in processu in virtute estimativa prior fantastica et fantasia prior ymaginativa, et sic ut ad virtutes priores exteriores. In isto processu exteriores priores sunt interioribus et non deserviunt eis et non regunt eas.

Ad 3am rationem dicendum quod regimen corporis est duplex: unum consistit circa discretionem rerum quod nocumentum vel iuvamentum inferunt, et tale est tactus; aliud regimen quod consistit in dilectione (?) operum et hoc regimen est a virtute estimativa.

Intelligencie et morem. In hac parte agit auctor de arte et ingenio volatilium. Dividitur autem hec pars in .i.d. In quarum prima agit de ingenio volatilium quantum ad regimen vite. In secunda ibi Et grues pugnant, agit de diversitate artis et ingenii in ipsorum speciebus, sive de diversitate in specie secundum illarum spectat ad presentem speculationem et dividitur in .c. p. In quarum prima agit de arte et ingenio. In .i.a ibi Et cum plus fiat, agit de arte et ingenio columbarum. In 3a ibi Grues et cetera, agit de arte et ingenio gruum. In .c.a ibi Et aves agrestes, agit de arte et ingenio quorundam avium quantum ad mutationem locorum et sunt in presenti lectione. Ergo prescripta.

Circa presentem istam duo queruntur. Primum est de aspectibus rerum nocivarum et iuvantium, secundum est de arte et ingenio avium ambulantium.

Circa primum sic proceditur: queritur primo utrum res aliqua habeat virtutem et aspectum per quam infligat alteri iuvamentum vel nocumentum, et videtur quod sic. Dicit Algazel unaqueque res ad hoc nata est ut ex ipsa aliquid elevatur opus, et dicit auctor libri communis methaphysice quod nichil est otiosum in fundamento vel in generatione, sed opus cuiuslibet rei aliquid ordinatum ad quod habet proportionem in generatione vel corruptione, ergo in omni re anima est aliquid quo exit opus super aliquod obiectum, opus dico generationis vel corruptionis. Ergo unaqueque res nata est influere iuvamentum vel nocumentum super aliquam rem ad quam habet aspectum, ergo in omni re anima est hic aspectus, dico aspectum rei proprietatem eiusdem secundum quam nata est iuvare alteram vel eidem nocere.

Item in hiis temporibus ordinate proportionem in substantia vel contrarietate unum influit alteri ... et sic de aliis sicut apparet in partibus mundi, sed partes mundi sunt huiusmodi quod prius influunt in posterioribus et sic per ordinem, ergo a simili sibi invicem ut influunt per convenientiam vel contrarietatem.

Ad oppositum: in illis rebus in quibus non est motus per se ipsum influendi, primum motum non est influxus super illud in iuvamento et nocumento, sed sic se habent res inanimate secundum Aristotelem in .i. phisicorum quod sic dicit ibi principium est animatorum secundum se motum, ergo in omnibus rebus sunt hii aspectus vel proprietates iuvandi vel nocendi alteri rei.

Ad hoc dicendum quod in omni re natura est activa vel passiva; activa in quantum per quam habet aspectum iuvandi vel nocendi, et passiva per quam habet tamen patiendi et recipiendi iuvamentum et nocumentum, sicut quodammodo est hoc de adamante et ferro, quod ferrum proprietatem habet patiendi ab adamante et adamans habet proprietatem per quam agere potest in ferro actione tali.

Ad rationem dicendum quod duplex est forma: quedam est que est forma tamen sicut forma materie, quedam est forma et idea que non sufficit ad operandum per se sed totum compositum ex talibus materia et forma operatur. In alio non forma est virtute operandi ex aliquo quod non debet composito, sed in omni forma duo sunt

p' e p'fecto p' q'm facit i m... opo q' elicit a
q'uicto tone fo2e asp'ius g° q' q'uim no' q'sistit in
influ'a fo2e sup' ... s3 influ'am toti q'posita sup'
q'po'itu' sic e' i adamante a ferro ... s3 adamans
no' p' s3 mouere suam ... p' loc'u ... pot' adamans
agere sup' f'rru' sic p3. ... g' cu' s3 ut' influ'i sit
i q'pleta ... a q° ... s3 u'tus emanat ...
m aut fo2 aut q'plexione aut tota sp'e ...

[illegible]

diane sic agamemno et alius.

Et galli cum pugnit. In hac pte inuit auctor dec'e op'onu' diu'sitate in alibz uolat'ibz et g'nibz et sp'ebz ip'a2 et diu'sitate g'n'u et sp'e2 uir' diu'sitate op'onu' ...
In p' de' de diu'sitate op'onu' aliu'. In ii° l. Al' uo quod di' ...

[illegible]

adquisita quo autem effectum veniat posterius patebit. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

magis producto pellicularum in hac pelle. — 8 querebatur quid multi pediculi generantur in pelle ovis interfecte a lupo sicut dicit experimentum. — Ad hoc dicendum quod in ove interfecta a lupo adquiritur putredo propter maliciam lupi et ideo in pelle est maior dispositio ad putredinem et plures pediculi in tali pelle generantur. — 10 querebatur quid si mas cito cadat ab ove signum est quod post tussim yeme et si non tarde non. — Ad hoc dicendum quod in corporibus animalium virtus regitiva que defendit corpus a nocumentis et quando illa virtus fortis est regit corpus et expellit ab eo cito nociva et quando non. Unde quando cito expellit nunc signum est fortitudinis sive virtutis et signum est quod ovis poterit durare per yemem. — Capitulum 11 sic procedebatur querebatur quare cervus est longe vite. Contrarium videtur quia talis in complexione [illegible] et illa que causa recedit a duratione vite. Sed complexio cervi est frigida et sicca ergo cervus est brevis vite. — 1 Ideo longitudo vite consistit in conservatione diuturna caloris naturalis et humiditatis et brevitas in paucitate. Sed in complexione frigida et sicca est humiditas et humiditas pauca. Ergo aliquid habens complexionem est brevis vite. Contrarium videtur experimento. — Ad hoc dicendum quod alia sunt longioris vite vel brevioris propter. Prima causa est complexionis equalitas et sic ea que habent complexionem magis equalem diucius vivunt quod est de causa intrinseca. — 2 causa est multitudo humiditatis et fortitudo caloris et hoc modo alia que sunt calida et humida diu vivunt. Causa est duricies partium quod partes sunt dure non de facili resolvuntur et ideo non multum leduntur ab extrinsecis ledentibus et ideo diu vivunt plante sicce sicut buxus et similia. 4a causa est renovatio etatis et hoc modo diu vivunt propter diuturnitatem partium compositionem. — 1 querebatur de renovatione animalium utrum possit renovari et videtur quod non ideo tales etates sequuntur actus caloris naturalis et humiditatis spiritus sed neutrum istorum egreditur graduum dispositiones sequentes que sunt etates possunt regredi ergo nec cervus nec aquila renovat suas etates. Contrarium dicit experimentum. — Ad hoc dicendum quod duo accidit renovatio. — Ad rationem dicendum quod in corpore duo sunt scilicet humiditas radicalis [illegible] et non nutrimentalis. Prima non renovatur palliari tamen potest [illegible] que manet in poris [illegible] ut postea renovari et hoc modo renovatur calor naturalis. — 3 querebatur utrum cervus renovatur per morsum viperarum. Videtur quod non ideo tales quia contraria sunt calori naturali potius dissolvunt ipsum quam edificent. Sed vipere sunt huiusmodi ergo cum renovatio consistit in augmentatione caloris naturalis propter quod per morsum viperarum non renovantur cervi. — 4 Ideo cum venena multum corrumpunt corpus eo quod sunt contraria vite. Ergo venena maxime dissipant calorem naturalem ergo non augmentant ipsum ergo non renovant etatem ergo cervi ex morsu viperarum non renovantur. — Ad oppositum est hoc ideo renovatio consistit in spoliatione carnis veteris et regeneratione carnis nove. Hoc autem faciunt venena quedam quia per contrarietatem suam veterem carnem expellunt et novam generant ergo huiusmodi venena sunt causa renovationis. Hoc confirmatur per auctorem dicentem quod carnes [illegible] renovantur [illegible] et faciunt ipsum redire. — Ad hoc dicendum quod renovatio cervi fit per acceptionem veneni sicut est alias. — Ad rationem dicendum quod venenum duplicem habet virtutem: unam per quam comburit calorem, aliam per quam veterem carnem abicit et expellit [illegible] tamen si prevaleat est causa mortis. Per aliam est causa renovationis etatis vel per accidens. — 5 querebatur quare oportet [illegible] fontis ad istam renovationem. — Ad hoc dicendum quod hoc experimentum

dico. Prima est causa quia in fonte lavatur ne virus ad corpus omnino perveniat et inflamet omnia membra et ut calor veneni reprimatur. 2a causa est quia venenum viperarum et aliorum est calidum [illegible] generandi sitim et ideo statim post morsum vipere currit cervus ad fontem. — 11 querebatur propter quid hoc animal maxime renovat cornua. — Ad hoc dicendum quod quedam animalia habent cornua fixa non renovabilia et hec non mutant cornua sicut boves. Quedam autem habent cornua renovabilia [illegible] cornua adherent corio [illegible] cum hoc dicat auctor. — 6 querebatur propter quid tempore obicionis cornuum absconditur se plus quam in aliis temporibus. — Ad hoc dicendum quod hoc est propter industriam ne videatur inermis ab aliis que ipsum solent infestare. — 7 querebatur quare magis abscondit cornu sinistrum. Dicendum quod hoc est ex industria naturali quia pars sinistra debilior est et ideo potius illud cornu abscondit. — 8 querebatur quid comedunt secundinam in partu suo. — Ad hoc dicendum quod hoc est ne inveniatur ab aliis animalibus et cognoscatur quod peperit, ideo comedit eam sicut in ea esset iuvamentum. — 9 querebatur de lupo propter quid sit quod latet in cavernis comedit serpentariam ad acuendum dentes. — Ad hoc dicendum quod lupus est animal magnificum et ideo magis appetit et maxime voracitatis et quando diu abstinet dentes eius stupefiunt et ideo comedunt serpentariam ut stuporem dentium removeat. — Capitulum 13 sic procedebatur querebatur propter quid reptilia comedunt feniculum et aliqua alia herbam et maxime in principio veris. — Ad hoc dicendum quod ista animalia in yeme latencia habent membra [illegible] et oculos stupidos et feniculus visum confortat et ideo magis feniculum petunt. — 1 querebatur propter quid serpentes interficiuntur ex odore cervi. — Ad hoc dicendum quod serpentes interficiuntur ex odoribus acutis penetrantibus et ideo fugiunt ea que sunt odoris acuti penetrantis. Et causa est quia talis odor replet cerebrum et stupefacit et ideo fugiunt. — 2 querebatur quare serpentes fugiunt fumum ossium et cornuum. — Ad hoc dicendum quod ista animalia habent corpus frigidum et magis cerebrum et ideo habent odoratum et olfactum acutum et ideo sentiunt unum et aliud a remotis et ex fumo rerum combustarum sicut multum siccum replet cerebrum eorum et stupefiunt et ideo ex huius sunt remota. — Capitulum 3m sic procedebatur querebatur quibus animalibus debetur nidificacio et quibus non debeatur. Contrarium videtur quia talis nidificatio est propter pullificacionem ergo cum omnia volatilia pullos producant omnia nidificare debent. — Ad hoc dicendum quod sunt quedam animalia generancia sibi simile sine medio sicut per ovationem et hec alia indigent nidificacione ubi reponant ova et pullos et ideo natura dedit ovo testam ad conservandum fetum in nido. Alia vero que producunt alia perfecta nido non indigent. — 1 querebatur propter quid cuculus ponit ova sua in nidis aliorum avium. — Ad hoc dicendum quod secundum auctorem cuculus est avis valde timida quia multa alia volatilia ipsum invadunt et deplumant et ideo non confidit de conservacione pullorum et propter hoc non nidificat per se sed ponit ova sua inter ova aliarum et dicunt quod comedit ova aliarum et tunc ponit ova propria in nidis earum. — 3 querebatur propter quid aves invadunt cuculum. — Ad hoc dicendum quod aves quedam sunt parve virtutis et magni corporis et magne virtutis, quedam magne virtutis et parvi corporis et quando est animal magni corporis et parve virtutis ex industria naturali permittunt alia invadere ipsum cum formicis et talpis assimiletur et sic accidit de cuculo. — 4 querebatur propter quid bubo non videt de die videt autem de nocte. — Dicendum est

Ad hoc sicut dictum est alias quod hoc est propter magnitudinem oculorum suorum et remanencia radiositatis est propter hoc ergo disgregantur oculi de die et ultra modum et non bene vident, de nocte vero vident propter eorum contrarium. — 1a querebatur propter quid cornix non nutrit pullos in prima etate. — Ad hoc dicendum quod secundum rusticos quod in prima etate plume pullorum albe sunt et ideo non credit cornix suos esse fetus et ideo non nutrit eos. Generatur autem albedo a calore quod est humiditatis spiritica quia in eorum [illegible] resolvit calor in prima etate liberatur est et ideo albescatur. — 6 querebatur propter quid aquila expellit pullum suum qui oppositum solis splendori videtur oculos habere lacrimantes. — Ad hoc dicendum quod aquila visum habet fortissimum quia habet humorem cristallinum fortem et congregatum et ideo cerebrum siccum et ideo quando obviat soli et lacrimatur oculus non credit quod sit fetus eius quia splendor oculorum aquile non vincitur a splendore solis et hoc potest esse quia credit esse perfectum in illo sensu in quo maxime perfecta est aquila. — Capitulum 13 sic procedebatur querebatur primo propter quid pisces in grege aggregantur et quedam alia similiter. — Ad hoc dicendum quod quadruplex est causa aggregacionis animalium in gregem. Una est industria eorum naturalis et hec aggregacio in gregem est in [illegible]. 2a causa est confederacio naturalis et delectacio sicut quando alia sui generis se invicem diligunt. 3a causa est pacificacio animalium vel in se vel in hiis quibus sunt. Et quedam animalia bellicosa vero non aggregantur in gregem, pacifica vero aggregantur. 4a causa est ordinacio multorum animalium ad unum finem et hoc modo apes ordinantur in gregem et faciunt sibi greges.

Nunc alia vero anulosa sunt laboris [illegible] de arte et inge[nio] — magnarum animalium et volatilium et natatilium. In hac parte determinat de arte et ingenio anulosorum et dividitur hec pars in 4. In quarum prima agit de arte et ingenio animalium que sunt formice de genere eorum. In 2a ibi: Et genus flagronum (?) agit de arte et ingenio aranearum et earum que sunt de genere earum. In 3a ut ibi: Et inveniuntur in aliis longe. agit de arte et ingenio apium et eorum que sunt de genere earum. In 4a ibi: Et vespe sunt. determinat de arte et ingenio vesparum. Prima in 3es [illegible] ad presentem lectionem [illegible] In prima assignatur diversitas aranearum in 2a ibi genus assignatur diversitas operum earum. Prima 3e partis in qua agit de apibus dividitur in duas. In prima agit de distinctione apium anulosorum. In 2a ut ibi: Et apes non venantur omnino. agit de diversitate operum apium. Prima non dividitur. 2a dividitur in duas. In prima determinat de arte et ingenio apium quod consistit in defensione corporis sui et sunt in hac lectione partes 6. — Capitulum primo sic procedebatur circa istam queruntur 4. Prima est de arte et ingenio animalium secundum operationes eorum adinvicem. 2a est de arte formicarum. 3a est de arte et ingenio aranearum. 4a est de arte et ingenio apium. — Capitulum primum sic procedebatur querebatur quibus animalibus debetur ars perfectior aut magnis aut parvis et videtur quod magnis ideo tale inter omnia alia est homo perfectissimum et quod dixit philosophus. Ergo alia que magis assimilantur homini magis erunt perfecta. Sed animalia magni corporis sunt huiusmodi ergo magis assimilantur et perfectiora sunt in arte et ingenio. — Ad oppositum est hoc dictum auctoris ad mores et intellectus magis apparent in aliis parvis ergo alia parva perfectiora sunt in arte

et ingenio quam magna. — 4 Ideo ars et perfectio operum sequitur liberalitatem spirituum et puritatem. Sed hec sunt in volatilibus ergo volatilia que sunt alia parva magis perfecta sunt in arte quam alia. — Ad hoc dicendum quod volatilia perfectiora sunt in arte et ingenio animalium et causa est triplex. Prima est puritas [illegible] in membris agilitas. 3a spirituum puritas et claritas. — Ad rationem dicendum quod duplex est similitudo: quedam in linea [illegible] et [illegible] que non est in operibus. Prima maior est inter hominem et animalia. 2a maior est inter ipsum et volatilia. Et ideo est quod logica magis debetur volatilibus post hominem quam aliis animalibus. — 4 querebatur utrum aliis anulosis magis competat omnia animalia ars et videtur quod non ideo talis ars habet ortum a sensibus ergo illa perfectiorem habent artem in quibus vigent virtutes sensibiles. Sed alia anulosa non sunt huiusmodi ergo quia paucos habent sensus in eis est minor perfectio artis. — 1 Ideo propter [illegible] perfectio artis hoc [illegible] et sanguis et bonitas caloris naturalis sicut in aliis sanguineis ergo cum alia anulosa careant sanguine non est perfectio artis et ingenii. — 3a Ideo omnes operationes naturales et ingeniales sunt per calorem naturalem. Alia ergo huiusmodi habencia imperfectum calorem imperfectas habent operationes [illegible] alia sunt huiusmodi ergo imperfecta sunt in arte et ingenio. — Capitulum ideo perfectio animalis secundum perfectionem multorum quia alia [illegible] sicut ars artis. Ergo alia habencia organa imperfecta imperfectam habent artem. Huiusmodi sunt anulosa ergo etc. — Ad oppositum est quod dicit auctor quod alia anulosa sunt multi laboris et ingenii. Hoc idem sic ostenditur: illa alia sunt perfectioris laboris et artis et ingenii quorum opus se extendit quam facit vel excellit alias supra conditiones hominis. Sed huiusmodi accidit quibusdam anulosis que faciunt opera quasi hominum quia aggregant horrea et domos sicut homines ergo sunt artis valde perfecte. — 1 Ideo quanto res paucioribus indiget mediis ad suam perfectionem quanto perfectior est tanto indiget pluribus operacionibus. Sed alia anulosa sunt multum imperfecta ergo multis indigent operationibus. Sed in conservatione multarum operationum naturalium consistit ars perfecta et ingenium ergo alia sunt imperfecta in arte et ingenio et multum ingeniosa. — Ad hoc dicendum quod ars et ingenium maxime dantur anulosis. — Ad rationem dicendum quod ars et ingenium debentur animalibus propter multas causas. Prima est subtilitas et claritas spirituum quia quanto spectatores tanto perspicaciora faciunt ingenium et hoc [illegible] debetur ars maxime hominibus et avibus. 2a causa est temperamentum carnis in complexione et compositione nam hec ducunt ad bonitatem ingenii. Unde dicitur quod molles carne sunt apti mente. 3a causa est agilitas membrorum [illegible] et sic debetur bonitas artis et ingenii volatilibus. 4a causa est solidatio membrorum in aliis ut propter hoc augmentatur ars in aliis et maxime in hominibus sed accidit [illegible] non timida et ideo providetur sibi in futuris temporibus et aliis et in repugnando ingeniosi. 5a causa est excellentia virtutis estimative. 6a vero est ordo et industria nature que alia defecta reparat et perficit. Alia vero anulosa habent [illegible] artis et ingenii propter 3am causam videlicet propter solicitudinem melancolicam et propter excellentiam estimative in ipsis et propter industriam et ordinationem nature perficientem eadem per artem cum sint imperfecta in istis sensibus.

[illegible]

in tactu. aranea uo no. Ad rom dd distco tac tus mé duob3 modis. uno m p exll'ta cplexionis et h m° é bonitas tactus in hoie. Alio modo sp agilitate et tur et h m é distectio maxima i ara nea q pedes ht ualde subtiles.

Vespe sunt duplicis gñis. In hec pte intendit auc. de arte et ingenio uesparu dividit a h psi i. q°. p. In q. p allig. dupplicem distinccoem uesparu. In i. vespe domestice agit de arte et ingenio uesparu. In 2a ut ibi Et vespe mit. agit de arte et ingenio uesparu s regim uite et defensione a rebz nociuis. In q° i. Et al' q dr vestiole. agit de alibz silibz uel

[illegible]

digestio mellis ad hominem se habet. Ergo mel est factum ut sit nutrimentum hominum. — Quarto dicitur autem in libro illo fit a spica (?) et corpus celeste propter elementa est et hec propter mixtum et mixtum propter vegetabile et vegetabile propter sensibile et hoc propter hominem in quo status (?) est. Ergo sic ordinantur sic effectus eorum ordinantur. Ergo mel [illegible] fit propter hominem et non propter nutrimentum. — Ad oppositum est quod anima intellectiva et sensibilis differunt. Nam intellectiva non est propter corpus sed econtra quia multe ei (?) et nove (?) artes que non dependent ad regimen corporis; sensibilis vero tota agit propter necessitatem corporis. Unde aranea facit telam ad venandum sibi nutrimentum. Sic et apis facit mel ut inde nutriatur. — Ad hoc dicendum quod mel ordinatur ad nutrimentum apis et non ad nutrimentum hominis. — Ad rationem dicendum quod sicut est in fructibus ordinatis et in melle. Sed duplex est finis fructuum: unus scilicet est proprius a virtute propria plante qui potest in proprium opus, alius est finis eius ad conservationem alicuius; primus finis proprius est et intrinsecus propter semen ratione cuius conservatur planta. Secundus vero finis est extrinsecus propter nutrimentum scilicet aliorum. Sic dicendum de melle quod duplex est eius finis, proprius scilicet, et est propter apes, alius et potest esse propter homines. — Ad quartam rationem dicendum quod duplex est finis in melle: proprius scilicet et hic debetur api propter nutrimentum; alius vero ordinat mel ad nutrimentum hominis sicut ad nutritiva ipsius.

Quinto queritur de materia mellis utrum scilicet mel generetur ex rore in floribus. Et videtur quod non ratione talium (?): ros generatur ex vaporibus elevatis ex aqua et illi quidem convertuntur ad nubem aque; vero se ipsa non recipit dulcedinem nec terra sine digestione nutrimenti (?), sed ros est in pluvia paucus. Ergo non recipit dulcedinem nec mel a rore ut videtur. — Preterea proprium est aque quod quanto plus coquitur tanto plus subtiliatur sicut dicit Avicenna (?); alie vero res per talem decoctionem ingrossantur et hec est per ignis (?) per terrestrem aque grossat, elevat et subtiliat sed non inspissat. Ros sicut mel quod est grossum. Ergo ex eo non fit mel. — Ad oppositum est quod dicit Avicenna quod mel est liquor dulcis quem apes colligunt florem dispersum in floribus et dicit quod non solum in foliis sed in aliis partibus. Item ratione sicut est de melle et de aliis generatis ex rore per virtutem sine digestione alterius sed per virtutem solis generatur manna que est ros celestis spissus admodum. Unde in (?) generatur laudanum. Ergo similiter mel ex rore generatur per digestionem in spissitudinem roris et sic convertitur in mel. — Ad hoc dicendum quod duplex est ros: quidam est subtilis tenuis et ex tali non fit mel; alius est grossus viscosus magis cadens in tempore [illegible] et ex tali rore generatur mel. Sed cadit super flores et folia arborum sicut patet in vere et in autumpno et cum est in tropicis diebus. — Sexto queritur utrum mel generetur ex floribus. Et videtur quod sic. Dicit Aristoteles quod apes accipiunt flores dentibus et ex illis generant mel. Et Ysaac in libro dietarum dicit quod mel generatur ex floribus. — Item apes nutriuntur ex nutrimento converso ad mel, sed id quod ad mel convertitur est de genere florum vel ipsi flores. Ergo mel generatur ex floribus. — Ad oppositum: [illegible] generatur ex eo quod est in potentia [illegible] ex ovo [illegible] generatur passer nec econverso. Sed in floribus non est mel nec aliquid sicut mellis in potentia. Ergo ex floribus non generatur mel. — Ad hoc dicendum [illegible] quod mel ex floribus generatur. Sed in floribus duplex est virtus: una et acuitas que repugnat melli et generationi eius, alia est

scilicet lenitas (?) et ex hac producitur mel per artificium apum et non extrahitur per segregationem. — Septimo queritur propter quid apes non eligunt folia et fructus ad generationem mellis sicut flores. — Ad hoc dicendum quod folia et fructus ex materia nutrimenti plante generantur. Et secundum Aristotelem folia ex materia grossa, flores vero ex subtili, et ex materia non ventosa fructus. Ergo apes non generant mel nisi ex materia subtili aerea. — Octavo queritur cum flores amigdalarum et arborum maturarum sint amari quomodo apes producant ex eis mel dulce. — Ad hoc dicendum secundum Galienum quod in omni re, sive sit amarum sive non, est aliquid dulce. Et sic ergo in floribus est aliquid dulce in potentia per operationem apum quod segregando producunt et educunt in actum. — Nono queritur quare quedam actio fiat per decoctionem per calorem ut ars medicine, quedam vero per renovationem contrariorum per extractionem speciei quam (?) istarum generatur mel. — Ad hoc dicendum quod mel non generatur per extractionem speciei sed per renovationem contrariorum et ducitur id quod est in potentia ad actum, et hoc est opus [illegible] et artificiale quia tegendo contrarium et detegendo quod ibi est assimilatur actioni artificiali, ducendo vero quod est in potentia ad actum naturale. Dicendum ergo quod duplex est generatio: prima est in cibo qui est nutrimentum sanguinis et secunda; secunda est similitudo in lacte in quo sunt tria in potentia: butirum, caseus et aquositas. Sed non contrarium segregatur ista. Sic est in cera et melle et superfluitate mellis. — Decimo queritur quomodo ex uno et eodem possunt diversa generari ut ex flore cera, mel et superfluitas cum sint unum nec quomodo per suam substantiam amaritudinem. — Ad hoc dicendum quod falluntur quod ex uno cibo generantur carnes scilicet et ossa [illegible] sic potest sunt in cibo quia in potentia, sicut in flore sunt tria in potentia: cera et mel et superfluitates. — Undecimo queritur propter quid est mel coloris rubicundi. — Ad hoc quod habet digestionem, nam per digestionem completam adquirit mel colorem. Item queritur unde producunt mel album. — Ad quod dicendum quod hoc est propter debilem calorem digerentis quia dicit Aristoteles quod hic apes molles sunt et frigide et non paucum habent calorem et non calor mel fit album. — Duodecimo queritur quomodo mel habet acuitatem. Et videtur quod non ratione talium: ex calore et siccitate causatur acuitas; sed apes carent sanguine, ergo carent calore, ergo mel ratione apum non potest habere acuitatem. — Ad oppositum est quod dicit Ysaac quod mel habet acuitatem cum humiditate. — Ad hoc dicendum: mel habet acuitatem ex apibus, dulcedinem vero ex floribus. — Ad rationem dicendum quod duplex est considerare apes: vel comparatione ad invicem, et sic sunt frigide complexionis, vel in comparatione ad corpus humanum, et sic sunt calide et sicce quia punctura facit inflationem et collectionem in membro in quo est venenum receptum. — Tertiodecimo queritur utrum digestio et generatio fiat intra apes vel extra. Et videtur quod intra ratione talium: generatio mellis fit a digestione et constitutione caloris naturalis; sed calor naturalis in animalibus intra est et non extra. — Item ratione omnis effectus adquirens calorem et acuitatem a calore illo attingit calidum. Sed mel a calore apum adquirit caliditatem et siccitatem et acuitatem et calorem apum. Ergo generatio mellis est intra. — Ad oppositum est quod ratione apes cum exeunt in tali dispositione non nutriuntur ex floribus nisi per conversionem eorum ad mel, et ex melle immediate nutriuntur, ex floribus non mediate. Sed quod generatur ab intra generatur ex nutrimento immediate. Ergo necesse est plus flores converti in mel antequam ex eis nutriuntur apes. Hoc autem est extra. Ergo mel generatur ex floribus extra. — Ad primam rationem

quod fit quasi sic fit ex materia extrinseca et quod fit a materia extrinseca est ab opere nature, quod non fit est ab operatione artificiali. Sed generatio mellis est ab arte. Ergo oportet ex extrinseco. — Secundo ratione omne quod generatur vel est nutrimentum vel humiditas vel superfluitas. Sed mel nullum istorum est. Ergo non generatur intra. — Et ratione nutrimentum apis parvum est et [illegible]. Ergo non videtur quod fiat generatio mellis ab intra. — Ad hoc dicendum quod generatio mellis non est intra sed extra. Non enim recipiunt materiam mellis intra se sed contendunt sapores sicut apotecarii et condunt [illegible] in substantias et diversa. Unde per [illegible] necessitate segregant id quod est in potentia et ducunt ad actum. — Ad rationem autem primam dicendum quod non est acuitas ratione caloris intrinseci sed extrinseci. Unde a calore extrinseco habet mel acuitatem. — Quartodecimo queritur utrum mel fiat ex superfluitate apum. Et videtur quod non ratione talium: superfluitas apum que est egestio est fetida sicut testatur Aristoteles. Sed mel est dulce. Ergo mel non est ex superfluitate. — Preterea dicit Aristoteles quod [illegible] ex alvearia [illegible] mel [illegible] reponunt. — Tertio ratione superfluitas est crassa et subtilis. Ergo mel est ad aliud alio quam ab egestione. — Ad oppositum est quod sicut est superfluitas in aliis animalibus sic et mel ex apibus, et non est superfluitas que est sperma vel lac. Ergo est superfluitas impura. — Ad hoc dicendum quod non est sicut de apibus et de aliis, et dicendum quod mel non est superfluitas apum que est egestio. — Ad rationem dicendum quod multiplex est generatio: quedam est ex intrinseca generata, quedam ex materia extrinseca facta, quedam vero ex materia extrinseca et ex producta per eam in fructibus et foliis. Alia est in telis aranee. Tertia in generatione mellis, nam mel cum fit ab arte ex materia extrinseca generari potest aliquid extrinsecum.

Revertentes (?) debemus scire et cetera. In hac parte determinat auctor de industria aliorum que sunt in moribus. Dividitur autem hec pars in duas partes. In quarum prima agit de industria morum in aliis; in secunda ibi: *Et quedam alia non mutant voces*, agitur de tali mutatione in diversis moribus in aliis sicut in castis. Prima separatur ad presentem lectionem et dividitur in sex partes. In prima agit de moribus luporum. In secunda ibi: *At vero* [illegible] de moribus quorundam aliorum [illegible] luporum. In tertia ibi: *Elephas autem domesticus*, agit de moribus elephantis. In quarta ibi: *Camelus autem*, agit de moribus camelorum. In quinta: *Et dicunt quod in quibusdam partibus*, agit de solicitudine quorundam aliorum que habent circa [illegible] post mortem feminarum et [illegible] hec pars. — Circa partem istam tria queruntur de hiis que omissa sunt. Primum est de productione cere ex operatione apum. Secundum est de industria apum. Tertium est de industria vesparum. — Circa primum sic proceditur. Queritur primo propter quid necesse generatur cera ex apibus. Et videtur quod nulla sit necessitas generationis eius ratione talium: omne quod ex apibus generatur est propter nutrimentum; ergo id quod non cedit in nutrimentum non est ex necessitate ad eius generationem; ergo cera non cedit in nutrimentum; ergo non est necessitas nutrimenti [illegible] sed cera generetur. Ergo non necesse generant apes ceram. — Ad oppositum est ratione sicut volatilia preparant nidos propter pullos sic et animalia cera preparant domos et multo magis quia sunt alia latentia, sed domus apum fiunt ex cera et non ex melle. Ergo sicut nidi sunt necessarii volatilibus sic cere generatio necessaria est apibus. Ergo necesse est apes ceram generare. — Ad rationem dicendum quod necessitas est duplex. Quedam est artificio ordinata ad generationem

nutritiva, quedam est ordinata ad generationem et preparationem domorum [illegible] necessitas ordinata est ad generationem sicut in aranea: prima et secunda in apibus, tertia in aranea, sicut patet. — Secundo queritur utrum cera et mel ex eadem materia generantur. Et videtur quod non ratione talium: cum agens est unum, sed diversitas actus in effectum, necesse est diversitatem esse in materia. Sed agens in melle et cera est unum, sicut apis, et effectus diversus. Ergo necesse est materiam esse diversam. — Ad oppositum est ratione sicut est de nutrimento aliquorum animalium et cetera, sed ex eadem materia generantur humores. Ergo similiter possunt diversa ex eadem materia generari. — Ad hoc dicendum quod ex eadem materia fiunt mel et cera. Sed in illa materia sunt partes diverse: quedam partes sunt aquose liquide que non sunt aeree coagulate, cum ex illis magis fit mel; sed cera ex terrestribus est, sicut in manna et laudano, sed quia ex eadem materia fiunt, sed manna fit ex subtilibus partibus, laudanum vero ex grossis. — Ad rationem dicendum quod etsi materia sit una, cum habet diversas partes ipsam diversis effectibus adaptantes, agens et operans per intentionem et non ex una materia facit propter fines diversos, sicut calor similis operans per intentionem ex una massa facit mixtos humores ut diversa membra [illegible] nutriri. — Tertio queritur utrum generatio cere sit de principali intentione apum an non, sed sit cera superfluitas nutrimenti apum. Et videtur quod sit superfluitas mellis ratione talis: in omnibus aliis quod ex nutrimento segregatur superfluitas est; sed cera ex melle segregatur; ergo cera est superfluitas mellis. Ergo sicut non principaliter intendit superfluitates sic nec apes principaliter intendunt ceram. — Ad oppositum: omne quod propter sustentationem alicuius necessarium per naturam intentum est. Sed cera est huiusmodi apibus quia in cera sustentantur apes et nutrimentum eius. Ergo cera est de principali intentione earum. — Item ratione superfluitas rei nutribilis est impura et feculenta. Cera non est huic [illegible]. Ergo cera non est superfluitas [illegible] concedimus. — Ad rationem dicendum quod in melle sunt tria: unum est mel et operatur in moribus [illegible] superfluitatibus; secunda est cera; tertia est superfluitas mellis que acuitatem habet, sicut testatur Aristoteles, et hec assimilatur superfluitatibus aliorum. — Quarto queritur propter quid cera dura coagulata, non vero liquida. — Ad hoc dicendum quod hec est propter iuvamentum earum [illegible]: partes aquose liquide sunt in melle, partes vero dure coagulate sunt in cera aptate; autem fluunt et diffluunt, quia mel est ut nutriat apes, cera vero ut sustentet et defendat, et non necesse est ipsam habere [illegible] dispositiones. — Quinto queritur propter quid domus apum sunt exagonales et non alterius figure. — Ad hoc dicendum quod domus apum figuratur per exteriorem dispositionem earum quia tamen est domus conveniens est corpori apis. In corpore vero apis sunt tres ordines: primus est ordo alarum et habet duos angulos; secundus est laterum et habet similiter duos angulos; tertius est pedum superius et habet similiter duos angulos. Necessario ergo sex anguli decentes fiunt domui apum exagonali (?). — Sexto queritur propter quid mel non sufficit ad sustentationem apum et ad domum cum non sufficiat [illegible]. — Ad hoc dicendum quod hic est quod nutrimentum debet esse liquidum subtile et conveniens digestioni ad modum apis; domus vero debet esse fixa, et non mel est liquidum, cera vero dura. Nec potuit ex melle fieri domus sufficiens. — Septimo queritur propter quid mel residet in fundo vasis, cera vero supernatat et econtrario.

...

adhuc dicit quidam sic de .6. dicas quod oleum calidum est et humidum et in ista alia ... dicit. Nota dicas quod musce fugiunt oleum et non intromittunt eorum set contrarium ... viscositas olei ... fugiunt. Sequitur de ... mel propter dulcedinem.

Et quedam alia non mutant mores. Postquam determinatum est de diversitate morum in animalibus, in hoc presenti determinat de mutatione morum et dividitur in .6. In quorum prima determinat de mutatione rerum ... In .2ª. alia non que causa agitur de mutatione morum in animalibus ... In 3ª ... Talia de ... agit de moribus ... In .4ª ... agit de diversitate ...

...

ad generationem 3a concurrunt sperma viri et femine sed quia in sperma quantitate
nervus ideo ad generationem omnium membrorum non sufficiunt. ad 2am dicendum
quod additionem desiderantium duplex sed hanc huiusmodi supplectionem

A nimalia non omnia habent. Et sunt duo capitula p(ar)ti
a p(ar)tialia in h(oc) nono lib(ro). In p(rim)o agit auctor de diu(er)si
tate ...

peritus simul sit frigidior et siccior et a[...] sic homo resimilatur. Circa 11m sic proceditur: quaeritur utrum per artem possit induci generatio masculi vel feminae, et videtur quod sic ratione talis: sicut testantur auctores, mediante generatione masculorum sit sperma fortius et fortitudinis virtutis et caloris digerentis, generatio vero feminarum sit contrarium; sed per medicinam medicinae potest educi et sic contrario et per consequens fortitudo virtutis; ergo per medicinam potest induci generatio masculorum et feminarum. Item ratione: quod potest in causam potest in effectum, sed ars medicinae potest in causam administrationem masculi et feminae, ergo potest in effectum. Probatio minoris: dicit autem quod causa masculi est caliditas in spermatis et regio frigida et venti septentrionales, et propter generationem spermatis a dextro testiculo sicut narrat per experimentum de tauro. Item ratione: maior difficultas est operari ad productionem rei quam ad varietatem eius in arte, sed per artem potest difficultas removeri, ergo multo magis potest diversitas variari sicut sexus diversitas. Ad oppositum: quod sexus non est deviatum [?] a parte non potest variari, sed sexus in homine est huiusmodi, ergo per artem non potest variari. Ad hoc dicendum quod ars potest diversificare sexum in aliis. Ad rationem dicendum quod duplex est diversitas: una est in specie et alia in accidentibus sequentibus speciem, et utraque fit in omnibus, tamen sexus non recipit accidentalis vero sicut sexus et complexio et figura possunt diversificari, sed tamen sexus potest variari uno modo et alio modo non, vel a parte materiae quia per eam variatio, a parte autem speciei non variatur. Item quaeritur propter quid masculus magis generatur ex parte dextri testiculi et dextrae partis matricis quam sinistrae. Ad hoc dicendum quod hoc est propter duas causas, quarum prima est quia sinistra pars in animalibus debilior est in virtute et dextra fortior quia calidior, et ideo a parte illa venit sperma digestum et coagulabile. Secunda causa est ordinatio dextri testiculi ad dextram partem matricis, et ideo haec pars magis deservit productioni masculorum. 3o quaeritur propter quid coagulatio lactis signum est masculum fetus nisi si ponatur gutta super speculum vel gladium politum, liquiditas vero signum est feminae. Ad quod dicendum quod lac adhaerens speculo fortis est coagulationis et digestionis completae, et signum quod perfecta digestio est in femina, et est signum masculi in utero habet et corpus leve et facilis motus et bonum colorem; contrarium vero accidit in praegnante femina in utero propter contrariam causam. 4o quaeritur propter quid anthologia [?] rotunda ad pondus unius aurei trita cum melle et alia [...] supposita mulieri usque ad medium diem, si femina est in utero facit amaritudinem in utero, si vero masculus facit dulcedinem, si vero neutrum signum est quod non concepit penitus autem. Ad quod dicendum: anthologia cum melle commixta facit amaritudinem eo composito; cum vero supponitur mulieri habenti puerum femininum in utero sentit amaritudinem propter paucitatem caloris; cum vero habet masculum in utero fortis calor decoquit medicinam et propter hoc apparet dulcedo mellis; si vero non sit praegnans nichil sentit. Circa 3m sic proceditur: quaeritur in qua hora educatur sperma aptum ad generationem, et videtur quod per complementum tertiae digestionis ratione talis: dicit Aristoteles quod sperma est superfluitas nutrimenti cibi quo non indigetur; autem sic dicit quod sperma est superfluitas; ergo cibi quae fit cum digeruntur cibus, et ita est de humoribus [...] coagulari; sed quando sperma erit a tertia digestione completa est magis digestum, ergo per complementum ad digestionem. Item ratione: virtutes ordinatae sunt in complemento et operatione completa per maius. Item sed generativa ordinatur ad nutritivam, ergo complementum nutritivae praecedit eam generativae. Item deinde patet quia plus restaurare indiget quam illa producere, ergo sperma quod sequitur opus nutritivae aptum est ad generationem per complementum tertiae digestionis. 3a ratione dicit Aristoteles quod sperma aptum ad generationem debet esse album et glandinosum, et dicit autem quod sperma mulieris [?] ebrii et pueri et nimium coeuntis non generat; sed ipsa non sunt alba glandinosa non completa digestione; est ergo per complementum tertiae digestionis etc. omnium. Ad hoc dicendum quod sperma aptum ad generationem emittitur in complemento tertiae digestionis. Ad auctoritatem autem dicendum quod usus coitus est duplex: unus est propter generationem, alius propter regimen et conservationem sanitatis. Primum ad primum debet coitus fieri post complementum tertiae digestionis quia tunc magis superabundat superfluitas. Circa 3m sic proceditur: quaeritur propter quid vox permutatur in coaetione generationis, et videtur contrarium ratione talis: vox secundum dispositionem membrorum spiritualium, generatio vero generatorum; ergo propter generationem non mutatur vox. Quaeritur etiam propter quid vox sit aspera. Ad quod dicendum quod quando calor naturalis incipit confortari tunc magis coitus, quia quando ad complementum sit in augmento tunc calor dilatat arterias et sic ingrossatur vox quae prius erat acuta; aspera vero propter inaequalitatem tracheae arteriae et mollitiem et duritiem. Ad rationem dicendum quod non solum secundum dispositionem membrorum spiritualium immediate et per se, sed diversificatur a calore confortante; non mutatur vox in coaetione coitus.

Quae autem accidit animalibus etc. In hoc 10o agit Aristoteles de egritudinibus impedientibus generationem in masculis et conceptionem in feminis. Dividitur iste liber in duo capitula. In quorum primo determinat de egritudinibus impedientibus generationem in natura humana. In 2o ibi: Et omne hoc eadem causa, agit de accidentibus communibus naturae humanae et aliis. Primum vero capitulum spectat ad praesentem lectionem. Dividitur autem hoc capitulum in quattuor partes. In quarum prima determinat de vestigatione [?] sanae et egrae dispositionis mulierum singulis. In 2a ibi: Dispositiones autem mulierum, agit de egritudinibus [...]. In 3a ibi: Et forte accidunt, agit de egritudinibus et accidentibus viro et feminae communibus. In 4a ibi: Et debes scire quod virtus, redit ad determinationem actuum propriorum feminae; et haec est divisio huius lectionis. Circa partem istam quaeruntur: primum est de operatione [...] in receptione ad generationem; 2m est de [...] dispositione et menstruum in femina sed quomodo fit generatio; 3m est de dispositionibus [...] quid ex coitu; 4m est de egritudinibus quae accidunt mari et feminae ex retentione menstrui generationis. Circa primum sic proceditur: quaeritur utrum sperma in aetate 14 anni sit conveniens ad generationem. Et videtur quod perfecto spermati consistit in perfectione caloris naturalis et eo perfecte humidum scilicet quod sperma descendit; sed quanto plus procedit corpus ultra 14 annum tanto calor debilitatur magis et humiditas desiccatur; ergo in aetate 14 anni sperma aptum est ad generationem. Ad oppositum est auctoritas Aristotelis: dicit enim quod non est perfecta generatio in homine nisi post tertiam septimanam, et filii autem hoc tempore generati parvi sunt et debiles sicut testatur. Ad hoc dicendum quod post tertiam septimanam sunt spermatica aptiora et magis perfecta ad generationem. Ad rationem dicendum quod in spermate et generatione duo sunt consideranda: primum est quantitas caloris et humiditatis, secundum est complexio et perfectio membrorum. A parte primi dicitur quod sperma 14 anni est melius; a parte secundi dicitur quod post tertiam septimanam melius est. Nos autem dicimus quod duplex est humiditas in corpore: quaedam est radicalis spermatica et [...] continua et haec maior est in 14 anno quam post; alia est nutrimentalis, et haec in 14 anno non bene digesta est, sed tertia vero septimana recipit complementum digestionis, et tunc quia illa descendit sperma aptum ad generationem, prius autem non propter indigestionem; et signum quod in illa aetate sit adhuc indigestio est quia in illa aetate multum patiuntur homines febres flegmaticas. 2o quaeritur utrum sperma in 30 anno vel circa sit aptum ad generationem quam sperma 30 vel 35 annorum, et videtur quod sperma 30 annorum sit aptum ratione talis: omnis res naturalis quae crescit usque ad terminum ultimum crescendo ascendit cum in ultimo est in suo statu, et accessus corporum est quando prius; sed calor naturalis et humiditas sic ascendendo procedunt usque ad 30 annum; ergo sperma illius temporis aptum est ad generationem. Ad oppositum: quanto corpus propinquius est consumptioni et resolutioni tanto sperma eius ineptius est ad generationem, sed ex 35 anno propinquius est consumptioni, ergo sperma illius temporis minus aptum est ad generationem; hoc confirmatur per Aristotelem qui dicit quod sperma post tertiam septimanam melius est ad generationem. Ad hoc dicendum quod sperma hominis in iuventute constituti dum bene se habeat melius est quam antea. Ad rationem dicendum quod calor prius [...] in iuventute autem quodammodo aequalis est, sed maior in iuventute qualitate, in prius vero quantitate, quia tamen retunditur ab humiditate, ideo sperma illius temporis non est adeo aptum generationi iuvenili. 3o quaeritur quo generatio incipiat in 14 anno, et videtur quod sic ratione talis: virtutes naturales ab anima vegetabili procedunt ordinate, sed sic nutritiva et augmentativa et generativa; sed in virtutibus ordinatas per formam suam operationem antequam alia sua incipiat; ergo nutritiva perficiet suum opus antequam augmentativa incipiat, et istae ambae antequam generatio incipiat; sed finis augmentationis est in anno 30o, ergo tunc primo incipiet generativa suum opus. Ad oppositum est auctoritas Aristotelis quod post duo septimanas vel circa incipiat generatio. Ad hoc dicendum quod tempore generationis incipit ante statum augmentationis, et causa est residuitas nutrimenti quae ad sperma convertitur perfectum; tunc generatio ultra tempus illud est sed tunc incipiat. Ad rationem dicendum quod virtutes sunt ordinatae temporibus aut secundum simultatem aut secundum continuationem aut secundum utrumque. Sed secundum simultatem sunt nutritiva et augmentativa et generativa, quia generativa operatur ex reliquiis nutritivae. 4o quaeritur propter quid sperma debet esse viscosum et glandinosum, et videtur contrarium ratione talis: ex spermate sunt suae actiones in membris, sed viscositas et glandinositas impedit actiones et formationes in membris, ergo impedit generationem, ergo non debet esse viscosum et glandinosum. Contrarium dicit Aristoteles. Ad hoc dicendum quod sperma debet esse glandinosum et hoc est bene digestum. Ad rationem dicendum quod duo impediunt generationem: nimia liquiditas et nimia duritia; sperma ergo debet esse medium inter haec duo, scilicet liquidum nimis et durum nimis. 5o quaeritur propter quid sperma est album. Ad hoc dicendum quod hoc est propter assimilationem in membris, et quia ipsa sunt alba naturaliter et radicaliter ideo sperma debet esse album. 6o quaeritur in quibus corporibus est maior multitudo spermatis, aut in macris aut in pinguibus, et videtur in pinguibus ratione talis: sperma est superfluitas humiditatis nutrimentalis, ergo in quibus est maior humiditas in eis est maior copia spermatis, sed haec est in pinguibus, ergo plus est sperma in eis. Contrarium dicit Aristoteles: haec est sic ergo diminuta humiditate diminuitur sperma, sed augmentata pinguedine diminuitur humiditas corporis, ergo in multa pinguedine in parum de spermate. Item ratione: sanguis est in pinguedine, sed augmentata pinguedine minoratur sanguis, ergo augmentata pinguedine minoratur sperma. Ad hoc dicendum quod minus est de spermate in hominibus macris. Ad rationem dicendum quod pinguedo est duplex: quaedam est causata a superfluitate quae impedit completam conversionem ad carnem sicut in porco, et talis humidat sperma non sanguis; alia est pinguedo quae est carnositas, et haec est augmentata caro unctuosa, et ideo duplex se habet, aut quia convertitur ad carnem solum [...] et talis pinguedo est pauca spermatis, vel multa fiat superfluitas residuitatis, et ideo in haec multitudo spermatis, aut totus sanguis convertitur in carnem unctuosam, et hoc dicitur proprie carnositas, et nihil remanet quod in sperma convertatur. 7o quaeritur in quo maior aggregatur superfluitas spermatis, in homine nigro aut albo, et videtur quod in nigro ratione talis: nigredo est signum caliditatis, sed ubi est caliditas ibi sperma, ergo in nigro magis aggregatur sperma. Contrarium dicit Aristoteles. Ad hoc dicendum quod in nigris propter caliditatem fit consumptio spermatis, in albis autem non. Ad rationem dicendum quod duplex est albedo: quaedam quae sequitur caliditatem temperatam, alia quae sequitur frigiditatem per humiditatem in corpore sano. 8o quaeritur quae virga sit aptior ad coitum, aut parva et curta aut longa et magna, et videtur quod longa et magna ratione talis: generatio non fit sine medio deferente sperma ad locum conceptionis, sed hoc facit melius virga longa quam curta, haec ergo est melior. Contrarium dicit Avicenna [?]. Ad hoc dicendum quod virga nimium longa impedit generationem, et causa est haec, Avicenna [?], quia calor innatus frangitur propter spatium motus eius. 9o quaeritur quae virga inducat maiorem delectationem, aut parva aut magna, et videtur quod parva ratione talis: delectatio est sensus rei convenientis, dolor vero sensus rei contrariae, et ad hoc ut sentiant mulieres generativa delectatione causa sunt nervosa, sed nervositas mulieris est in collo, ergo cum virga quae hunc locum solum attingit maiorem facit delectationem, et quae pertransit ipsum minorem facit delectationem. Ad oppositum est [...] mulierum signum est superfluitatis et magis in mulieribus nervosis, ergo parva virga peior est quam longa vel magna. Ad hoc dicendum quod virga moderata maiorem affert delectationem, quia non debet virga attingere ad fundum matricis sed solum ad os interius, et ibi debet polluere sperma et [...] et matrix debet ex se per suam virtutem attractivam sperma ad fundum attrahere, et ideo longa virga quae pertransit hunc locum non est apta ad generationem. Ad rationem dicendum quod magnitudo duplex est: quaedam est quae consistit in [...] et haec non est apta ad generationem quia est quasi caro mortua; alia est quae sequitur fortitudinem virtutis et caloris descendentis, et ista bona est et [...] generationis [...]. Circa 1m sic proceditur: quaeritur utrum coitus plus debilitat quam aliae evacuationes, et videtur quod sic ratione talis: quod plus calorem resolvit et distinguit plus debilitat, sed coitus est huiusmodi, quia evacuat in quantum in qua est calor naturalis et cum qua fluit calor naturalis et per consequens, ergo coitus plus debilitat. Item ratione: calor non resolvitur nisi propter resolutionem sui subiecti; subiectum autem caloris duplex est, scilicet proximum et remotum: proximum est humiditas, remotum vero sanguis; sed in fleubotomia erit subiectum remotum, in coitu vero proximum quia humiditas; ergo coitus plus debilitat quam fleubotomia. 3a ratione: illa evacuatio quae ex

onibz iubis inde'riate euacuat plus debilitat q̄ illa
que ex inbzis deriatis euacuat. s3 coitus ē h̄m g° mag'
debilitat. Ad oppo'm ē h̄ ro. omnis opo iolunta q̄t
cursū n̄e mag' debilitat q̄ q̄ no ē h̄m. s3 flebo'a t me
dia ignatiua sūt h̄m. coitus uō euacuaco n̄ls ē g' eua
cuacones alie plus g'uat t debilitat q̄ coitus. Ad h̄
dd' q̄ coitus plus deb'tat q̄ a'a euaco. Ad rōm dd' q̄
dup' ē ɔsid'are coitu ad alias euac'es. uno m a pte
opomis uel i coitu t sic uir affligit sūn. a° m a pte
delicti ex h'us euacu'bz t h̄ m peioz dereling̃ effc̄s
q̄ p'ioz sba euacuat. 1° q̄ cū quida delectet'
i coitu quida uō cū ux'oz maioz debe delectaco. t
ui q° delec'cs plus min' ledunt. rō tal. omīs op' cū
delec'ne min' affligit g° quo plus delectant' min'
g'uant. 1 rō. In corpbz cū delecta'e euacuat' sup
fluu t cū min' g'uant q̄ qui sine delectacoe ex
pellunt. in'a g° qui plus delectant' min' g'uant. ɔ'
tm dr' a'm c. q̄ qui plus delectat' plus debilitat'.
ad h̄ dd' q̄ qui plus delectat' plus debilitat' t cū
z magna delectaco in'bz q̄ g' h̄ expellit ad in'b'
g'uatia ɔtcq' h'unt i q̄ acute sincopis. Ad rōm
dd' q̄ i coitu duo sūt delectaco t omissio. delec'o
uo debi'tat s3 mag' omissio. Ad 4'am rōm dd' q̄ m'tu
delectantes emittūt ūc sil cū uō u'cdo. 2° q'r
in' coitus inducat sanitate t uir q̄ sic rō tal' in
coitu emittit' sup'fluū t omissio sup'fluoz ɔfert
[illegible]

et mola generatur ex calore illi contrario qui est calori celesti et frigore causas generatur et in ventre secundum dispositiones [?] et quia in mole disposita ut fiat caro fetus ad minus et hoc est ex potentia sua et sic ad formam carnis producere ex calore illius naturalem tamen putredinem producit ad alia sicut ad lumbricos vel ad ascarides et hec secundum dispositionem materie non tamen fit ex materia mole fetus quia deficit sperma viri. Tertio queritur propter quid in feminis de Apulia nascatur hec res qui dicitur feteruntur et busso. Ad hoc dicendum quod mulieres ille sunt multum humide et sanguis earum mixtus putrescit propter calorem aeris in natura [?] et exit in hora partus vel ante fetum vel post. Quarto queritur de contrarietate medicorum et Aristotelis nam medici dicunt quod mola generatur ex spermate virorum, Aristoteles quod ex spermate mulieris. Ad hoc dicendum quod triplex generatur mola. Una tamen ex spermate humorum et hec est secundum medicos. Secunda tamen fit ex ventositate et est illa qui fit in tympanite. Tertia tamen fit ex sperma humiditatis superfluitatis in corpore mulieris que postea in matrice convertitur ad carnem et hec est mola et hanc causam generationem ponit Aristoteles sicut patet in hoc loco.

·xi· 1 [S]i omni opinione nobili et vili etc. Cum duplex sit modus procedendi in hac scientia scilicet narratorius et causalis narrativus ubi in narratione processit in hac parte tractando de differentiis animalium et de diversitatibus membrorum secundum processum causarum assignativum. Dividitur ergo hic primo in duas. In quarum prima assignat auctor modum procedendi declarationem similium et ordinem procedendi. In secunda ubi in xii libro ibi Declaravimus iam de differentiis animalium secundum causam et processum causalem. Prima vero pars quam continet xi librum dividitur in duas partes. In quarum prima declarat modum procedendi in hac scientia et assignat causam eius in talium. In secunda ibi Et quidam homines assignat distinctionem animalium et de quibus intendit secundum causas determinare [?] ad presentem lectionem et dividitur in duas partes. In quarum prima assignat modum procedendi et assignat causam eius animalium. In secunda ibi Sicut homo et talia alia. Ad aperiendum causas per significatas aliorum de quibus intendit. Prima dividitur in duas. In quarum prima assignat modum procedendi et causam. In secunda ibi Amplius quia generatio etc. tangit modum Antiquorum procedendi et causam. Prima dividitur in duas. In quarum prima dat modum procedendi in rebus naturalibus. In secunda ibi Et debemus tamen assignat diversitatem naturalium rerum. Prima vero dividitur in duas. In quarum prima assignat processum et causam. In secunda ubi non generatio nos latet assignat ordinem inter causam et effectum. Hec est prima principalis divisio in tres. In quarum prima assignat de via procedendi et causam. In secunda ibi Ergo generatio etc. agit de processu et auctoritatem. In tertia ibi Et ita dicimus quod in rebus agit de via procedendi et circumspectu [?] in hac lectione patet etc. Et primo circa hanc partem queri possunt. Prima est de investigatione causarum et scientiarum. Secunda est de investigatione causarum et proprietatum ad proprietates demonstrandas. Tertia est de comparatione causarum ad invicem. Et primo sic procedit quod primo videtur quod scientia cognitio causarum homini innata sit et non per investigationem causarum tamen quod sic arguitur. Sicut testatur Avicenna duplex est cognitio rerum quedam per experientia sicut per proprietates accidentales, quedam vero per naturam sicut per viam principii vel per virtutem singularia habent. Prima vero per intellectum et utrumque [?] habet ad esse sic ad cognitionem sicut testatur Aristoteles ergo nota est via cognoscendi per viam principii et hoc est per causas. Nam cognitio

qo.

est per causas et resolutionem principiorum vel ad singularia causas ergo cum homo habeat virtutem intellectivam cognitionem naturaliter est homini per causas rerum ipsas cognoscere. Et hoc confirmatur per hoc quod dicit Aristoteles Omnis opinio etc. et per id quod homo in principiis philosophorum que autem intelligit. In contrarium est quod illud duplex: uno modo sunt rerum scientie, alio modo sunt in cognoscente scientie. Vero sunt in creatore primo, in cognoscente sicut in homine qui est similis nature et quo est in natura. Sed in primo creatore sunt per suas causas ergo sunt in nullo cognoscente sicut in homine erunt res per suas causas et quod homo assimilet primo cognitione patet quia dicit Augustinus quod homo ad similitudinem et ad imaginem dei factus omnium rerum intelligentiam in se gerit. Ad oppositum in rebus quarum cause sunt innate et occulte non est cognitio nec processus cognitionis per causas sed multe sunt huiusmodi ergo non in omnibus rebus est cognitio per causas. Secundo vero omnis cognitio homini ortum habet a sensu sed sensus non dicit propter quid ut habetur in ultimo methaphisica nam cognitio sensus est per accidens ut dicit Aristoteles quod accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendum quid est ergo cognitio humana non est per causas sed per accidentia proprietates. Ad hoc dicendum quod cognitio rei causalis est. Ad rationem primam dicendum quod cognitio comparata ad quod et ad rem cognitam et sic potest esse per causas et ad cognitionem et a parte cognoscentis quam diffinit cognitio per causas. Ad secundam rationem dicendum quod per causas et per accidentia et per intellectum cognoscitur per causas sed non per accidentia sed quod scientia cognitio in homine ordinata est ad intelligentiam ideo in ipsa non debet sistere sed debet procedere ultra ad investigationem causarum et hec fiet per intellectum. Secundo queritur utrum cognitio causarum sit innata nobis aut erit solum per inquisitionem et videtur quod sit innata ratione tali. Duplex est principium cognitionis scilicet intellectus agens et possibilis sed sicut habetur in libro fontis vite spiritum est substantia spiritualis ut in ipsis colligantur forme rerum et dispergentur communiter. Unde habetur in libro de causis quod intelligentie sunt plene formis sed intellectus agens est substantia magis spiritualis ergo in ipsis est collectio formarum que sunt quod per scientiam. Aut ergo sunt forme in ipso per naturam aut per acquisitionem. Si per naturam habetur propositum. Si per acquisitionem ergo per receptionem et ita per aliquas passiones. Sed intellectus agens non intelligit per receptionem neque actionem tamen per passionem ergo cognitio causarum et formarum est innata nobis. Item dicit Algazel quod omnis substantia quanto superior est et spiritualior tanto clarius recipit formas et forme in ipsa tanto magis resplendent et ipsa tamen hoc magis delectatur. Sed intellectus agens est lux vel substantia magis spiritualis quam sensus. Sed in intellectu [?] res et cause et causarum rerum cognitive apud intellectum agentem aut ergo per acquisitionem aut per naturam. Ad oppositum est auctoritas Aristotelis dicentis quod anima creata est sicut tabula nuda in qua nihil depingitur. Et alibi dicit quod nihil est in intellectu quod prius non fuit in sensu ergo cause rerum non sunt in intellectu per naturam sed solum per acquisitionem. Ad hoc dicendum quod cognitio rerum est in homine acquisita et non innata. Ad rationem dicendum quod cognitio debet accipi duobus modis. Uno modo sicut receptiva et sic debetur cognitio causarum rerum intellectui possibili. Alio modo debetur cognitio causarum rerum intellectui [?]. Alio modo debetur cognitio causarum non cognoscendo et per quod fit cognitio et denudatio formarum a materia et hoc modo debetur cognitio causarum intellectui agenti. Exemplum est de colore oculo et luce per hoc patet solutio ad rationes. Quia receptio est duobus modis

in se per [?] ad intellectum. Ergo possibilis recipit per actum sicut per agentem. Agens vero recipit in se aliud non per aliud.

Tertio queritur utrum cognitio aliquarum causarum sit innata anime et aliquarum rerum et videtur quod sic ratione tali. Cognitio rerum ex principiis est, principiorum vero cognitio non ampliter ex alio est quia sic in infinitum esset processus. Oportet ergo ut aliqua sint in sensibus cognita et hec est ratio Avicenne quod aliqua sunt principia que per naturam cognitionem supplent consideratio quid quod in virtute propriam quam facultatem per diffinitionem. Secundo vero unaquaque res propriam habet operationem per quam regit se in suo genere. Sed anima intellectiva substantia est ergo habet virtutem per quam se ipsam regit in opere suo et per quam eligit utilia et fugit nociva. Sed propria operatio substantiarum separatarum est cognitio. Sed cognitio hec similiter est cum anima ergo cognitio aliquarum rerum innata est anime sicut veri et boni et sui ipsius. Ad oppositum est hoc tamen nulla substantia corporalis [?] habet propriam operationem sed anima intellectiva est huiusmodi ergo non habet propriam operationem in corpore dum sit in corpore ergo non habet cognitionem ergo omnis cognitio anime humane est acquisita. Ad hoc dicendum quod cognitio aliquarum rerum est innata anime sicut veri et boni et sui ipsius. Unde dicit Boethius quod talia non potest ignorare verum et bonum et se ipsum. Ad rationem dicendum quod anima est duplex cognitionis [?] per quam est sibi propria et est superficie faciei anime. Alia vero debetur ei inquantum regit corpus et hec est secundum inferiorem partem eius. Primo ergo quedam cognita sunt apud animam quantum ad supremam partem et tunc ipsa est quedam confusione cum et cognitio que tamen est ei a parte faciei inferioris [?] habet a sensu. Quarto queritur utrum anima absque cognitione sensitiva procedente possit habere scientiam et cognitionem et videtur quod sic ratione tali. Unde dicit Avicenna in libro de anima anima est substantia que propriam in corpore habet operationem cum in corpore sit et hoc probat per exemplum alicuius capti de novo omni motu corporis ipso cessante et in motibus exterioribus cognosceret anima utique eius se ipsum et affirmaret suum esse sicut dicit hoc in textu cognitione consistit [?] et tunc aliquo modo ergo absque cognitione sensitiva potest anima habere scientiam. Item vero cum virtutes similes elevant intelligentia deprimuntur et e contrario sicut dicit Avicenna. Sed omnis substantia confortata aliis debilitatis habet proprias actiones absque aliis. Sed anima intellectiva est huiusmodi ergo habet proprias operationes absque aliis. Sed anima intellectiva est huiusmodi ergo habet proprias operationes absque sensu et cognitione et scientiam. Tertio vero omnis substantia spiritualis cum de potentia sua communi recipit in se reprehensionem formarum separatarum a principiis. Sed anima intellectiva est huiusmodi ergo cum ipsa sit receptiva formarum rerum et exemplum est hic de speculo. Sed substantie spirituales plene sunt formis exemplaribus ergo anima que est spiritualis cum ipsa recipit ab eis reprehensionem sicut speculum ab alio speculo ergo anima cum cognoscit se et que in se sunt habet cognitionem sensibilem absque adminiculo sensus. Quarto vero dicit Augustinus quod anima ad totam dei capacitatem sufficienter facta est omnium in se sensum gerit. Sed omnis talis substantia reflexa super se cognoscendo se omnia in se contenta cognoscit sed quod sibi presens est secundum quod dicit Avicenna se ipsam cognoscit ergo omnia in se contenta cognoscit non respiciendo se sibi omnia in se contenta sibi representat et hec absque sensu habet ergo cognitionem et scientiam absque sensu. Ad oppositum

qo.

est auctoritas Aristotelis dicentis quod omnis cognitio nostra ortum habet a sensu et hoc testatur Algazel dicens quia deficiente sensu deficit et scientia ergo per cognitionem non habet anima cognitionem singularium. Ad hoc dicendum quod intelligentia habet cognitionem aliquarum rerum absque sensu et hoc testatur Algazel dicens quod quando cessant operationes sensibiles tunc vacat anima propriis operationibus et quandoque videt res spirituales quandoque non corporales sicut narrat. Ad rationem dicendum quod anima habet duplicem faciem supremam scilicet et infimam. Infima est dedita regimini corporis et tamen habet ut a sensu. Suprema vero habet cognitionem interiorum absque sensu. De infima vero loquitur Aristoteles. Ex parte vero [?] parte accidit quandoque quod layci simplices non tamen instructi supernaturaliter aliquando sanctitates enuntiant absque omni doctore et cognitione sensus precedente. Secundo vero sic procedit queritur que res debet scire per causam et videtur quod per accidentia vel inherentia solum ratione tali. Id quod est delectabile et scibile quia accidentia inherentia habent causam per quam in esse. Sed solum accidens est huiusmodi ergo solum accidens est scibile per causam. Item vero que insunt quadam indivisibiliter sed quadam distantia et per se sunt de genere substantie sicut homo et animal et quod sunt per essentiam et individuum individuo et similiter id est per essentiam quod predicatur de quo fit predicatio in accidentibus vero differt quod predicatur et de quo. Sed ad essentiam requiritur distantiam et modo contemplationem per causam. Item sed hoc requirit solum in accidentibus ergo solum accidentibus est demonstratio. Tertio vero solum illa demonstrantur que habent diffinitionem ex additamento. Sed sola accidentia sunt huiusmodi. Ergo sola accidentia demonstrantur et sciuntur per causam. Quod sola accidentia habeant diffinitionem ex additamento patet per Aristotelem in vii metaphysice ibi ubi dicit quod accidentis est demonstratio substantie vero diffinitio. Quarto vero videtur quod accidentia que sunt communia in genere eorum non sunt demonstrabilia sicut color non demonstratur per albedinem ergo multo magis ea que sunt in genere substantie de se [?] non demonstrantur quia inter ea est maior [?] ergo solum ea que sunt accidentia et inherentia et per modum inherentis se habentia possunt demonstrari ergo sola scientia sunt per demonstrationem et per causam. Ad oppositum est hoc tamen omne habens causam alteram in se potest per ipsam demonstrari. Sed substantia est huiusmodi sicut animal quod habet vitam et sensum sic causam alteram ergo substantia potest demonstrari. Item vero videtur quod per naturam tamen demonstrantur forme et e contrario sicut Aristoteles facit sepe ergo cum hec sint substantie possunt demonstrari. Ad hoc dicendum quod solum accidentis est demonstratio. Ad rationem dicendum quod in genere substantie duplex est forma quedam est que est [?] principium, quedam autem est que totum complectitur et hec potest esse propter quod totum complectitur sicut homo et animal et ideo quod potest duplex considerari. Uno modo per compositionem quam habent inter se et sic non demonstratur. Alio modo considerantur per comparationem ad substantiam in quibus sunt et hoc duobus modis. Uno modo prout totum ipsum complectuntur et sic non demonstrantur. Alio modo prout inherentes et sic accidunt sic possunt demonstrari in modo accidentis habent et sic possunt demonstrari et sic solvuntur rationes. Tertio queritur utrum accidens [?] possit demonstrari et videtur quod sic ratione tali. Subiectum proprium est passionum et [illegible] passionum [illegible] ergo accidens [illegible] potest demonstrari. Tertio vero accidens [illegible] rei [illegible] ergo [illegible] demonstratur [illegible]. Ad oppositum est auctoritas Aristotelis qui dicit quod accidentis est [illegible] demonstratio [illegible] per causam [illegible] demonstratur [illegible]. Tertio vero [illegible] quod a diversis causis causatur habet medium per quod demonstratur

actus hic est hic sicut patet de colore qui non firmat suam speciem et a diversis causis est ergo actus coniunctio non demonstratur. Ad 2m dicendum quod actus hic est per demonstrationem sicut cognoscitur de terre motu et eclipsis de luna et candela et tenuitas de nube. Ad tertium dicendum quod accidentia sunt duobus modis: quedam sunt communia, quedam propria et communia; quedam habent causas, quedam non set sunt a casu. Propria non demonstrantur, communia non quia a casu sunt; duplex consideratur: uno modo per comparationem ad concursum causarum [illegible] et sic non demonstrantur, alio modo per comparationem ad causam ulteriorem et sic demonstrantur. Exemplum est de eo quod incedunt per viam et similiter lapis cadens de pariete super caput. De colore dicendum quod duplex est causa: una est propria sibi, calidum et frigidum, humidum et siccum; communis autem [illegible] propria autem communis, sicut est forte [illegible] proportionem [illegible] communis celo et inferioribus; set primum tamen non consideratur medicus set forte et non potest quod calor non firmat suam speciem, sicut potest per scientiam libri dietarum universalium et particularium.

Et omnes homines etc. Postquam determinavit de medicina [illegible] in alia determinatione est. In hac parte intendit assignare modos perceptionis et [illegible] aliarum et dividitur in partes duas. In prima parte determinat de modo perceptionis et distinctionis operationum et specierum aliarum. In secunda ibi: Et iam declaravimus de modo perceptionis et [illegible] et proprietatibus aliarum. Prima pars est de prima lectione et dividitur in 6. In prima determinat impedimenta divisionis et distinctionis aliarum specierum et specierum in diversas et plures operationes, quod sunt una secundum plures operationes. In secunda ibi: Et sunt alie operationes determinat de impedimento divisionis aliarum specierum per nomina, non nominantur que non omnibus operationibus. In tertia ibi: Et multi etc. determinat impedimentum quod consistit in defectu multarum rerum contentarum sub uno genere. In quarta ibi: Et multi homines determinat impedimentum quod consistit in distinctione et in ordine rerum. In quinta ibi: Et dignius est ut dubitet homo movet dubium et determinat generales que fit per sensum actualem. In sexta ibi: Et hoc est dubium et necesse [illegible] aliorum dubiorum et determinat generales, et sunt in hac lectione partes 6 sicut patet. Circa partem istam duo sunt querenda: primum est de operatione [illegible] adinvicem in via cognitionis; secundum est de comparatione distinctionum [illegible] causas adinvicem. Circa primum sic proceditur: [illegible] ... [illegible] cum [illegible] sit primum cognitum rei et non [illegible] sic [illegible] primum [illegible] primum accidentium sicut vult auctor [illegible] et primum rei sunt [illegible] forme ergo [illegible] sunt primum accidentium et cetera, set omne quod demonstratur per causam demonstratur; omne non actualis inheret [illegible] vel ratione forme vel compositi, ergo cum accidentia sunt [illegible] ratione [illegible] vel forme vel compositi per hoc possunt demonstrari. Ergo [illegible] quod accidens per [illegible] potest demonstrari sicut ratio et [illegible] quod ratione [illegible] [illegible]. Item dicit auctor in 6 libro methaphisice quod quedam sunt forme que dependent a materia sicut caro, quedam autem que non sic se habent sicut linea; et cum dicat auctor quod [illegible] sunt forme quod quedam sunt que non dependent a materia, quedam non medio [illegible] ille quarum dependentia est a materia per materiam possunt manifestari; set [illegible] sunt hic ergo per materiam potest fieri demonstratio. Ad oppositum est solum est primum notificationis et demonstrationis quod est primum cognitionis; set materia non est primum cognitionis, set potius umbra et obtenebratio rerum, ergo materia non est principium demonstrationis. Item [illegible] multis modis [illegible] et [illegible] cum [illegible] duplex: in via generationis [illegible] in via non [illegible] sic forme, set via demonstrationis fit per [illegible] in via cognitionis non [illegible] ergo per materiam non fit demonstratio. Ad hoc dicendum quod [illegible] est principium demonstrationis [illegible] et [illegible] in methaphisica [illegible] cum [illegible] patet [illegible]. Ad tertium

[illegible] dicendum quod duplex est loqui de materia: uno modo prout est aliquid in sua essentia et sic est incognita et obest cognitioni vel per formam vel per privationem; alio modo est loqui de materia prout est [illegible] cognita et est principium forme aliquo modo et sic est principium demonstrationis. Ad tertium dicendum quod duplex est loqui de materia: uno modo in comparatione ad formam et sic forma notior est ipsa et prior et sic non est principium cognitionis; alio modo est loqui de ipsa in comparatione ad actum et sic est [illegible] prior, tempore et [illegible] sicut potest esse principium cognitionis [illegible]. Quod [illegible] per causam efficientem potest fieri demonstratio quod sunt [illegible] sic [illegible] proprietates de rebus determinant; set quedam proprietates sunt a causa [illegible] sicut [illegible] et albedo margarite; quedam non ab extrinseca sicut lumen et claritas et proprietates [illegible] recedunt recedente causa; sicut recedente luce solis recedit claritas in aere; set [illegible] quo recedente recedunt proprietates rei et [illegible] motis [illegible] [illegible] possunt [illegible] est; set aliqua sunt hic proprietates in rebus a causa efficiente ergo per causam efficientem potest fieri demonstratio. Item proprietates quedam insunt rebus a creatore ratione complementi sicut bonitas et stabilitas et [illegible] non quedam proprie [illegible] et malicia [illegible] dicit auctor quod causa duo habet in se esse: a creatore non esse non a se ipsa scilicet a quo proprietates habent ortum omnia demonstrare; set omnes proprietates que nunc sunt existentes habent ortum a creatore, ergo per ipsum possunt demonstrari et per causam efficientem. Ad oppositum est hoc, quod demonstratur cognitio rei per primum in [illegible] quod calidus est per se et de [illegible] et [illegible] quod ipsum est et de [illegible] dicit [illegible] [illegible] omnibus per se inherentem [illegible] ipsum ad [illegible] sibi et per diffinitionem; set causa efficiens non est hic, ergo per ipsum non potest demonstrari. Ad hoc dicendum quod causa efficiens non est principium notificationis et demonstrationis rei; nam quedam sunt proprietates que per causam efficientem possunt demonstrari. Ad tertium dicendum quod causa efficiens est duplex: potest considerari quo ad substantiam et sic est extra rem vel [illegible] ad vestigium quod in re derelinquit et sic est quasi intra rem et sic proprietates rei per ipsum demonstrari sicut plaga per ipsum qui fecit eam; unde dicit auctor quod omnis agens est equivoca [illegible] ad univoca sicut plaga ad [illegible] plage, in [illegible] est quod efficiens et causa plage. 3o ratione [illegible] per [illegible] per omnem causam demonstrare autem solum per [illegible] et [illegible] per omnes causas demonstratur ratione talis. In rebus similibus ab eisdem causis [illegible] est necessitas ab eisdem et per easdem est demonstratio [illegible] necessitas [illegible] et ab omnibus causis ut dicit auctor in [illegible] ergo per omnes causas est demonstratio. Ad oppositum est hoc. In nullo genere scientie in quo sola materia consideratur et omnes res sunt per applicationem ad materiam consideranda non fit demonstratio nisi per materiam; set talis [illegible] est hic, ergo ibi non fit demonstratio nisi per materiam. Ad hoc dicendum quod naturalis philosophus per omnem causam demonstrat sicut homo in principio phisicorum. Ad tertium dicendum quod aliquis considerat causam in [illegible] duplex: uno modo quod consideratur et omnes res per applicationem ad materiam et sic naturalis philosophus materiam considerat aliquis tamquam medium quod demonstrat et sic non considerat tantum a naturali philosopho set ab aliis. Queritur 2m in hac parte, que [illegible] quod differentia possit notificari et demonstrari necessario? [illegible] quod sic ratione talis: solum id est demonstrabile quod est inherens sicut passio; set differentia similis passio omnis inherentis subiecto est hic; ergo differentia similiter est demonstrabilis. Item ratione: actualia causa a primo sibi et in subiecto et habent causam in ne [illegible] in se et substantiam, unde primum non habent non habere in se materiam et substantiam; unde non per demonstrationem set actus demonstrantur ergo per materiam demonstrantur ergo cum differentia similiter sit materia

[illegible] actus et substantiam ipsius demonstrari. Ad oppositum est quod dicit auctor quod differentia in alius demonstratur per formale. Ad hoc dicendum causa et differentia in aliis passionibus demonstratur. Ad hoc dicendum ad tertium dicendum quod differentia est duplex: quedam formalis, quedam materialis et formalis; duplex: quedam datur per genus et formas sicut autem rationale et mortale vel substantia vivens rationalis animal datur per formam in ratione similis ut diffinitio datur per hoc quod est exhibens nos a caumatibus et imbribus et illud in te per comparationem ad materiam formale ut cum domus diffinitur sic, scilicet per parietes, fundamentum et tectum. Differentia vero materialis est duplex: vel prout integrant rei et constitutionis [illegible] non per [illegible] vel quod dicat causam inherentiae rei inherentis subiecto. 2a vero terre inherentis ad subiectum notificandum ut cum diffinitur triangulus per figuram planam tribus rectis lineis contentam differentia que subiecto per causam primum est quasi fundamentum et basis demonstrationis et hec est per illam tamen tertia differentia per [illegible] quarta vero est ut eclipsis est interpositio terre inter solem et lunam hec non dicat causam inherentiae passionis in subiecto et talis est medium in demonstratione quod medium [illegible] 3a vero differentia est que demonstratur quod est differentia passionis que inheret et demonstratur quod continua [illegible] cum differentia quod demonstratur differentia vero aggregata ex omnibus [illegible] est differentia potius differens a demonstratione est quod potest hanc differentiam quedam exsistentia ad demonstrationem conversa ac ea que inter [illegible] sunt et demonstratione sicut differentia [illegible] et hoc est primum de [illegible] et [illegible] hec que ad presens sufficiant.

Iam declaravimus ingenium cognoscendi. In hac parte intendit auctor determinare modos perceptionis et investigationis rerum aliarum et dividitur in partes duas. In prima parte declarat de modis perceptionis aliarum et investigationis rerum per causas [illegible]. In secunda ibi: Propterea debemus inquirere determinat modos perceptionis et investigationis et alium. Prima vero iterum dividitur in duas. In quarum prima ponit intentum et continuat dicenda dictis. In secunda ibi: Et postquam declaravimus omnia ista determinat modos perceptionis et investigationis rerum. Prima non dividitur. Secunda vero dividitur in duas. In prima determinat generationem et per quam fit ad cognitionem. In secunda ibi: Et dicimus [illegible] dispositionem determinat modos perceptionis et investigationis superiorum per inferiora. Prima secunda partis dividitur in duas. In quarum prima determinat modos investigationis alium. In secunda ibi: Et iterum non debemus variare determinat ordinem perceptionis et hic causas aliarum sunt et in presenti lectione partes 5. Circa partem istam primo queruntur primum est de cognitione corporum spiritualium secundum suum statum scilicet ratione et ordinatione superioris. Secundum est de cognitione causarum et rerum et superiorum secundum statum rerum inferiorum. Tertium est de comparatione harum cognitionum adinvicem. Queritur primo utrum anima intellectiva possit habere cognitionem rerum separatarum ut creatoris et intelligentiarum. Et videtur quod sic. Impossibile est animam intellectivam habere cognitionem harum substantiarum in sua puritate et elevatione set operationem harum ad effectus in quibus est principium forme spiritualis et inde formarum et rerum representatio et hic est principium participationis lucis spiritualis quod pervenit de hiis rebus spiritualibus in manifestationem; set anima intellectiva est per se substantia spiritualis ergo ei debetur formarum intellectualium omnimoda representatio. Hoc omnis substantia spiritualis huiusmodi substantiam spiritualem non inclinatam ad materiam per sui applicationem formarum separatarum ut in ipsa imprimantur et representantur et colligantur in ea; set anima intellectiva est hic cum habeat virtutem spiritualem non omnino corpori alligatam ergo habet virtutem cognoscendi substantias separatas. Item ideo est in virtutibus cognoscitivis quod quedam virtutes apprehendunt formas sensibiles cum esse corporali [illegible] quedam autem apprehendunt in [illegible] et [illegible] absolutas formas non tamen universales et sunt ut virtutes interiores.

Item quedam virtus cognoscitiva immutationes universales formarum sensibilium ut virtus estimativa. Alia vero virtus est que cognoscat quiditates rerum et formas a formis sensibilibus denudatas sicut intellectus et hic ergo [illegible] virtutum cognoscitivarum est altior. Set omnis quiditas vero est preter formas sensibiles quod abstracta est a materia et denudata ita quod caret conditionibus sensibilibus; tales autem quiditates apprehendit anima et quia ratione has abstractas cognoscit eadem ratione cognoscet alias que omnino pure sunt et separate in [illegible] huiusmodi sunt quiditates creatoris et intelligentiarum, ergo anima intellectiva cognoscit hiis [illegible] et habet virtutem intellectivam cognoscendi eas. 2a ratio: dicit auctor in libro de causis quod omnis substantia spiritualis intellectiva, ut intellectiam hanc cognoscat quod est sub se et quod est supra se, quod est supra tamquam causam, quod est sub se tamquam causatum; set est duobus modis et tam [illegible] ad productionem vel [illegible] ad regimen; anima autem intellectiva est substantia spiritualis simplex ergo habet [illegible] in materiam et conditionem ergo habet virtutem cognoscendi substantias supra se et sub se et sic virtutem habet cognoscendi substantias separatas sicut creatorem et intelligentias. Ad oppositum est hoc. Ratio dicit auctor quod sicut se habet oculus in nocte ad lucem sic intellectus noster ad manifestissima nature; set oculus nocte non cognoscit lucem nisi in contrarium [illegible] vel prout est obumbrata, ergo neque intellectus noster res que maxime assimilantur lumini cognoscet; huiusmodi autem sunt substantie separate, ergo anima humana non potest has substantias cognoscere. Item ratio: lux corporalis non cognoscitur nisi per applicationem ad materiam set sicut se habet lux corporalis ad oculum corporalem sic lux spiritualis ad oculum spiritualem; set lux spiritualis in sua puritate non cognoscitur ab oculo, sic nec lux spiritualis ab intellectu, ergo substantie separate ab intellectu nostro non cognoscuntur. 3a ratio nichil ab anima cognoscitur nisi quod est ei proportionale; set creator in infinitum excellit intellectum humanum, ergo non cognoscit anima hoc per applicationem ad intelligibilia et ad causata. Ad hoc dicendum quod creator et intelligentie cognoscuntur ab intellectu humano in sua puritate. Ad primum rationem dicendum quod non [illegible] in [illegible] sicut [illegible] inter lucem corporalem et animam et alio modo, non quod excellentia lucis corporalis corrumpit oculum set excellentia lucis incorporalis intellectum non corrumpit set magis edificat quod hoc est quia anima intellectiva est substantia quedam spiritualis et deficiens a cognitione spiritualium set non complete ipsa cognoscit, unde plus effundit se intellectus ad lucem primam quod oculus nocte ad lucem corporalem. Ad 3m rationem dicendum quod duo sunt consideranda ab anima: ipsum quod primum est spiritualis substantia quod alterum est quod est infectiva a parte principii; unde cognoscit a parte non seperata. Item queritur utrum intellectus humanus existens in corpore habeat hanc virtutem cognoscendi superiora sicut creatorem et causatas. Et videtur quod sic ratione talis: sicut dicit auctor omnis substantia in corpore existens quamquam habet operationem non contrarium habet a corpore nec ei virtutibus omnis talis substantia habet cognitionem corporum que sunt extra corpus; set anima intellectiva est hic cum non sit corpori conpassa nisi actus corporis est anime; ergo anima intellectiva in corpore existens habet cognitionem. Item dicit auctor quod sic se habet anima intellectiva ad corpus sicut vestimentum quod si excommendatur pannus remanet corpus et sic remanet anima intellectiva existens corpore per eam ergo sicut vestis in corpore habet actum completum et perfectum sic anima intellectiva. Et ratio sic confirmatur: omnis substantia cognoscere cognitione extrema que nullo modo a corpore dependet nec a virtute corporis potest supra creatorem et creatas intelligentias, sic dicit auctor ponens exemplum de novo cato. Set

ut est in passibilitate, sic per gradus cognitionis in inferiori natura est primum cognoscere. // Tertia ratio: omnes substantie regentes virtutes superiores ad quas cum virtutes inferiores reducantur cessant operationes proprie, habent quibus se regunt et sic vacant. Sed anima intellectiva est huiusmodi, sicut patet quia per operantes virtutes exteriores et postea interiores et tunc cum devenerit sic ad intellectum cessant operationes inferiores sensuales. Ergo habet operationes quibus se regit et sibi vacat. Ergo per has potest res superiores cognoscere. Hoc confirmatur per exemplum in hominibus raptis in vigiliis qui videntur [illegible] et cognoscunt superiora preter virtutem sensualem; hoc etiam confirmatur per Algazel qui ponit quod [illegible] in somno talia cognoscit qualia vigilans non cognoscit quia sibi vacat anima et tunc elevatur magis intellectus. // Ad oppositum est quod dicit Aristoteles in libro De anima, dicit enim: impossibile est cognoscere sine phantasmate, et dicit quod corruptio (?) quo ad inferiorem per applicationem ad phantasmata, et dicit etiam quod nichil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu. Ergo intellectus humanus non cognoscit nisi ea que prius fuerunt in sensu. Sed substantie (?) ergo non cognoscit formas separatas. // In contrarium quia huiusmodi cognitio creatoris dicitur in felicitate. Sed felicitas non habetur in hac vita sicut dicunt omnes. Ergo creator in hac vita non apprehenditur complete ab anima ipsa. // Ad hoc dicendum quod anima existens in corpore potest cognoscere creatorem et substantias separatas. Ad rationes dicendum in contrarium quod in anima duplex est natura: superior scilicet qua nata est superiora comprehendere, et inferior qua nata est inferiora comprehendere, et hec habet ortum a sensu, alia vero non. // Ad primam rationem dicendum: duplex est felicitas, quedam est patrie, quedam est vie. Felicitas que est vie perfecta est in hac vita; felicitas vero que consistit in contemplatione creatoris et fruitione non habetur in hac vita. // Tertio queritur utrum creator cognoscatur ab anima per suam presentiam aut per unionem essentie aut per speciem. Et videtur quod per unionem essentie et non per speciem. Ratio talis: res exteriores que ab intellectu cognoscuntur coniuncte sunt ei aliquo modo vel essentialiter (?), et cum anima intellectiva ad hoc ut aspectibus anime repleatur indiget [illegible] et hoc non est nisi per suam speciem et non per suam speciem cognoscitur. Ergo nulla est de primo. Ad aliud non convenit nisi ad cognoscendum. Sed creator est huiusmodi, ergo non cognoscitur per suam speciem sed magis per unionem sui et per suam presentiam. // Secunda ratio sic est: diversitas in essentia, sicut et in cognitione (?); sed quod cognoscitur per speciem differt ab eo. Ergo ubi non differt, ibi non cognoscitur per speciem sed per suam presentiam et unionem. // Tertia ratio: in eis que cognoscuntur per abstractionem simplex est sic quod forma que forma adheret materie sed a qua abstracta est amittit suum (?). Sed in creatore non est simplicitas sua forma. Ergo creator non cognoscitur per speciem. // Quarta ratio: omnis substantia spiritualis que non coartatur in sua essentia per individuationem est simul in omnibus et est omnia simul quia nichil coartat ipsam, et infinita est, et quia spiritualis est tota simul est. Sed primum est huiusmodi, ergo in omnibus est per essentiam. Ergo primum est in anima humana per presentiam essentie. Sed que sunt per presentiam anime non cognoscuntur per speciem. Ergo creatorem per speciem non cognoscit. // Ad oppositum: cognitio creatoris tenuis est et parva per presentiam, sicut dicit Augustinus et Dionysius. Sed primum est quia primum [illegible] et decor. Ergo per solam presentiam cognoscitur et non per suam presentiam vel unionem. // Ad hoc dicendum quod cognitio creatoris est per sui presentiam et unionem essentie.

ergo sensus et intellectus non sunt idem. Set neque est intelligere. consequenter subiungit secundam rationem talem sensus circa propria magis est verus quam circa communia. sed intellectus magis est verus circa communia quam circa propria. ergo intellectus et sensus non sunt idem. hanc autem rationem primo ponit in generali. secundo autem magis exprimit ipsam. et in ponendo ipsam in generali primo ponit solum conclusionem conclusionis. et antequam eam addat primam in qua ponit medium in generali. deinde autem resumit solum et addit primum. dicens ergo quod nec intelligere cum in ipso sit iudicare recte et hoc magis circa communia et non recte et hoc magis circa propria particularia. quia prudentia que est vere accepta principiorum est vere recte et est scientia. et est opinio vera et est recte. et contraria horum sunt non recte. hoc intelligere non est idem cum ipso sentire. sensus quidem enim. consequenter subiungit medium plus expresse scilicet quod sensus circa ipsa propria semper verus est. non autem sic circa communia. et recitat maiorem propositionem prius rationis scilicet quod sensus est inest omnibus aliis. = consequenter subiungit minorem huius rationis dicens quod contingit intelligere circa propria magis quam circa communia et ei adiungit minorem prius rationis dicens quod intelligere paucis aliorum inest. quia soli illis quibus inest ratio = ymaginatio autem alterum. hic intendit ostendere quod ymaginatio vere est differens a sensitiva. et est ab intellectiva. propter solum ostendit ymaginationem differre ab intellectiva. ex hoc ostensione sufficienter potest patere eius diversitas ad sensitivam. et dividitur hec pars in tres partes. iuxta tres rationes quibus ostendit ymaginationem differre ab intellectu. in prima autem parte primo ponit quod communiter intendit scilicet quod ymaginatio est altera a sensu et ab intellectu. consequenter autem adiungit conclusionem et significat eandem esse veram illorum. quia ymaginatio est quasi media inter sensum et intellectum. consequenter autem adiungit rationem qua propter intendit in fine et eius medium. et est ratio talis. ymaginatio in nobis est cum volumus. quia in aspectu possumus fingere ydola cum volumus. sicut et hii qui disponunt secundum reminiscentiam faciunt sibi apparere ydola per accepta cum volunt. sed intelligere non est in nobis cum volumus. quia in iudicando de intelligibilibus necesse est propter rem veram et falsam. hec autem non possumus facere cum volumus. ergo intelligere et ymaginatio non sunt idem. et intelligendum quod intellectus aut est iudicativus sive discursivus. et de hoc intellectu intendit hic quod dicit. quia sic non intelligimus cum volumus. non enim discernimus inter verum et falsum cum volumus. aut est intellectus informativus et hic qui est in formatione intentionum simplicium. aut operativus et de hoc intellectu operatione scilicet de operatione intellectus informativi locutus est superius in secundo cum dixit intelligimus cum volumus. amplius autem. hic subiungit secundam rationem talem. intelligimus aliquid terribile aut aliquid de quo sit confidendum statim contristamur aut confidimus. sed ymaginando aliquid hic non sic movemur. sicut nec considerantes terribilia aliqua terribilis in pictura. ergo ymaginatio et intellectus non sunt idem. = Set dubitatur videtur enim quod et freneticus et melancolicus terreantur in ymaginatione terribilium. et dico quod in istis est tam vehemens ymaginatio quod illud quod ymaginatur creditur et iudicatur ab intellectu esse verum. et per accidens ex hoc contristati moventur. non autem ex ymaginatione = Sunt autem et acceptiones. hic dat tertiam rationem talem acceptiones intellective sunt differentes scilicet scientia opinio et prudentia. sed nulla istarum acceptionum est ymaginatio. ergo ymaginatio et intellectus non sunt idem. et intelligendum quod per scientiam intendit omnem apprehensionem firmam scilicet tam principiorum quam conclusionum. per opinionem omnem apprehensionem debilem et quia est acceptio per rationem. acceptionem autem non puram sed extendentem se ad electionem vel fugam vocat prudentiam. et intelligendum quod duabus prioribus rationibus est ostendere quod ymaginatio et sensus non sunt idem. non enim fingimus cum volumus. propter non terremur quod sensus percipimus terribile. propterea sufficienter patet quod ymaginatio nec est intellectus nec sensus. et quod intellectus non est sensus. ex quo patet quod prius per precedentia

in secundo sciamus quid est sensus. et omnino indigemus tractatu quo sciamus quid ymaginatio et quid intellectus. = De eo autem quod est intelligere. hic aggreditur tractatum suum de ymaginatione et de intellectu. et dividitur hec pars in duas scilicet in prohemium in quo dat intentionem suam. et in executionem suam scilicet ibi Si igitur fantasia est. dicens ergo quod de eo quod est intelligere quoniam et cetera id est quoniam ipsum intelligere est alterum ab eo quod est sentire. Accipitur hoc nomine intelligere communiter ad omnem apprehensionem que est non per sensum sensibilem. et propterea subiungit et hoc id est ipsum intelligere sive apprehensionem que est non per sensum. est aliud id est videtur quedam est fantasia sive ymaginatio. et aliud id est quedam videtur esse opinio vel intellectus. quia ita est. determinandum est de fantasia sive ymaginatione. quia nominat eandem virtutem anime et consequenter dicendum est de intellectu = Si igitur fantasia et cetera. hic exequitur de intentis. et dividitur hec pars in duas. in quarum prima determinat de fantasia sive ymaginatione cum tamen possit aliquid videri fantasia esse de numero illorum. in secunda autem declarat quid est fantasia sive ymaginatio ibi. Sed quoniam est moto hoc moveri alterum. et prima pars dividitur in duas in quarum prima enumerat ea de quorum numero videtur aliquid esse fantasia. sive continens rationem qua possit hoc videri. cum tamen non fuerit fantasia aliquid illorum. in secunda ostendit quod non est fantasia sive ymaginatio aliquod illorum enumeratorum scilicet ibi. quod quidem non sit sensus. illa autem de quorum numero forte videtur fantasia esse. sunt hec. sensus. opinio. intellectus. scientia. ratio autem qua possit hoc videri est hec. habitus discretivus veri aut falsi est aliquid horum enumeratorum. sed fantasia est habitus veri aut falsi. ergo fantasia est aliquid illorum. et intelligendum quod fantasia dicitur communiter et proprie. communiter vocatur fantasia sensus exterius. proprie autem virtus anime que absente sensibili movetur ab eius speciem ipsius sensibilis prius apprehensa in sensu. dicens ergo quod si fantasia est virtus secundum quam dicimus aliquam fantasiam fieri in anima absente sensibili et si non est aliquorum secundum methaphoram ut prius dictum est id est si fantasia dicatur proprie et non communiter. videtur fantasia esse una aliqua potentia de numero horum enumeratorum dicendorum que sunt sensus. opinio. intellectus. scientia. cum tamen non fuerit de numero eorum. et tunc unde rationem apparentem scilicet quod fantasia est habitus per quem discernimus verum aut falsum. hic autem habitus sunt enumerate potentie. = consequenter autem ostendit quod fantasia non est aliquod illorum. et dividitur hec pars in tres partes in quarum prima quinque rationibus ostendit quod fantasia non est sensus. in secunda unica ratione ostendit quod nec intellectus nec scientia ibi at vero neque semper vere. in tertia ostendit quod fantasia non est opinio. ut ibi Relinquitur ergo videre. prima ratio talis est. sensus omnis aut est sensus actus sive in actu vel sensus aut est in potentia ut visus. sed fantasia nec est sensus actu nec sensus potentia. ergo fantasia non est sensus. minorem autem ponit. sed eius probationem per hoc quod dicit quod fantasia non existente aliquo horum scilicet nec sensu actu nec sensu potentia apparet ipsi fantasie aliquid actualiter cum non fiat sensus actu ut que apparent in sompniis. quia nec fantasia est in actu. quando non est sensus in actu patet quod fantasia non est sensus in actu. et quando sensus potentia est in potentia tamen est fantasia in actu semper. patet quod fantasia non est sensus in potentia. = preterea quidem. hic subiungit secundam rationem scilicet talem. sensus operatur tantum presente sensibili. fantasia autem operatur absente sensibili. ergo fantasia non est sensus. = Si non actu idem esset. hic subiungit tertiam rationem talem. sensus inest omnibus animalibus. fantasia autem non omnibus. ergo fantasia non est sensus. hanc rationem sic innuit. scilicet fantasia esset semper idem sensui inesset omnibus et fantasia omnibus animalibus brutis. sic non inest quibusdam ut formice dispositione enim sibi in necessariis videntur facere. et apes scilicet per artificium operantur enim sibi domos exagonas et cetera sine

cuidam. nunc autem manifestum est quod non omnibus inest. sic iam dat signum = preterea quidem. hic adducit quartam rationem ad idem sic. sensus circa propria sensibilia semper veri sunt. fantasie autem circa propria sensibilia plures false sunt. ergo fantasia non est sensus. = amplius autem non dicimus. hic dat quintam rationem talem. cum sentimus secundum actum non dicimus quod id quod sentimus apparet nobis esse. sed quando est simpliciter. sed cum absente sensibili ymaginamur non tenemus ut imaginatum esse simpliciter. sed apparere nobis. ergo sensus et fantasia sive imaginatio non sunt idem. = at vero neque semper vera. hic unica ratione ostendit quod fantasia nec est intellectus nec scientia. sic intellectus est de numero semper dicentium vera. sed fantasia est quandoque falsa in dicendo. ergo fantasia nec est scientia nec intellectus. et similiter tamen nomen intellectus pro ut nominat habitum principiorum. et scientia prout nominat habitum conclusionum illatarum per medium demonstrationis. Relinquitur ergo et cetera. hic intendit ostendere quod fantasia non est opinio. et dividitur hec pars in duas. in quarum prima absolute ostendit quod fantasia non est opinio. in secunda ostendit quod fantasia non est aliquod compositum ex opinione et sensu ut ibi manifestum ergo quoniam neque opinio. prima autem pars continet duas rationes. et antequam det ipsas rationes dat illam intentionem fundando quandam convenientiam inter opinionem et fantasiam dicens quod relinquitur videre utrum fantasia sit opinio. quod videtur. quia opinio est et vera quandoque et falsa quandoque. sicut fantasia. consequenter autem hoc improbat. et est prima ratio talis. cuicumque inest opinio inest fides. sed non omni cui inest fantasia inest fides. ergo fantasia non est opinio. amplius. hic dat secundam rationem scilicet huic cui omni inest opinio inest ratio. sed non omni cui inest fantasia inest ratio. ergo fantasia non est opinio. maiorem probat sic. cui inest opinio inest fides sed non omni cui inest fantasia inest fides. et cui inest fides inest persuasum esse et cui hoc et ratio inest. ergo cui inest opinio et ratio. manifestum ergo. hic intendit ostendere quod fantasia non est aliquid compositum ex opinione et sensu. et non solum probat quod non est compositum ex scientia et intellectu. quia manifestum est fantasiam quandoque veram quandoque falsam esse. intellectus autem et scientia semper veri sunt. sed sensus potest esse verus et falsus et similiter opinio. et propter hoc hic possibile videri quod ex horum complexione esset fantasia. secunda ratio quam intendit est hec. si fantasia esset ex opinione et sensu esset ex sensu et opinione eiusdem cuius est sensus. sed non potest esse ex sensu et opinione eiusdem cuius est sensus. ergo non potest esse ex sensu et opinione. hic autem philosophus primo ponit conclusionem. secundo autem ipsam rationem scilicet ibi propter quod et hec. et ponendo rationem primo ponit maiorem et declarationem. secundo autem declarationem minoris. dat ergo maiorem dicens quod si sit fantasia ex sensu et opinione manifestum est quod illa opinionum non erit alia sed eadem que est illius eiusdem cuius est et sensus. ut esset fantasia ex opinione albi et sensu albi. quia ex opinione albi et ex sensu boni numquam fiet aliqua bona una ymaginatio sive fantasia. esset ergo illa opinio eiusdem cuius est sensus non secundum accidens. et sic explanata maiore. consequenter subiungit probationem minoris ibi videntur autem et falsa. ratio talis est quedam visa apparent falsa de quibus est opinio vera et subiungit exemplum ut sol scilicet visu apparet unius pedis. sed opinio de ipso esse maiorem habitatione nostra et hec vera est. ergo si ex hac opinione et sensu fiat aliqua una fantasia cum sensus sit falsus necesse est ipsam opinionem devenire falsam. aut ergo ita deveniet falsa quod abiciet suam veritatem simpliciter et hoc est inconveniens. quia tunc salvata re et non descendente sed latente nos transmutaretur opinio a veritate in falsitatem. aut ita deveniet falsa quod non abiciet suam veritatem et tunc simul erit vera et falsa et accidet quod opinio vera falsa sit. re non descendente ut patiente aliquam transmutationem. sed utrumque istorum est impossibile. ergo ex hac opinione et sensu eiusdem non fit fantasia. et eadem ratione nec ex aliqua alia opinione et sensu. ergo manifestum quod fantasia nec est dicendorum nullum nec ex istis. et hec est complementum huius partis. Sed quoniam est moveri hoc. Determinato quid non est fantasia sive ymaginatio. hic intendit declarare quid est fantasia. et dividitur hec pars in duas. quarum prima principalis est secunda non incidens. scilicet ibi

quoniam autem visus maxime. in prima autem parte intendit diffinire sive determinare diffinitionem fantasie. et dividitur in duas in quarum prima dat ipsam diffinitionem. in secunda autem ipsius declarationem scilicet ibi et hanc similem intendit autem hanc diffinitionem. fantasia est motus factus a sensu secundum actum primo autem ponit hanc partem diffinitionis motus factus ab aliquo moto. deinde autem addit quod illud aliud motum est sensus secundum actum a quo movetur fantasia. dicens ergo quod quoniam sensus moto ab ipso sensibili est consequenter aliquid moveri ab ipso sic moto. est fantasia motus quidam et non fit sine sensu. sed in istis in quibus inest sensus et est hic motus ab actu ipsius sensus sive a sensu secundum actum. et intelligendum quod sic dicamus fantasiam ipsam virtutem anime que potest moveri sive immutari a specie sensibilis derelicta in sensu absente ipso sensibili. et intendit hoc nomine motus posito in dicta diffinitione virtutem mobilem scilicet pro eo quod movetur. si autem dicatur nunc fantasia operationem dicte virtutis tunc intendit hoc nomine motus proprie. consequenter autem dictam diffinitionem iustificat. et solum iustificat hanc partem diffinitionis expresse. fantasia est motus factus a sensu. hoc enim manifesto manifestum est quod non a sensu secundum potentiam. et ita quod a sensu secundum actum. et est eius iustificatio per syllogismum scilicet per hoc quod fantasia communicat cum sensu in quibusdam dispositionibus. et subiungit eas dispositiones ipsius sensus in quibus imitatur ipsum fantasia. primo autem proponit ipsas et concedit. secundo autem causas adaptat fantasie ex hiis in fine diffinitionis iam date. dicens ergo quod fantasia necesse est esse similem sensui id est imitari sensum in quibus sunt dispositiones ex quibus patebit quod ipsa fantasia est motus non existens sine sensu neque existens nisi sensibilibus quod contingit habentibus sensum. et contingit ymaginari et ipsam esse veram et falsam in operando. = Hoc autem accidit. hic subiungit sive proponit et concedit in quibus imitatur sensum dicens quod hoc accidit scilicet fantasiam esse non nisi propter hoc quod sensus circa propria sensibilia est semper verus aut paucissimum habens falsum. nisi cum fuerit mala dispositio ex parte organi ut quod fuerit defectus luminis exterius. consequenter subiungit secundam conditionem dicens quod sensus sive modus sentiendi in quo imitatur fantasia sensum est circa subiecta illa quibus accidunt sensibilia propria. circa hoc enim contingit sensum mentiri et fantasiam dicendo. nam quoniam hoc est album non mentitur. sed dubito de albo quod album est hoc aut aliud contingit mentiri. = Tertius autem deinde subiungit tertiam conditionem dicens quod tertius modus sentiendi in quo imitatur fantasia sensum est circa accidentia de numero sensibilium communia quibus insunt propria sensibilia scilicet que consequuntur sensationem propter hoc quod sunt dispositiones sensibilium propriorum. et exemplificat de eis dicens quod est et motus et magnitudo decipi circa hec = Contingit ergo factus. hic adaptat et concedit propositas et propter hoc quod oportet ea esse salvetur et maneat species sensibilis propria in ipso sensu secundum quod esse imitabat prius sensus sensibile proprium. et non imitatur fantasia sensum circa sensibile proprium loco eius quod deberet dicere imitari sensum distabit a sensibilibus. ut significet per hoc quod eo modo esse mansione speciei sensibilis sic recepta ad hoc ut imitetur fantasia sensum circa propria sensibilia. dicens ergo quod motus factus ab actu sensus id est quod fantasia distabit a sensibilibus in accipiendo propriorum sensibilium species. quoniam sensus sunt ab hiis tribus sensibilibus id est quoniam sensus sunt acceptivi tres modi sentiendi facti in actu scilicet ubi hoc eodem esse conservantur species sensibilium propriorum. dico quod esse fiunt prius accepta a sensu. supposito ergo quod eodem modo se habeat dicens quod primus sensus est verus id est quod ymaginatio respondens primo modo sentiendi est semper vera. = presentis id est cum fuerit ipsius speciei sensibilium propriorum talis se habitus sic cum imitabatur presente ipsum sensum recipiente. Alia autem id est et imaginatione respondentes secundo modo et tertio sentiendi erunt et vere et false. sic ipse sensus fuerunt circa ipsa. et hoc sive eodem modo se habeant species illorum sensibilium post receptionem et cum recipiebantur a sensu sive aliter. et hic error maxime accidit in ipsis sensibilibus cum procul fuerint quando sentiebat hoc sensus. Si igitur nichil aliud. hic primo extraneam dat in forma diffinitionem fantasie dictis quod propter ut ad alia hic dicat concedit quod fantasia sic iam data est. fantasia esse motus factus a sensu secundum actum. = quoniam autem visus maxime. hic inducit probationem in qua nec videtur quod fantasia esset motus factus in

differentie et ex parte ab omni virtute secundum actum. ostendit quod non. Et animalia maxime et multa operantur alia in ymaginationibus, scilicet plura quam per alios sensus. et hoc quia visus ut est evidentissimus sensuum sive maxime visus, ideo quod fantasia in greco accipit nomen a luce. et quia et melius permanent sensibilia in eo que apprehenduntur per visum quam que per alios sensus. et hoc quia sensibilia sunt similia sensibus. colores autem inter omnia sensibilia maxime habent esse spirituale et visus de numero sensuum maxime spiritualis est. et propter hoc melius conservantur sensibilia. Consequenter autem distinguit causam incidenter quare alia frequenter operantur per ymaginationem. bestie enim quia ymaginatio est suprema virtus et nobilissima eorum cum non habeant intellectum. homines autem intellectum ut homines propter id quod frequenter operantur per ymaginationem obnubilatur eorum intellectus. et hoc autem ex egritudine aut ex sompno. Hoc habito recapitulat quod dictum est de fantasia sive ymaginatione. Dubitatur autem cum motus omnis magis habeat diffiniri per terminum ad quem est motus quam per terminum a quo, propter quid dicit fantasiam esse motum a sensu ut a quo est motus ille. Dicendum quod hoc quod dico a quo potest notare ut ipsum terminum a quo est motus et sic non sumitur hic. vel potest notare causam efficientem ipsius motus et sic sumitur hic. sensus enim secundum actum sive actio ipsius sensus est id quod movet sive immutat virtutem ymaginativam sive fantasiam. Consequenter autem potest dubitari de differentia virtutis ymaginative ad virtutem sensitivam communem. virtutes enim anime videntur duobus modis differre, scilicet aut diversitate subiecti, scilicet ut virtutes sensitive differunt a virtute intellectiva eo quod radicantur in diversis subiectis, aut diversitate non subiecti. Sed primo modo non differunt, quia eandem virtutem habent adiunctione organorum sicut motiva in sua, et interior nutritiva differunt. quod patet non differant sensus communis et ymaginativa per hoc quod si sic differrent esset dare ymaginationem constare ex potentia sensitiva et ymaginativa, sicut nunc est dare animam sensibilem aliis constare ex potentia vegetativa et sensitiva. anima enim sensibilis continet vegetativam ut tetragonum trigonum, ponetur ab eo quod magis est in actu. Dicendum quod non secundo modo differunt, scilicet per diversitatem organorum, sic ostenditur. locus ubi species sensibilis primo movet ymaginativam est organum ymaginationis. Sed ubi primo movet ymaginativam ibi penitus quiescunt, et ubi penitus quiescunt species recepte ibi ultimo delate sunt ab organis sensuum particularium. ergo ubi primo movet ymaginativam ibi ultimo delate sunt. Sed locus ubi species sunt ultimo delate sunt in anteriori sensus communis. ubi autem primo movent ymaginativam sunt in anteriori ymaginationis. ergo in anteriori sensus communis et in anteriori ymaginationis idem est. Sed oppositum dicendum quod quamvis sit idem secundum rem, est tamen per diversas virtutes existentes in ipso anteriori illarum virtutum, sicut lingua cum sit unum aliquid secundum rem, est per diversas virtutes in ipsa organum gustus et tactus. Propter quod non sit per diversitatem virtutis sicut in ipso anteriori illarum. Sic ostenditur. per eandem enim virtutem manet species sensibilis in organo per quam recipitur in ipso, et per eandem virtutem per quam manet in organo potest modo sive immutare ut concedetur ab omnibus. ergo per eandem virtutem recipitur per quam conservatur consequenter. Sed recipitur in organo sensus communis per virtutem per quam est in anteriori sensus communis. consequenter autem conservatur species existens in ipso organo per virtutem per quam est organum ymaginationis. ergo per eandem virtutem et in anteriori ymaginationis per quam virtutem est in anteriori sensus communis. Item differentia sumitur ab ymaginatione in hoc quod sentire est apprehendere speciem ipsius sensibilis sensibili presente, ymaginari est ipsam eandem accipere absente sensibili. ergo species ipsius sensibilis ubique eadem manet. Sed diversitas naturarum in organis non est nisi secundum diversitatem specierum acceptarum. ergo cum species recepta in organo sensus et in organo ymaginationis sit eadem, erit et organum eidem nisi secundum quod est situs in anteriori quod concessum est. Dicendum quod immo ymaginationis differt a virtute

sensitiva communi per diversitatem organi, non per diversitatem organi secundum subiectum sive per diversitatem eorum secundum naturam. Sed diversitas compositionis huius organi secundum quod ultima complexio huius organi diffundit se ad organa sensuum particularium recipiens ibi esse diversum, per hoc quod per hanc diffusionem sunt complexiones diverse organorum sensuum particularium. et organum sensus communis ipsum autem in se, scilicet circumscripta dicta comparatione ad sensus particulares, est organum virtutis ymaginative, scilicet prout se habet per speciem aliquam que potest movere ymaginationem. De parte autem anime qua cognoscit. Hic intendit determinare de intellectiva. et dividitur hec pars in duas quarum prima prohemialis est, secunda autem executiva, scilicet ibi In potentia ergo etc. In parte autem prohemiali primo dat intentionem suam quo ad ea de quibus intendit. secundo autem quo ad modum procedendi in hac parte, scilicet ibi Siquidem est intelligere. In prima tamen parte primo dat intentionem suam quo ad substantiam potentie intellective. secundo autem quo ad eius operationem, scilicet ibi Et quomodo fit. In prima autem parte tangit quedam quorum quedam non penitus declarantur in hac parte, quarum tamen veritas potest sumi ex eo quod hic declarantur de intellectu secundum substantiam suam. Dicendum ergo quod de parte anime qua cognoscit anima et sapit ad speculationem et quod sapit, et hoc in quantum speculationem generaliter dicit in dilectionem eius qua speculatur. dicit enim sapit, et hoc est dictum quod de parte anime intellectiva, scilicet perscrutandum est utrum sit separabilis ab aliis potentiis anime secundum magnitudinem, id est secundum situm et locum in corpore ab aliis potentiis anime, aut non sic sit separabilis sed possit separari secundum rationem et substantiam, ita quod differat secundum substantiam et situm in corpore ab aliis potentiis anime, aut non sic sit separabilis ab aliis secundum situm sed secundum diffinitionem et substantiam solum. et non ad eandem substantiam anime habitus est ad quod est tale potentia, id est et differat secundum substantiam tamen ab aliis potentiis anime cum illis aliis duabus potentiis in eadem substantia anime ipsius hominis, scilicet ut concedendum propter hanc differentiam secundum potentie ad alias duas potentias anime. et ut dictum est non intendit hic principaliter declarare has duas questiones. Sed intendit principaliter declarare quid est virtus intellectiva secundum suam substantiam, ex cuius declaratione patebunt dicte questiones. ex hoc enim quod intellectus non habet situm sive situm in corpore patebit quod non differt secundum situm ab aliis potentiis, et per diffinitionem ipsius patebit quod differt ab aliis potentiis, scilicet vegetativa et sensitiva. Consequenter autem dat intentionem suam de ipso quo ad eius operationem dicens quod intendit considerare quomodo contingit ipsum intelligere, id est que sit eius operatio et quod est intellectum. Deinde dat intentionem suam in parte quo ad modum procedendi dicens quod incipiendum est declarando utrum sic intelligere sit sicut sentire, scilicet utrum intelligere sit pati aliquid ab intelligibili sicut sentire est pati a sensibili, aut intelligere sit aliud, scilicet quod sit pati ab ipso intelligibili. In potentia ergo etc. hic intendit partem executivam que dividitur in duas in quarum prima declarat de intellectiva potentia absolute. in secunda concludit quandam conclusionem communem de sensitiva potentia et intellectiva ut ibi Nunc autem dicta de anima recapitulantes. et prima pars dividitur in duas in quarum prima determinat de potentia intellectiva secundum suam substantiam sive in se. in secunda declarat de intellectiva quo ad eius operationem ut ibi Indivisibilium quidem etc. et prima pars dividitur in duas in quarum prima determinat de intellectu possibili. in secunda de intellectu agente ut ibi Quoniam autem in omni etc. et prima pars dividitur in duas quarum prima est principalis pertinens ad id quod intendit principaliter. secunda autem incidens pertinens ad bene esse ut ibi Quoniam autem et aliud est magnitudo. et prima pars dividitur in duas in quarum prima determinat de potentia intellectiva secundum quod est potentialis. in secunda determinat de ipsa secundum quod est anima sciens actu intelligens ut ibi Cum autem magis

sciat. In prima parte intendit ostendere quod intellectus possibilis secundum quod est possibilis, scilicet hanc: intellectus possibilis est potentia in potentia receptiva specierum intelligibilium. Et propter quod hoc intendit declarare dividitur in duas in quarum prima per rationem tale hoc ostendit. in secunda autem per manifestum signum, scilicet ibi Et bene iam dicentes. quod autem satis plana est hec pars diffinitionis, scilicet quod intellectus possibilis est potentia susceptiva specierum intelligibilium, solum nota in parte prima ostendit residuum diffinitionis, scilicet quod intellectus est impassibilis. et hoc duabus rationibus quarum prima talis. intellectus omnia intelligit. ergo non habet aliquam formam materialem sive formam que sit forma corporis. ergo est impassibilis. Ista autem ratio primo ponit conclusionem ad inferendum residuum diffinitionis dicens quod intellectum possibilem oportet esse impassibilem ad inferendum quod est potentia susceptiva specierum habens ipsam in potentia et non actu. et adiungit quod non pertinens sibi est intellectiva potentia in potentia ad intelligibilia sicut sensitiva est in potentia ad sensibilia. Consequenter distinguit rationem dicens quod intellectus omnia intelligit. necesse est nullam formam corporalem habere sicut dixit Anaxagoras. quod ei ipsum non habet hanc formam non imperet. et exponit quod dixit ut imperet, id est ut cognoscat omnia que possunt aspici sive intelligi. ante quod si haberet aliquam formam corporis mediante qua reciperet, illa forma prohiberet aliam recipi in intellectu que alia in alia contingeret intellectum habere aliquam formam corporis mediante qua reciperet, contingeret cum dicta forma, sicut accidit in sensibilibus et sensibus. ergo non contingit intellectum habere aliquam formam corporis mediante qua recipiat. Sed est notandum quod intellectus passibilis ipsius anime, et quod hoc nomen intellectus in greco equivocatur ad intelligere proprie dictum et ad ymaginari. dicit quod intelligit per hoc, scilicet intellectus intellectum quo intelligit et opinatur ipsa anima. et hic intellectus non est aliquod ipsorum intelligibilium antequam actu intelligat. et est communis modus loquendi secundum quod est dicere aliquid esse aliud quod habet in se similitudinem illius alterius. Verum neque misceri. hic distinguit secundam rationem ad idem et est talis. Si intellectus haberet aliquam formam corpoream uteretur organo. Sed non utitur organo. ergo non habet hanc formam. ergo est impassibilis. Dicendum ergo quod rationale est intellectum non habere formam corpoream, quia illa forma aut esset aliqua forma elementaris prima ut calor aut frigus, aut esset aliqua forma consequens mediantibus primis educta. Consequenter distinguit medium quod esset aliquod organum ipsi intellectui quo intelligeret intelligibilia, sicut est organum aliquod ipsi sensui quo apprehendit sensibilia, scilicet si haberet huius formam corpoream eductam de materia. Sed non habet aliquod organum. ergo etc. Consequenter manifestat dictam diffinitionem per manifestum signum, et dividitur hec pars in duas per duo signa que ponit quarum primum explanat hanc partem diffinitionis, scilicet quod intellectus est potentia susceptiva specierum intelligibilium. secundum autem explanat secundam partem, scilicet quod ipsa potentia intellectiva est impassibilis, scilicet ibi Quod autem non similis. Dicendum ergo quod bene dixerunt antiqui qui dixerunt animam esse locum specierum intelligibilium. Verum in hoc quod cum ipsi dixerunt hoc de tota anima non est hoc verum, sed solum de intellectiva. et cum ipsi dixerunt ipsam esse actualiter continentem ipsas species de se, non est hoc verum, sed solum potentialiter habet species intelligibilium. Consequenter distinguit signum ad secundam partem dicens quod ex organis potentiarum sensuum manifestum est quod ipsum sentire non est similiter impassibile sicut intellectivum, quod cum sensus sentit aliquod valde excellens sensibile non statim post potest sentire aliquod minus excellens sensibile. Sed intellectus cum intellexerit aliquod valde intelligibile melius potest intelligere consequenter ea que sunt minus

[margin:] vel ar. hic ergo et sufficiens signum ad hoc quod potentia intellectiva sit potentia susceptiva

intelligibilia. et hoc quia non potest sensitiva potentia esse sine corpore. educitur enim dictum mediante proportione elementorum, et ob hoc habet aliquid quod tollit eius potentiam aliquo modo alterari ab immutatione sensibilium. Intellectus autem est simpliciter secundum essentiam suam separatus a corpore, et propter hoc nihil habet quod tollit eius potentiam sic possit ab intelligibili pati ut alterari. Cum autem magis singula fiat. Hic determinat de intellectu possibili secundum quod iam fit in actu intellectus, dicens quod intellectus possibilis cum iam habet speciem intelligibilis abstractam a conditionibus materialibus dicitur sciens sive intellectus secundum actum. et ne crederetur ex hoc quod tunc necessario semper esset actu considerans, distinguit quod potentia intellectiva esse intellectum secundum actum, et quod cum possit operari cum voluerit per se ipsum, et tamen est in potentia aliquo modo quia non necessario considerat actualiter. Sed tamen non similiter est in potentia sicut cum non dum fuit in potentia species abstracte a conditionibus materialibus per intellectum agentem. et quod non simpliciter ostendit quod et tunc intellectus per se ipsum potest intelligere quando vult, scilicet cum sunt species sic abstracte etc. enim non amplius indiget agente ad hoc ut operetur. prius autem, scilicet cum absque abstractione specierum, necessario indiget agente ad operandum. Dubitatur autem de hoc quod dicit intellectum non esse passibilem sicut est sensitivus. enim in secundo dictum est quod cum pati dupliciter dicatur, scilicet quoddam quod est cum corruptione ut calidum pati a frigido, et quoddam quod non est cum corruptione sed cum receptione ut sensus est in potentia passiva. Sed intellectus aliquo modo est in potentia passiva, et non primo modo, quod est in potentia receptiva. ergo eodem modo, scilicet sicut sensus passibilis est. Item dicit quod intellectus intelligit omnes formas materiales, propter nullam formam materialem habet actu. quod si haberet illa forma prohiberet formas ei extraneas recipi. videtur enim quod hoc non oportet. album enim et nigrum contraria quamvis sint esse materialiter non possunt simul recipi in eodem, cum in suo esse spirituali in eodem simul possunt recipi, ut in eodem aere ut organo visus. Sed multo spiritualius esse habent forme in intellectu quam in aliquo predictorum. ergo contraria in intellectu habet actu aliquam unam speciem sive formam, illa forma non prohibebit alias recipi ab intellectu. Preterea dubitatur quod si teneatur hoc illud, intellectus non habet aliquam formam materialem sive corpoream, ergo est impassibilis. Et dicendum ad primum quod omnis sensus est immutatio et alteratio mediante organo. cuiuslibet autem sensus organum non solum est receptivum illarum sensibilium, sed et ipsius organi ultima complexio media proportio sive contrariorum sensibilium. alteratur enim sensus in tactu [illegible] tactus. non est ergo solum in potentia receptiva, sed est ibi aliqua [illegible] quod aliquo modo communicat cum suis sensibilibus per quorum convenientiam cum ipsa sensus receptio et immutatio sensus. Sed illa [illegible] sensibile. Sed aliter cum huius receptionem sive unionem ipsorum. ergo illa receptio cum alteratione quadam est. ergo cum ipsa virtus sensitiva mediante huius proportione educitur per alterationem huius, et sic proportio per consequens alterationem quandam recipiet. et ergo sensus pati per receptionem cum alteratione quadam. Sed intellectus recipit non mediante forma aliqua sive virtute mediante intelligibilium cum unitur intelligibilia. Sed sicut est ei pati per solam receptionem. est enim sicut tabula nuda in qua nulla depictio. et propter hoc non est similiter possibilis sicut sensus. et per hoc patet responsio ad tertiam questionem, quod non possit intellectus pati ut sensus aliquas que ipsi formas, scilicet habendo aliquam formam corpoream cui uniretur forma quam recipit. hic autem nullam habet. Ad secundam questionem dicendum quod si intellectus haberet aliquam formam corpoream mediante qua intelligeret sive reciperet formas intelligibiles, solum esset potens ipsam intelligere formam que in

aliquo conveniret cum forma quam mediante reciperet, sicut est in potentiis sensibilibus et sensibus, unde duo contraria possunt intelligere. Contraria non fundantur in aliqua una. Si igitur intellectus conveniret in aliquo cum natura formae quam intellectus posset recipere, hoc contrarium duo autem ab invicem disparata, scilicet quae in nullo conveniret, non posset intelligere. Sicut visus non potest recipere sonum eo quod sonus est simpliciter disparatum ad colorem. Unde forma mediante qua visus recipit prohibet sonum recipi, et similiter esset in intellectu si esset aliqua sibi forma mediante qua intelligeret. Patet igitur quod si omnia intelligit nullam sibi formam habet, scilicet quae sit conveniens in natura aliqua cum formis quas recipit ab ymaginatione. Intellectus tamen habet in se aliquid formale quo est id quod est et quo differt ab eo quo est. Aliud tamen quo est non est aliqua forma talis sicut corporea. Quoniam autem aliud est magnitudo. Hic inducit partem incidentem quae dividitur in duas, in quarum prima removet errorem quorundam possibilem causari ex dictis. In secunda movet quasdam dubitationes et solvit ibi: Dubitabit autem aliquis. Quia autem iam dictum est quod intellectus est potentia susceptiva specierum intelligibilium et cetera, possent aliqui credere quod omnia intelligibilia indifferenter et equaliter recipiuntur ab intellectu. Propter hoc intendit ostendere quod hoc non est verum, scilicet quod differenter intelligit intellectus quaedam intelligibilia quam alia. Et dividitur haec pars in duas, in quarum prima ostendit quod differenter intelligit anima quaedam intelligibilia quam alia. In secunda determinat quomodo differenter, scilicet ibi: Alio autem aut et separato. In prima autem parte intendit hanc rationem. Magnitudo considerata secundum suam essentiam et rationem et actuale magnitudinis, sive magnitudo considerata secundum suum actum extensionis est aliud. Et similiter aqua considerata secundum suam essentiam et considerata secundum actum extensionis est aliud, et idem de hiis aliis. Sed caro secundum suam essentiam considerata et considerata secundum suum actum vel extensionem non differt. Ergo anima alio et diversis virtutibus aut diversimode, scilicet eadem virtute intellectiva differenter se habente, intelligit haec duo genera intelligibilium dividendo. Et quia iam supposuit quod caro secundum suam essentiam et secundum suum actum extensionis non differt, hoc ostendit, scilicet quod caro secundum suam essentiam considerata non est sine materia et conditionibus materialibus, cuiusmodi sunt mobilitas, contrarietas. Sed est hoc in hoc sicut simum, id est sed est aliquid determinans sibi necessario materiam physicam, sicut haec passio simum necessario sibi determinat materiam physicam, ut nasum cui inest. Et quod illo modo possit esse sine dictis conditionibus materialibus ostendit, quia iudicat sensitivo tactu calidum et frigidum, ex quo patet quod hic secundum suam rationem et similiter humidum et siccum. Sed caro est quaedam proportio istorum secundum quod contraria sunt. Ergo essentia carnis non potest absolvi aliquo modo a contrarietate et materia physica, et hoc etiam extensio et in considerando cum consideratione non inest mediatum. Alio autem aut et separato. Declarato quod differt intellectus in considerando hec diversa intelligibilia, determinat qualiter differt intelligendo illa. Dicit igitur quod anima discernit essentiam carnis alio, scilicet separato intellectu, scilicet quoniam intellectu quo discernit magnitudinem et hoc aliud, et corrigit se dicens aut, scilicet animam se habere differenter ad se ipsam in considerando carnem et magnitudinem, sicut linea curva se habet ad se ipsam extensam existens sive recta, et haec sic intelliguntur. Cuius ratio est: species fiunt ymaginationis, ad hunc est considerata ut hic et nunc, scilicet sub suis conditionibus materialibus. Ab ymaginatione autem incipit operatio intellectus; intellectus enim agens ab ymaginatione extrahit speciem et abstrahit a conditionibus materialibus. Species autem sic abstracta a conditionibus materialibus recipitur ab intellectu possibili ut talis est abstracta. Cum igitur sint species sufficienter abstracte, ut est species ymaginationis et huiusmodi, se habet anima in modo lineae rectae in considerando hic. In capite autem a specie existente sub conditionibus materialibus terminatur in speciem separatam sive abstractam ab hiis conditionibus.

Species autem carnis et huiusmodi aliorum ymaginatio est sub suis conditionibus materialibus considerata. Sed ipsa autem sic ymaginatio incipit intellectus agens operari abstrahens ipsam a conditionibus materialibus quantum potest. Consequenter autem secundum hoc ab intellectu possibili recipitur. Et quia non est possibile ipsam a conditionibus materialibus sufficienter abstrahi, quia secundum quandam contrarietatem talis caro est eius essentia, recipit intellectus possibilis ipsam speciem sub aliquibus conditionibus materialibus. Anima igitur intelligendo carnem se habet in modo lineae curvae. Sive carnem incipit intellectus a speciebus sub conditionibus materialibus operatio intellectiva, et consequenter abstrahens quantum fieri potest. Dictum autem rem sub conditionibus materialibus recipitur ab intellectu possibili. Anima igitur intelligendo magnitudinem se habet sicut linea recta, intelligendo autem carnem se habet sicut linea curva sive flexa. Et hoc dicto quod ex iam dictis possent credi mathematica posse simpliciter abstrahi ab omni materia, inconveniens contingit, quia sicut simum non potest abstrahi a materia naturali, ut a naso, similiter rectum non potest separari a materia intelligibili, ut a continuo, et similiter de aliis mathematicis passionibus. Sed tamen aliud est rectum secundum suam essentiam consideratum et aliud est rectum secundum suum actum extensionis in materia physica consideratum, sicut est dualitas. Consequenter autem recitat dictam diversitatem animae ipsius in intelligendo diversa intelligibilia predicta, ut ex hoc inferat conclusionem quam hic principaliter intendit. Dicit igitur quod sicut dictum est quod anima se habet ad se ipsam sicut linea recta ad se ipsam curvam, quia sic est diversitas sive duplex modus intelligendi, ut iam dictum est. Unde anima iudicat illa duo genera intelligibilium intellectu eodem aliter se habenti. Igitur universaliter sicut res sunt separabiles a materia, sic et quae circa intellectum plus vel minus intelliguntur. Et hoc est conclusio quam hic intendit. Dubitabit autem aliquis. Hic intendit movere duas dubitationes circa predicta et solvere. Et dividitur haec pars in duas, in quarum prima movet dubitationes praedictas, in secunda autem solvit. Prima dubitatio talis est: si intellectus intelligit et intelligere est quoddam pati, ergo intellectus patitur. Sed omne quod patitur videtur pati per aliquid commune. Ergo intellectus habet aliquid commune sibi et intelligibilibus, quod est contra prius declarata. Amplius autem si intelligibilis. Hic tangit secundam dubitationem. Quaeritur igitur utrum intellectus sit intelligibilis per se ipsum an per aliquam formam sive speciem in ipso. Si per se ipsum, ergo eadem ratione et alia intelligibilia videntur per se ipsa intelligibilia esse et non per aliquam eorum speciem. Omnia enim intelligibilia videntur consimilia esse in ipso intelligibili. Si autem per se ipsum non intelligitur sed per speciem aliquam in eo, sicut alia intelligibilia, ergo sicut nec alia intelligit, sic nec intellectus intelligit. Aut pati per aliquod commune est. Hic incipit solvere, et primo solvit dubitationem prius motam, secundo secundam. Dicit igitur quod pati de quo prius dictum est quod intelligere est pati, est pati dictum communiter valde, quia intellectus est potentia receptiva specierum intelligibilium omnium, sed nullam habet ut speciem aliquorum intelligibilium. Intellectus antequam actu intelligat aliquid illorum, quia omnia ea in potentia recipiuntur, recipit intellectus sicut in tabula nuda, ubi nihil est depictum, recipitur aliquid depictum. Et ita intellectus recipit per non aliquid commune. Sed pati ipsius intellectus intellectus est sola receptio. Pati autem in naturalibus est receptio cum alteratione quadam. Pati autem proprie dictum est receptio cum corruptione. Et sic omne quod sic patitur patitur per aliquid commune. De pati autem intellectus ipsius est secundum. Et ipse quidem intellectus ut intelligibilis. Hic intendit solvere secundam dubitationem, et primo dat secundum intentionem Aristotelis, secundo docet vitare inconveniens quod videbatur sequi dato illo modo. Deinde autem ostendit quod illud concedendum est. Ultimo autem declarat quare alia intelligibilia non intelligunt quemadmodum sunt in intellectu. Dicit igitur primo quod ipse, scilicet intellectus, est intellectus, id est intelligitur, sicut et est intelligibilis sicut alia intelligibilia, id est intelligitur per speciem aliquam in ipso. Consequenter autem docet vitare

inconveniens quod videbatur sequi hoc modo dato, scilicet ibi: In hiis quidem. Dicit igitur quod in hiis rebus quae non habent materiam naturalem sive passionem dimensionis et extensionis, idem quod intelligitur, id est illud quod hic est intelligere, est intellectus, id est actu intelligens, sed quod est in ipsa re. Et propter hoc, cum intellectus ipse sit de numero talium rerum, potest intellectus se intelligere per suam formam, et non similiter se habet illud quo lignum intelligitur, secundum quod in ligno recipitur. Et propter hoc lignum et huiusmodi alia non intelligunt se vel alia. Consequenter ostendit quod non dandum est reliquum inconveniens, et ita quod hoc inconveniens est dandum, scilicet ibi: Scientia namque speculativa. Dicit igitur quod si intellectus intelligeret per se ipsum, scientia speculativa, id est id quo intellectus intelligit, et speculatum, id est et illud quod intelligitur, est idem. Et ratio reliquum argumentum quod sic supplendum est: sed cum intellectus intelligitur, idem est quod intelligitur et ipsum intelligens, cum sibi ipsi sit praesentius magis quam alteri intellectui, et ita a se ipso magis intelligitur quam ab altero. Ergo illud quod intelligitur et illud quo intelligit sunt idem in ipso intellectu. Sed autem in omni intellectu intelligente in possibile est, secundum quod solum in intelligente primo. Ergo intellectus non intelligitur per se ipsum et ipsum quod per aliquam formam sive speciem in eo intelligitur. Consequenter autem determinat quare alia intelligibilia non similiter intelligunt sicut intellectus, scilicet ibi: Non autem semper intelligendi. Dicit igitur quod quaerendum causam quare non semper intelligimus ipsa intelligibilia, et haec eadem est causa quare aliis rebus non est intellectus. Unde per hoc intendit dicere illud et contingit causam, quia in materia forma existens in materia naturali est potentia intelligibilis et non secundum actum, et non secundum actum; sed secundum quod in materia huiusmodi est. Et propter hoc in huiusmodi rebus non inerit intellectus, quia illarum rerum formae intelligibiles et quibus et ille res sunt intelligibiles sunt solum in potentia sive in materia naturali et non in actu, scilicet prout insunt huiusmodi rebus. Sed ipsi intellectui inest sua forma, secundum quod est actu intelligibilis et actu sine materia naturali. Et propter hoc intellectus per suam formam potest se intelligere, alia autem non possunt. Et intelligere per hoc quia si forma ligni reciperetur in materia ligni non solum secundum quod est aliquid in se perficiens materiam, sed secundum quod esset similitudo ipsius totius, scilicet ligni, tunc lignum per formam suam receptam in ipsa eius materia intelligeret forte, sicut nunc facit intellectus, quia recipit eius formam prout est totius similitudo. Non autem lignum, quia materia eius non sic recipit suam formam, sed solum secundum quod est ipsius materiae perfectio, non potest intelligere. Dubitatur autem super hoc quod dicit quod aliter intelligitur magnitudo et aliter aqua quam caro. Sicut magnitudo secundum quod hic est non est sine conditionibus materialibus, ergo si debeat vere intelligi non intelligitur sine conditionibus materialibus; ergo similiter intelligitur sicut et caro. Praeterea aqua idem quod est est res talis; ergo necessario intelligitur cum conditionibus materialibus; ergo intelligitur sicut caro. Praeterea ipse naturalis est sicut ... ergo vel universalibus, ergo vel abstractis a conditionibus materialibus, cum igitur et omnia alia de quibus tractat quae considerat possunt abstrahi et intelligi sine hiis conditionibus. Et dicendum ad primum quod duo sunt principia substantiae compositae secundum quod talis est, scilicet materia et forma, ex quibus constat. Substantiae autem secundum quod talis sive mobilis est tria sunt principia, scilicet materia et forma et privatio. Privatio enim est cum mobilitas in substantia, cum enim forma unitur materiae et ipsa non penitus perficiat actum et remaneat per receptionem huius formae iam receptae, relinquitur defectus quidam in ipsa materia sive privatio, ratione cuius appetit materia formam aliam, quia igitur non penitus est materia in actu per illam formam, sed possit magis compleri per materiam continuatur ad aliam formam, et mutabilitas igitur in ipsa substantia causatur a defectu dicto sive privatione. Sed prius secundum naturam est ut forma uniatur materiae quam quod cum iam unita sint non penitus faciat eam esse in actu; per eius autem unionem solum cum materia facit actu substantiam corporis. Igitur prius secundum naturam est ut sit actu corpus quam quod sibi materiae adveniat privatio. Sed privatio est causa conditionum materialium, ut mobilitatis, contrarietatis et huiusmodi. Ergo prius secundum naturam est actu corpus quam ei adveniant hae conditiones. Sed ad actum corporis immediate consequitur magnitudo; solum materia enim ex unione formae cum materia existente in potentia ad extensionem causatur magnitudo. Ergo essentia magnitudinis naturaliter

praecedit omnes conditiones materiales a privatione causatas. Ergo magnitudo secundum suam essentiam absolvitur ab omni conditione huius. Si igitur sic intelligatur sive consideretur magnitudo, considerabitur magnitudo secundum essentiam eius absolutam ab omnibus hiis conditionibus, et non oportet esse cum istis conditionibus, et tunc consideratio non inerit mendacium. Ad aliud dicendum quod prius secundum naturam est ut forma aquae uniatur materiae et sit cum ipsius aquae quam quod sibi materiae adveniat privatio, ratione cuius privationis adveniunt dictae aquae substantiae naturales. Igitur aqua prius secundum naturam est substantia quam substantia naturalis. Ergo essentia ipsius aquae absolvitur a dictis conditionibus materialibus, quamvis non secundum esse eius actuale. Secundum autem quod substantia est et non secundum quod ei accidit esse substantiam alterius, nominatur hoc nomine aqua. Et propter hoc convenienter dicit quod aliter intelligitur aqua quam esse talem ipsius. Sed caro causatur ex elementis miscibilibus non secundum quod solum sunt substantiae, sed secundum quod sunt ad invicem activa et passiva. Ergo essentia carnis praesupponit talem contrarietatem. Ergo et privationem prius. Et propter hoc carnem abstrahere non est abstrahere ab hiis conditionibus materialibus. Et propter hoc aliter intelligitur quam magnitudo vel aqua. Ad ultimum dicendum quod abstractio duplex est, scilicet una abstractio ab hoc signato et hic et nunc, et ista abstractio universalis, et sic abstrahunt omnes scientiae. Est autem alia vel abstractio non tantum ab hoc signato sed et a generalibus conditionibus materiae, cuiusmodi sunt mobilitas, contrarietas et huiusmodi, et haec abstractio mathematicorum debetur et intellectualibus secundum quod talia sunt. Quoniam autem in omni natura. Hic tractat de intellectu agente, et dividitur haec pars in duas, in quarum prima intendit de intellectu agente in se, et in secunda comparando ipsum ad intellectum possibilem, scilicet ibi: Idem autem est secundum actum. Et prima pars dividitur in duas, in quarum prima determinat de intellectu agente secundum eius essentiam, in secunda secundum eius proprietates, scilicet ibi: Et hic intellectus separatus. Et prima pars habet duas, in quarum prima ostendit quod est intellectus agens, scilicet ibi: Et hic intellectus. In parte autem prima intendit hanc rationem: in omni re naturali est aliquid ut materia et aliquid ut agens et aliquid ut effectum in materia per agens. Ergo cum anima sit res naturalis, sequitur quod hoc inveniatur de ipsa, et sic reperitur in ipsa anima aliquid ut materia et aliquid ut agens et aliquid effectum in materia per agens. Ergo est intellectus agens. Dicit igitur quod quoniam in omni re naturali in unoquoque genere est aliquid quod est materia, hoc autem est in potentia receptiva omnia illa quae sunt in eodem genere, et alterum causa, scilicet agens, et efficiens, quia et omnia facit, et hoc tangit illud quod est effectum, sicut ars existens in mente artificis se habet ad materiam, scilicet ut efficiens. Dicit enim ars efficiens quia est forma efficientis in quantum efficiens est. Quoniam ergo necesse est et in anima esse haec tria, scilicet efficiens, materiam et effectum. Consequenter autem intendit declarare quid est intellectus agens, et primo excusat se a declarando quid est intellectus possibilis, dicens quod intellectus quo anima fit, id est intellectus talis sive possibilis, est hic, scilicet cuiusmodi prius dictum est. Consequenter intendit diffinitionem intellectus agentis, dicens quod ille, scilicet intellectus agens, est. Hic quidem quo et cetera, id est intellectus faciens de potentia intelligibili actu intelligibile, sicut lumen scilicet se habet ad colores, sed quod est in intermedio, quia lumen prius quam colores facit colores qui prius fuerunt in potentia multiplicandi se esse actu multiplicativos; sic et similiter se habet intellectus agens ad intelligibilia. Unde per hoc inveniebat eius diffinitionem. Consequenter determinat de intellectu agente quo ad eius proprietates, dicens quod intellectus agens est separabilis et est impermixtus, id est non est forma educta de materia per agens, et est impassibilis, quia ut iam recipit sic facit intellectus possibilis. Unde est magis impassibilis quam intellectus possibilis, et substantia actu est. Et hoc manifestat quia agens semper est nobilius paciente, et principium a quo movetur materia est dignius materia. Igitur intellectus agens est dignior materiali intellectu. Sed intellectus materialis eo quod materialis est est possibilis; ergo agens eo quod agens est est in actu. Consequenter autem declarat de intellectu agente in comparatione ad intellectum possibilem, et in tractando est duplicitas, quarum duae primae solum videntur differre secundum rationem, quarum prima

est talis. Intelligere ipsius intellectus agentis est semper simul cum ipso agente. Sed intelligere ipsius intellectus possibilis non simul est cum ipso intellectu possibili. Ergo differunt. Dicit ergo quod scientia secundum actum, id est scientia ipsius intellectus agentis, est eadem rei, id est est simul cum ipso intellectu agente semper. Sed intellectus qui est secundum potentiam, id est qui est possibilis, est tempore prior in eodem individuo. Universaliter autem intelligere, quia per hoc quod est intelligere ipsius agentis non incidit simpliciter quod intellectus agens per se intelligeret. Sed quod illud intelligere est ipsius anime secundum quod est in se substantia in corpore. Probetur intellectus agenti tamquam efficienti per quam anima sed intellectum semper intelligit, quod intelligere non est ipsius hominis. = Quando autem nec tempore. Hic dat secundam differentiam que est fere eadem cum prima, scilicet talem: intellectus agens non intelligit in tempore et secundum hoc dicit quod non quandoque intelligit et quandoque non. Sed intellectus possibilis quandoque intelligit et quandoque non. = Separatus autem solum est. Hic incidit etiam dictum scilicet tale: intellectus agens et secundum substantiam et secundum esse intelligere quod non per receptionem est separatus a corpore. Sed intellectus possibilis etsi secundum substantiam sit separatus, secundum suum intelligere quod est per receptionem ab ymaginatione non est separatus a corpore. Dicit ergo quod solum modo intellectus agens est separatus. Id quod vere est, scilicet secundum substantiam et secundum esse quod nunc habet. Eodem enim modo intelligit intellectus agens post separationem sicut et nunc, et hic intellectus agens solum est immortale et perpetuum, scilicet quo ad esse quod hic habet. Et per hoc quod dicit solum, intendit excludere intellectum possibilem. Vel per hoc sufficienter innuebat quod intellectus possibilis quamvis secundum substantiam sit separatus, tamen non secundum esse quod hic habet, scilicet in intelligendo per receptionem ex ymaginatione. Non reminiscimur autem. Hic per signum ostendit quod intellectus possibilis non est separatus et perpetuus quo ad esse quod hic habet, scilicet quod post separationem anime a corpore non reminiscitur anima, et tamen reminiscentia dicitur quoniam tempore preterito cum ipse intellectus querit speciem prius acceptam in ipso intellectu et ipsam iterum apprehendit. Sed hoc non iterat hic eo quod est reminiscentia. Quoniam autem reminiscentia est cum fantasia prius ymaginatur et etiam ymaginatur et movet intellectum et sic intendit hic quod hoc ut quod secundum in potentia sit, quod prius dixit quod solus intellectus agens est separatus et perpetuus secundum substantiam et secundum esse quod habet hic. Hic illud manifestat per hoc quod intellectus agens est simplex et omnino impassibilis, quod impatitur in comprehendendo nec figurando nec aliquo modo in alterando nec passus nec et in recipiendo ut intellectus possibilis. Sed sine omni receptione intelligit et ita sine omni passione et perpetuus quo ad hoc eius esse quod hic habet est separatus et perpetuus. Non enim indiget unione aliqua cum corpore ad hoc ut intelligat. Alia littera: quod hoc passibile est et cetera. Recolendum est hoc ad propositum predictum, id est quod ymaginatio ex qua recipit intellectus possibilis est passibilis. Passivus autem. Hoc sine dubio recordandum est ad illud quod dixit de intellectu possibili. Per hoc enim intendit manifestare dictum signum, scilicet quod nos non reminiscimur post mortem quod cum separatur anima corrumpitur ymaginatio et sine ymaginatione non reminiscitur intellectus possibilis hic, quod intelligit per receptionem ex ymaginatione, scilicet eo quod fantasia in ymaginatione movet ipsum intellectum cum nos reminiscamur. Sed cum separatur anima, perit ymaginatio, ergo et receptio ex ymaginatione. Ergo intellectus possibilis non etiam intelliget sicut nunc, scilicet per receptionem. Dicit ergo quod intellectus passivus, id est ymaginatio, est corruptibilis et sine ymaginatione non intelligit intellectus possibilis in reminiscendo. Et intelligendum hoc [illegible] quod intellectus dicitur quadrupliciter: quia vel dicitur de intellectu possibili, quia de intellectu agente, quia de intellectu adepto, quia autem de ymaginatione.

= De intellectu autem possibili dubitatur. Primo quomodo sit in potentia sic. Ex solum est in potentia non habet actum existendi. Sed intellectum autem possibile oportet intelligere ut in principio habet actum existendi. Ergo non est solum in potentia. = Secundo intellectus quo intelligit homo sicut anima intellectiva non solum est forma sed hoc aliquid. Sed omne tale creatum habet duo in se, scilicet unum materiale et reliquum formale. Ergo intellectus videtur habere formam. Ergo non est solum in potentia. = Tertio quia ut est nec contradicit in littera cum dicit quod nichil est eorum antequam intelligat. Illam enim habet hic formam cum uti recipit ab ymaginatione ut quasi mediante intelligat, scilicet per unionem intelligentie cum forme. Sic enim patietur eodem modo sic visus. = Quarto supposito quod intellectus habeat aliquam formam, queratur quomodo distinguntur est dicere intellectum et possibilem et agentem. Et queratur et aliud ad idem redit, scilicet supposito quod intellectus possibilis sit aliquid formaliter et tunc totum aggregatum sit intellectus possibilis autem non. Redeat possibilis ad agentem. Dicunt quidam quod ipsum primum est intellectus agens in ipsis, et substantia anime creata est intellectus possibilis. Sed contra iste differunt agens in omnibus potentie sunt in ipsa anima secundum Aristotelem. Sic enim arguunt: in omni re ubi est reperire in eodem genere aliquid agens et aliquid patiens tamquam quod sit in ipso patiente per agens. Ergo in anima reperire est ita. Sed dicunt posterius non ponunt agens esse aliquid in ipsa anima. Ergo ponunt contra Aristotelem. = Postea dubitatur de secundo quomodo, scilicet utrum eadem intelligentia creata sit intellectus possibilis et agens, per esse divisa, scilicet per quod coniungitur corpori sit intellectus possibilis, per autem quod in se est substantia creata sit intellectus agens. Quod non videtur. Sic differunt in anima agens et possibile sicut movens et motum per substantiam differunt. Ergo et non solum per rationem. Ergo agens et possibile in anima distabunt per substantiam et non solum per rationem. = Tertio agens omnia intelligibilia facit actu et possibilis omnibus caret in actu. Ergo distant ab invicem per substantiam. = Quarto autem est intellectus agens in quantum actu separatus est, autem in quantum in se est substantia separata, si postea dicitur. Sed hoc esse animatur in coniunctione cum corpore. Ergo non amplius est agens et actu intelliget si secundo modo. Ergo in quantum est substantia separata est substantia actu intelligens. Sed in quantum est coniuncta, substantia separata. Ergo in quantum est corpori coniuncta est omnia actu intelligens et agens. Et dicendum quod non ponimus idem per substantiam esse intellectum possibilem et agentem per esse divisa. = Dicendum ergo quod omnis substantia separata animi et actu intellectus. = Sed anima hominis est aliquid individuum creatum et insufficiens argumentum. Ergo sic omne quod in se est aliquid taliter convenit prius per se est in se aliquid quod sit alteri convenit. Sed intellectus hominis est in se aliquid taliter convenit. Ergo prius per se est in se ad quod sit alteri convenit. Sed in illo esse quo est in se aliquid antequam coniungatur est substantia separata. Ergo quo ad illud esse est actu intelligens per predicta supposita. Quinto sua coniunctio cum ymaginatione est ut ipsum sit recipiens ab ymaginatione. Sed prius per se est hoc quod intelligentia actu quam coniungatur cum ymaginatione. Ergo prius est hoc actu intelligentia quam recipiat aliquid ab ymaginatione. Ergo non per hoc quod recipit ab ymaginatione est omnia hoc actu intelligentia. Sed dicendum quod recipit aliquid per hoc quod eodem privatur sive caret. Illud recipit intellectus autem per hoc quod continuatur cum ymaginatione recipit ipsa intelligibilia. Ergo per hoc quod continuatur cum ymaginatione privatur sive caret ipsis intelligibilibus. Sed per hoc quod caret ipsis intelligibilibus non fit in potentia solum receptiva ipsorum et intellectus possibilis. Ergo per hoc quod continuatur intellectus cum ymaginatione est intellectus possibilis. Dicendum

ergo quod illud quod in anima creata continuatur cum ymaginatione est intellectus possibilis. Cum ergo hec intelligentia creata habet duo in se, scilicet materiale et formale, ratione sue forme est quod habet omnia intelligibilia. Ergo quod non habet hoc, ratione sue materie. Ergo aliud quod est materiale in ipsa anima creata est intellectus possibilis, aliud autem quod est formale in ipsa est intellectus agens. Et est exemplum conveniens: sicut ex aere et luce recepta in ipso constituitur unum individuum, verbi gratia scilicet ex aere est eius materia, lux vero ipsius forma. Talis posset hoc individuum convenienter assimilari intelligentie create antequam infundatur corpori. Sicut ergo hoc individuum posset cognoscere suam formam, scilicet lucem, quod in ipsa luce est virtus omnium colorum, in ipsa sua forma complete cognosceret omnes colores, sic anima in cognoscendo suam formam eo quod in ipsa forma sunt quasi vestigia formarum omnium per hoc quod in ipsa est cum similitudine exemplariter rerum omnia. Sed hoc, scilicet quod est in forma ipsius anime ut est in forma alie intelligentie relucent forme omnium, non est nisi in quantum participat formam superiorem, scilicet primam. Redeamus tamen in materia iam dicta: individuum ymaginatum recipiunt species colorum per formam ipsius aeris, scilicet lucem solventem et facientem ipsum colorem esse actu sensibilem. Ergo hoc individuum per naturam suam non recipit per naturam forme agentis. Sic est in anima. Quod enim recipitur in anima assimilatur speciei colorum et est in illo ad oculos. Quod autem recipit sive intellectus possibilis assimilatur aeri, intellectus autem agens luci. Et sicut per efficaciam lucis super colorem facit de colore existente in potentia sensibili actu sensibilem, ita per efficaciam intellectus agentis sue forme ipsius anime super ymaginabile facit de hoc ymaginato actu ymaginato. Sed etiam dicitur videtur intellectum possibilem esse solam materiam primam cum non habeat formam per se sui, sed ei adiectam solam. = Et dicendum quod sicut eius sensibile duo habet in se, scilicet materiam et formam, similiter et eius spirituale duo habet in se, quorum unum est materiale et reliquum formale. Et sicut illud quod materiale est in corpore magis est in actu et magis perficit quam materia ipsius sensibilis, ut ipsius ignis, sic quod est materiale in ipso ente spirituali est magis in actu quam sit materia ipsius sensibilis ut est materia ignis. = Sed dubitatur si intellectus possibilis in nobis sit continuatus cum ymaginatione in recipiendo. Sed in pueris non est hec receptio. Ergo pueri non habent intellectum possibilem. Sic ergo non homines. = Et dicendum quod anima est actus non ut consideratio sed ut scientia, scilicet eo quod habitualiter exercet suas operationes et non semper actualiter, et sic est intellectus possibilis in puero. = Sed et tunc videtur dubium si nullam habet ad hanc operationem in puero. Ergo frustra ad hanc infunditur. = Et dicendum quod non sequitur. Quod cum hoc intelligentia creata continuetur nobis quod sua forma continuatur nobis, non est tamen per hoc quod materia eius in nobis continuatur nisi ymaginatione. Sed agens semper habet operationem suam. Sic enim potentia lucis si colorem non potest non facere colores multiplicare se, similiter et intellectus agens cum est presens ymaginabile facit ipsum ymaginale in maiori actualitate quam prius fuit et ita magis illuminat et facit in actu magis ymaginationes. Quod ergo in puero melior et nobilior est ymaginatio per presentiam intellectus agentis super ipsam. Quia intellectus agens non est ei per se sui sed per continuationem intellectus possibilis cum ipsa, non frustra coniungitur intellectus possibilis in puero quamvis non dum recipiat. = Consequenter de intellectu adepto dubitatur, utrum de illo quod fit in intellectu possibili per agentem, scilicet utrum sit aliquid ipsius rei, aut sola eius similitudo. Sed nil ipsius. Queritur ergo cum ita sit quod cum color faciat se in medio aeris non tamen mittatur a colore in medium et a medio in organum, utrum similiter ita sit in intellectu, scilicet quod aliquid existens in organo ymaginationis tamen mittatur in ipsum intellectum et fiat eius forma sibi conformis. Quod sic videtur: intellectus enim ex ymaginatione recipit similitudinem rei ymaginate. Sed hoc receptum non potest esse sola relatio, quia relationem solam non potest recipere ut videtur. Relatio enim oportet ut fundatur super aliquid unum. Ergo quod recipit ipsam similitudinem recipit ipsam fundatam super aliquam naturam. Ergo cum ipsa similitudine et aliqua natura transmissa intellectui. Et hoc est quod dicitur quod illud quod est universale duplex habet esse: unum, scilicet in re, et sic est forma individui, et aliud in intellectu et sic est qualitas ipsius intellectus. = Contra. Quia si intellectum possibile intelligere non esset nisi ipsum recipere aliquid transmissum ab ymaginatione quod et prius fuit in organo sensus, ergo nichil possemus intelligere nisi quod prius fuit in ymaginatione, et nichil possemus ymaginari nisi quod prius fuit in organo sensus. Ergo non possemus intelligere nisi quod prius fuit in organo sensus. Et hoc manifeste falsum est. Possumus enim ymaginari quod numquam percepimus et intelligere que non prius fuerunt ymaginata, ut incorporea enim intelligibilia sunt. = Quarto cum intelligo hoc universale lapis, si tamen mitteretur hoc universale in animam intellectivam. Sed autem receptum in aliquo est in ipso recipiente per modum recipientis. Ergo hoc universale receptum in anima Sortis et anima Platonis cum sint eorum anime recipientes simpliciter divise, et quod receptum in anima Sortis simpliciter divisum ab illo recepto in anima Platonis. Et ita erit variatum tamen per quod adversus est intellectum quod est species. Et esse contra rationem formarum. Forma enim quod sola forma est, et non hoc aliquid de se, si fuit specialis sive specifica, solum uno modo est variabilis et divisibilis, scilicet per naturam. Ergo hoc species lapis non variabitur per diversos intellectus sed solum per naturam. = Sed omnia variata variantur sub aliquo communi. Sic alia sub hoc communi quod est aliud. Sic ergo hoc universale lapis esset receptum in anima Sortis et in anima Platonis et ita in illo variatum. Esset ergo variatum sub aliquo communi et ita in infinitum. = Solutio. Dicendum quod tale est [illegible] de qua prius ut dictum est. Debemus solum dicere ab obiecto sed in medium et a medio in organum, sed non ulterius in animam. Et dicendum quod solam similitudinem que est relatio recipit anima et fundatam in natura aliqua. Sed illa natura est substantia ipsius anime. Sic cera recipit similitudinem sigilli non recipiendo aliquid transmissum a sigillo in ceram. = Quarto dicendum quod ymaginatio non est aliqua forme ipsius rei, sed eius similitudo et species. Cum enim ymaginata sint ipsas species, ymaginata est eorum similitudo. Et sic in forma singulari est forma universalis cum conditionibus appendiciis ipsam. Similiter in similitudine forme singularis est similitudo forme universalis cum [illegible] cum conditionibus appendiciis et facientibus illud in hic et nunc. Intellectus autem agens abstrahit hanc speciem similitudinem ab hiis conditionibus appendiciis per eius presentiam super ymaginale. Et sic cera cum sit susceptiva cuiuscumque figure indifferentem de se per presentiam sigilli super ipsam recipit figuram sigilli. Sic cum intellectus possibilis de se sit possibilis vel sit [illegible] cuiuscumque forme per presentiam similitudinis alicuius forme super ipsam fit similitudo ipsius forme in actu per presentiam tamen intellectus agentis manifestantis [illegible] rerum similitudines

permissis condicionibus materialibus apparentibus. et hec similitudine manifesta per intellectum possibilem fit eius similitudo actualis. et intelligendum quod cum intellectus aliquod unum cognoscat preter receptionem sue speciei ab ymaginatione. de se potest intellectus devenire in cognitionem sui universalis. ad quod primum cognitum est sub opposito. et est in cognitione actualis. ad quod primo cognitum est alie hec comparatione. unde non necesse est quod omne cognitum ab intellectu fiat per suas ymaginationes. et eadem ratione non oportet quod omne ymaginatum fiat per apprehensionem actualem aliquo, scilicet uno ymaginato per receptionem speciei a sensu potest virtus ymaginativa fingere sibi fantasma sui similis. et oppositi et actualis talium = ex iam

universalis — dat igitur patet quod similitudo alicuius in anima sensitiva et in anima ... atur. sed universale cuius est similitudo non ...atur. quod ipsum universale non est in anima ut eius dispositio. sed solum ipsius universalis similitudo. alio autem modo dicitur universale in anima sive in intellectu. scilicet sicut motivum est in moto. forma enim ut est in ratione universalis est per eius similitudinem precedens movendi animam intellectivam. et sic est universale prius cognoscendi.

= Indivisibilium quidem igitur. hic intendit declarare de intellectu post quo ad eius operationes. et sunt due operationes de quibus hic intendit. scilicet informatio et credulitas. sive fides. et est credulitas in compositione ipsorum intelligibilium ad invicem radicate. loco eius quod est credulitas vocatur eo quod est compositio. dividitur autem hec pars in duas in quarum prima declarat de hiis operationibus intellectus sive de intellectu per has operationes in se. in secunda in comparatione ad virtutem sensitivam scilicet ibi. Videtur autem sensibile. et prima pars dividitur in duas in quarum prima dividit operationes intellectus in informationem et compositionem. sive credulitatem. sicut dando eorum differentiam ad invicem. in secunda exequitur de utraque dividendo scilicet ibi. Indivisibile autem quod dupliciter dicitur. et prima pars dividitur in duas in quarum prima est predicta. secunda autem incidens. scilicet ibi Finis enim in compositione semper est. dicit igitur quod intelligentia indivisibilium idest informatio est in hiis intelligibilibus circa que non est falsum neque verum. scilicet veritate complexi. et vocat indivisibilia intentiones singulares quarum non est compositio ad invicem. accepto enim hoc intentionum convenit intellectui informativo. Intellectus enim accepit informare sibi intentiones simplices singulares quarum partes in quibus sic accepta non est verum neque falsum. et eius dixit in quibus est verum et falsum. dicit in quibus est credulitas dicens compositio autem ipsorum intellectuum est in hiis in quibus est verum et falsum. et per compositionem intellectuum intelligit ipse credulitatem. sive iudicium Sicut enim quod in sermone. quod iam narrabat. quod est compositio intellectuum. de quorum intelligibilium simplicium est ad invicem compositio et quasi. et hoc per quoddam exemplum Empedoclis. dicit igitur quod compositio est eorum que in sermone. cum utraque enim duorum intelligibilium sit ... ut absolutum. et reliquum ut forma alterius dependens. tunc alterius intelligibilis est compositio cum primo. potest enim tunc intelligi per modum intentionem ipsius dependentis in eius libere de enti intentionem ipsius absoluti. cum sequitur dicit quasi quod sic vere dixit Empedocles quod multorum animalium capita sunt cervice. i. quod natura faciet plures existentes distincte ab invicem

pcta = componere ad invicem. et radicantur in eadem cervice. et illud est de compositione. scilicet quod ipsa intellectualia intelligibilia prius accipiuntur divisa ab invicem et componuntur. consequenter in eodem libro scilicet quod intentio ipsius predicati significatur in eius libere differentia in intentione subiecti et obliquitatem exemplum. scilicet ut predicamus quod diameter est

d = simile. et quod tunc fuisset exemplum. de compositione tempore preterito ne credetur ex hoc quod non esset compositio aliquorum. sicut sub tempore futuro ut preterito. hoc removet dicens. quod intellectus sive ipse intelligens est componens et est factor et fictor. i. ipsa intelligibilia sub tempore preterito ut futuro = Falsum enim et cetera. hic inducit propter incidentia et continet hec pars tria incidentia. et est primum incidens quod cum compositio sit causa veri debetur verum. ne propter hoc credetur predictum dixisse falsum. scilicet quod falsum est causa compositionis. hoc removet dicens quod falsum est semper in aliqua compositione intellectuum ad invicem. quod si aliquis componit per intellectum album non albo facit compositionem quandam cuius in est falsitas = contingit autem. hic dat secundum incidens. quod enim dicitur magis debeatur falso. ne ex hoc credetur quod divisio nullo modo debeatur vero. dicit quod contingit tamen quod illa dicatur per divisionem ad unum. enim est causa veri dicitur in verius quod ipsa intelligibilia prius quam componantur ad invicem accipiuntur divisim = Sed videtur non solum. hic inducit tertium incidens cum enim prius determinando quod falsum est semper in aliqua compositione supposuit tamen in preterito tempore. ne ex hoc credat aliquis solum compositionem significare sub tempore preterito in esse ... ut Cleon. et non aliam compositionem de futuro ut preterito hoc removet dicens quod non solum videtur verum ut falsum quod Cleon est albus. sed etiam verum. aut verum quod Cleon erit albus. et est quod Cleon fuit albus. ad ingenium quod intellectus componens est faciens istam unionem sive compositionem intellectuum ad invicem cum compositio in est dicitur ut Flaccus = Indivisibile autem quod. hic exequitur de partibus dividentibus scilicet de informatione et compositione. sive credulitate. et dividitur hec pars in duas in quarum prima exequitur de hac operatione intellectus. sive de intellectu per hanc eius operationem que est informatio. in secunda de intellectu per reliquam eius operationem sive operationem scilicet ibi. amplius autem dicto. et prima pars dividitur in duas in quarum prima declarat quomodo divisibilia intelliguntur. in secunda quomodo indivisibilia intelliguntur. scilicet ibi punctum autem omne. et prima pars dividitur in duas in quarum prima determinat quomodo per se divisibilia intelliguntur. in secunda autem quomodo per accidens intelliguntur. et intelligantur de divisione totius in partes integrales partes scilicet ibi. quod autem non secundum quantitatem indivisibile est sed specie. in prima tamen parte ostendit quod divisibile intelligitur in indivisibili tempore. secundo autem determinat quomodo in divisibili tempore. scilicet ibi non est ergo dicere. In prima autem parte intendit hoc. tamen aliquid indivisibile in potentia est indivisibile in actu ergo in indivisibili tempore intelligitur. i. totum simul intelligitur. dicit igitur quod indivisibile dicitur dupliciter. aut indivisibile in potentia et hoc quod non potest dividi. et indivisibile in actu et hoc quod non est divisum in actu. nil prohibet animam intelligere indivisibile cum intelligat longitudinem sive lineam. quod illa linea est indivisibilis sive non divisa est in actu. et ob hoc est nil prohibet quando generatur intellectus intelligi in indivisibili tempore et quod possit credi ex hoc quod dixit indivisibili tempore quod aliquod tempus est simpliciter indivisibile. hoc removet dicens quod tempus est similiter divisibile et indivisibile sicut longitudo. scilicet in hoc quod sicut longitudo est divisibilis potentia et indivisibilis in actu. similiter et tempus est divisibile in potentia et indivisibile in actu. consequenter determinat quomodo intelligitur in indivisibili tempore. et intendit declarare quod in indivisibili tempore non quod illud tempus sit simpliciter indivisibile. sed quod sit indivisibile ad divisionem linee intellecte. scilicet quod partes temporis non quod respondeant partibus linee. ita quod in una medietate temporis intelligit unam medietatem linee et in alia aliam. sed in toto tempore quibus partes intelligit secundum quod partes intelliguntur in toto et in toto tempore totam lineam. dicit igitur quod non est dicere utrique medietate

exemplum

Divisibilia

medietate linee intelligi in medio temporis totius in quo toto intelligitur tota linea. ita scilicet quod una medietas linee in una medietate temporis intelligatur. et alia in alia medietate temporis. quod sic non esset intelligere lineam nisi secundum quod actu divideretur. Sed intelligitur non secundum quod actu dividitur sed secundum quod potentia divisibilis est ex suppositione. Seorsum autem. i. si intelligeret utramque medietatem linee distinctim intelligit ipsas in divisis partibus temporis distinctis. et tunc intelligitur illa tota linea ut longitudines et non ut linea una. ut alias. i. et tunc se habebit tempus illud totum non ut unum tempus. sed ut diversa tempora. sicut et linea illa accipitur non ut linea una sed ut linee plures. Si ut. i. sed intelligatur longitudo ut est una continua ex suis partibus. tunc intelligetur in tempore uno quod indifferenter se habet ad utramque partem ipsius linee. scilicet quod tota linea intelligetur in toto illo tempore. et est utraque medietas in eodem tempore sed quod partes intelliguntur in toto illo intellecto. et ita est tempus indivisibile ad divisionem linee cum non respondeant partes temporis partibus ipsius longitudinis. Quod autem non secundum quantitatem. hic intendit declarare qualiter divisibilia per accidens intelliguntur dicens quod est in indivisibili tempore et per speciem indivisibilem. consequenter subiungit causam huius. dicit igitur quod illud quod est indivisibile in actu non existens in genere quantitatis sed secundum qualitatem intelligit anima in indivisibili tempore et per speciem indivisibilem. sed tamen per accidens intelligitur in tempore divisibili. = Et non in quantum. i. et hoc modo quantum per accidens cum intelligitur ut unum intelligitur et in quantum actu divisibilia sunt hec. scilicet quo ad animam intelligentem et in quo tempore. i. non in quantum species per quam hec res intelligitur et tempus in quo intelligitur sunt divisibilia actu. sed in quantum hec sunt indivisibilia in actu. consequenter subiungit causam huius indivisibilitatis. sive unitatis in actu. et per consequens causam quare in divisibili tempore intelliguntur. sive sunt tota. et quia divisibilitas ipsius quanti per accidens ut qualitas scilicet per partes integrales. de qua dicit hic intendit debetur quantitatis magnitudinis. dicitur in qua est. solum loquitur de causa unitatis et indivisibilitatis actualis in continuo. dicit igitur quod intelligit in quantum indivisibilia sunt quia in hiis scilicet in tempore et magnitudine in est aliquid quod uno modo est divisibile. et alio modo indivisibile. scilicet in magnitudine punctum quod est divisibile. quod potest esse in duo puncta ut si dividatur linea super punctum. et est indivisibile simpliciter. eo quod ex uno puncto non possunt fieri duo. in tempore autem est instans similiter se habens. et hoc unum in ipsis facit unum. et tempus et magnitudinem et hoc indivisibile quod est causa unitatis est in omni continuo. scilicet tempore et magnitudine et permanendo sed ulterius scilicet quod illud quod intelligitur iam dicta est de causa est unum per hoc unam speciem receptam in anima per quam apprehensam intelligitur intelligibile etc. et illa species una est. propter hoc simul tota accipitur ab intellectu. et non partes eius divise in divisis partibus temporis. et propter hoc simul sive in tempore indivisibili intelligitur res per illam suam speciem = Punctum autem omne. hic declarat quomodo indivisibilia intelliguntur ut punctum et hiis. declarans quod intelliguntur per privationem divisibilitatis. deinde autem hoc manifestat per simile in contrariis. scilicet ibi. aut enim malum. dicit igitur quod punctum totum id quod est. est dico. punctum enim in fine longitudinis actu dividit longitudinem ab alia. sicut autem lineam dividit una medietatem sive unam partem linee ab alia. et continuat ad invicem. et per hoc quod punctum secundum se totum est ipsa dico. intelligit quod punctum simpliciter est indivisibile. et hoc quod est indivisibile simpliciter intelligitur sicut prius non est divisibile. Et intelligendum quod primus intellectus puncti est per privationem primo enim debuit intelligi contra aliquod. et consequenter privationem continui ut magnitudinis intelligimus punctum. puncto autem sic debilitur intellecto primo. scilicet tamquam privatione. consequenter speculativi speculantes cum iam aliquid habuerint de cognitione puncti intelligunt veram essentiam puncti non sicut aliquid in ratione puncti per privationem solum. sed sicut aliquid per positionem. scilicet quod est principium formale in continuo habitum. primus igitur intellectus puncti est per privationem. ultimus autem et completus non. sed per privationem positionem. et sic intellecto puncto. tunc primo est vere intelligere et cognoscere magnitudinem. et simile est de aliis in corporeis. scilicet quod eorum primus intellectus est per privationem corporeorum. et hoc quod intellectus in actu hec a sensu. et in corporea sive que cum sint simpliciter indivisibilia non sub iacent sensui. ultimus tamen eorum intellectus non est per privationem solum. sed per positionem = aut enim malum. hic per simile in contrariis ostendit quod indivisibile intelligitur ut privatio. quod in contrariis alterum contrariorum intelligitur quasi privatio alterius. ut eius quod est magis sicut querit quomodo anima cognoscat malum. sic non cognoscat per privationem boni. aut quomodo cognoscat nigrum. sic non cognoscat per privationem albi. et dicitur in contrariis magis in universali. scilicet quomodo cognoscat contraria sic non cognoscat unum eorum privatione alterius. per hoc intendens quod unum contrariorum intelligitur ut privatio alterius. sicut indivisibile intelligitur ut privatio divisibilis. Et intelligendum quod contraria non solum differunt per positionem et defectum. sive per plus et minus eiusdem nature. sed et propter hoc est aliquid in unoquoque contrariorum quod non est in reliquo. alias enim tota oppositio que est in contrariis. esset solum oppositio per privationem et habitum = Oportet autem potentia esse. ne credetur quod quilibet intellectus hoc habeat sic per privationem cognoscere hec indivisibilia ut in corporea est. consequenter hic determinat cuius modi intellectum oportet esse qui debeat hec iam dicta cognoscere. determinans quod hic intellectus necesse erit intellectus possibilis. qui de potentia cognoscente sit actu cognoscens per receptionem speciei ab ymaginatione. et propter hoc quod hec indivisibilia per positionem non sunt in ymaginatione. potest intelligere intellectus possibilis hec indivisibilia solum ut privationem. sed intellectus agens cuius non est contrarium causarum. i. cum non in est hec contrarietas potentie et actus. sed semper est intelligens in actu intelligit se ipsum. et intelligendo sic se ipsum per suam formam intelligit omnia que intelligit. et non per receptionem ab alio. et propter hoc non per privationem intelligit indivisibilia. ut in corporea sicut intellectus possibilis. sed per positionem. = Amplius autem dicto hic exequitur de secunda operatione intellectus. scilicet de credulitate. et dividitur hec pars in duas. in quarum prima declarat quod credulitas omnis sive compositio. scilicet ibi. est compositio alicuius de aliquo. est vera aut falsa non tamen declarat semper verum aut falsa. sed in determinate. In secunda per duplex simile hoc ostendit. scilicet ibi. Sed sicut videre. et prima hec principale et incidens. scilicet ibi intellectus autem non omnis. in qua ne credetur quod dictum est. scilicet hoc esse verum aut falsum convenire cuicumque intellectui indifferenter. hoc removet dicens quod non omnis intellectus est verus aut falsus indeterminate. quod intellectus acceptivus simplicium intentionum est semper verus. quod semper per speciem sive similitudinem forme hominis in ipso intelligit hominem et non aliud. et similiter de aliis. et cum dixit quod iste intellectus est semper verus. ne credatur hoc de veritate complexi dicit quod non est aliquid de alio. i. quod non est hec veritas. veritas complexi sed veritas incomplexi. Intellectus autem cuius operatio est credulitas est verus aut falsus. veritate aut falsitate complexi. consequenter per simile manifestat quod dictum est. et primo per simile in sensu visu. scilicet sicut visus in sentiendo suum proprium sensibile est semper verus. sic similiter intellectus simplicium est semper verus. Si autem. i. sed si visus per certificationem suum sensibile proprium ad sub quam verus est in percipiendo et quam falsus sit. et similiter intellectus

componens ipsa intelligibilia simplicia ad inuicem tunc in dicendo et credendo. quandoque uerus est et quandoque falsus. Sic se habet. hic uidetur manifestare per simile quod dictum est in [?] uerbi intellectum agentem. et uult intelligentias. dicit quod sicut se habet intellectus simplicium quod est semper uerus. similiter se habet intellectus separatus. sicut ea quae sunt sicut in materia. hic. id est intellectus qui ad hoc ut intelligat non indiget unione cum corpore. est semper uerus. quia scientia secundum actum. id est illud per quod intelligit. est idem rei. id est ei quod ipse primo intelligit. forma enim sua est illud quo intelligit omnia quae intelligit. intelligendo enim suam formam intelligit omnia. quia ipsa est similitudo omnium. eo quod in ipsa latent uestigia omnium. et non intelligit quandoque et quandoque. sed semper idem intelligendo. et propter hoc hic intellectus qui semper actu est. est inseparabilis sed suum intelligere est semper uerum. Quae uero secundum potentiam. id est scientia possibilis intellectus. id est illud quod intellectus possibilis intelligit ipsam rem prius tempore est in potentia scientia illius intellectus quam sit in actu scientia eius. et hoc eo quod recipit ipsum quo intelligit rem extra ex ymaginatione. et non intelligendo suam formam propter quam cognoscat ipsas res. et propter hoc quandoque uerus et quandoque falsus in componendo et credendo ad esse quod est. Omnino autem. quia iam dixit quod scientia in potentia prius tempore est in intellectu possibili quam scientia in actu ne crederetur quod ubi potentia praecedit actum. dicit quod simpliciter loquendo potentia non praecedit actum. sed econuerso. quia per causas actu sunt omnia quae fiunt. postea tamen aliter legitur illud ut referatur ad intellectum agentem de quo prius locutus est qui non est intelligens in tempore sicut quandoque et quandoque non. quia omnia quae sunt ei cognita. sunt ei cognita. ex eo quod actu est. id est per hoc quod intelligit suam formam sicut se ipsum qui semper actu est. non tamen ad eo semper actu sicut primum. Videtur autem sensibile. hic intendit comparare intellectum secundum duas proprietates ad sensum. et diuiditur hec pars in duas in quarum prima comparat intellectum ad sensum in recipiendo. In secunda autem in mouendo. secunda ibi Cum autem letum aut triste. in prima parte dicitur quod sicut uero fit de potentia sentiente actu sentiens per ipsum sensibile. sic intellectus in formatum fit de potentia intelligente actu intelligens per ipsum intelligibile. primo autem dicit sensum se habere ut iam dictum est. secundo autem dicit illum in hoc conuenire cum intellectu in formato. scilicet ibi Ipsi quidem igitur. dicit igitur quod sensibile in actu uidetur facere ex potentia existente sensitiua. sensitiuum actu agens. sicut sentiens. et ne crederet aliquis ex hoc quod ipsum sensitiuum in patiendo a sensibili corrumpetur. dicit quod non patitur neque alteratur uero proprio. scilicet sicut contingit pati a contrario. unde motus quo mouetur sicut immutatur sensitiuum a sensibili est alia species motus. quam motus declaratus in physicis. quia motus de quo ibi intendit est actus imperfecti sicut existentis in potentia et non in actu. sed iste motus. scilicet de quo hic locutus est qui est simpliciter actus non imperfecti est alterius actus quam eius quod est simpliciter imperfectum. et intelligendum quod sicut duplex est perfectio. scilicet una quae consistit in acquisitione forme. et alia quae consistit in exeundo ad operationem per formam prius acquisitam. similiter est duplex motus. ut in perfectione prima. et sic non mouetur sensitiuum a sensibili. aut in perfectione secunda. scilicet ut ex forma recepta egrediatur suus actus. et de hoc motu intendit hic consequenter autem dicit quod solum intelligere. id est intelligere intellectus in formatum est simile ipsi sentire. id est quod intellectus informatus. sicut hoc quod iam dictum est. est simile sentire

Cum autem letum. hic intendit comparare intellectum ad sensum in mouendo. et diuiditur hec pars in duas. quarum prima patet est. secunda autem incidens. scilicet ibi Et omnino in actu et sic actu. et prima pars diuiditur in duas in quarum prima declarat suum propositum in se. In secunda arguit quoddam correlarium sicut id quod plus manifestat per signum. scilicet ibi Ex quo necessarium. in parte autem prima intendit declarare quod sicut sensitiua appetitiua mouet ad consequendum uel fugiendum in presentia sensibilis. similiter intellectiua indicatiua mouet ad consequendum uel fugiendum bonum uel malum in presentia ymaginabilis. dicit igitur quod cum letum aliquid aut triste fuerit motum uirtutis sensibilis. ipsa sentiens uel dissentiens imitatur aut fugit. et agere. id est et hoc moueri. scilicet letari. aut tristari. est ipsi uero sensibili mediante. scilicet presente sensibili quod sit ei bonum aut triste aut hoc aliud. et ne credat aliquis quod uirtus appetitiua sensitiua secundum rem differat eius oppositum iam posuit. dicit quod sunt eadem uirtus secundum rem solum differentes secundum esse et rationem. dicit igitur quod fuga et appetitus secundum actum. id est appetitiuum et fugitiuum idem est. id est eadem uirtus. et non differunt secundum rem appetitiuum et fugitiuum neque ad inuicem neque a sensitiuo. sed solum est esse eorum aliud sensitiua enim est in quantum album aut nigrum mouet. appetitiua enim in quantum letum mouet secundum quod tale et fugitiua prout quod triste mouet. et cum dedit unam partem comparationis quam intendit subiungit aliam ibi Set intellectiue anime. dicens quod sicut sensibilia se habent ipsi anime sensitiue appetitiue. scilicet in mouendo sic et fantasmata siue ymaginabilia se habent ipsi anime intellectiue in mouendo quod cum ipsum ymaginabile presens mouet intellectum sub specie boni. aut sub specie mali. est ipsum intellectum consentire aut dissentire. et tunc aut fugere aut consequi Ex quo necessarium. hic arguit quoddam correlarium. scilicet ex hoc quod dixit quod intellectiua anima mouetur ad consequendum uel fugiendum presente ymaginabili. et est quod ex hoc arguit quod anima non intelligit sine fantasmate siue ymaginabili. et diuiditur hec pars in duas in quarum prima determinat hoc correlarium in se. In secunda redit resumens propositum ut addat ibi Asper quidem igitur intellectiuum. et pars prima diuiditur in duas in prima dat dictum correlarium et illud ostendit per simile in sensu particulari. et hoc in sensu communi ibi Sicut aer. In secunda illud simile ponit interius. ibi Set quod album simile autem per quod explanat correlarium tale est sicut sensibilia extrinseca mouent eandem uirtutem sensitiuam particularem. et sicut etiam sensibilia genere diuersa mouent eandem uirtutem. scilicet sensum communem. sic diuersa ymaginabilia mouent eandem uirtutem intellectiuam. dicit igitur quod sicut aer inmutatur a speciebus colorum et inmutat organum uisus. et aliquo modo alterat. et similiter aer inmutatur a sonis speciebus et inmutat organum auditus. id est sic sensibilia extrinseca mouent eandem uirtutem sensitiuam particularem. et non dum ponit reliquam extremitatem comparationis. sed prius comparat sensum communem dicens Set ultimum. scilicet sentiens. id est sed et simul sensus communis est una uirtus et una medietas sensibilium. sed ipsa esse ipsi sensui communi plura sunt. et dictum est prius quod sensus communis est illud quo omnia discernit sensibilia genere diuersa ab inuicem. sicut igitur ita est in sensu particulari et in sensu communi dictum est simile nunc. id est de uirtute intellectiua. scilicet quod una est uirtus intellectiua quae mouetur a diuersis ymaginabilibus. unde subiungit Est enim unum aliquid. id est quod uirtus intellectiua est unica licet secundum rationem. Sicut autem terminus. id est et uirtus intellectiua

est ultima uirtus apprehensiua. Et hec in analogia et tale intellectiua se habet in eadem proportione uniuersali ad sensum. et ad sensum communem scilicet modo iam dicto. sic et econuerso. scilicet sensus prius refertur ad intellectum uel aliter Et hec in analogia. id est et sensibilia extrinseca se habent ad sensum particularem. et sensibilia genere diuersa se habent ad sensum communem sic illa ad inuicem. id est sicut diuersa ymaginabilia se habent ad uirtutem intellectiuam. Quid enim differt. hic. id est quia non est maior ratio dubitandi quomodo anima intellectiua iudicat res dissimiles genere quam quomodo sensus communis iudicat extrinseca sensibilia ut album et nigrum Set quod album. hic iam dictam similitudinem ponit interius. et primo ponit terminos in comparando sensum particularem et intellectum ad inuicem. secundo autem ponit terminos ad comparandum sensum communem et intellectum ad inuicem ibi Eadem autem ratio est. et pars prima in duas diuiditur in quarum prima ponit terminos habitudinis in uirtute rerum quam intendit. In secunda ulterius exemplificato aliquo modo sensibilium et ymaginabilium arguit aliquo modo permutatim esse in ipsis uirtutibus. scilicet sensitiua et intellectiua ibi Si igitur et c. d. cum unum fiat. ponit igitur terminos modos sic. sit a. album. b. nigrum. c. uero sit ymago albi. et d. ymago nigri. contingit igitur sic arguere. sicut se habet a. ad c. sic b. ad d. igitur permutatim sicut a. et b. se habent ad inuicem. sic se habent ad inuicem c. et d. sed a. et b. ab eadem uirtute sensitiua apprehenduntur. ergo c. et d. similiter se habent quod apprehenduntur ab eadem uirtute ymaginatiua. et sic c. et d. quae sunt diuersa et extra ymaginata ab intellectu apprehenduntur. et sic posuit iam exemplum et simile in quo diuersa sensibilia mouent unam uirtutem particularem. dictum ponit exemplum quomodo diuersa sensibilia secundum genus mouent unam uirtutem sensitiuam communem. et sic quomodo diuersa ymaginabilia secundum genus mouent intellectum qui unus est. hoc habito redit ad propositum ut addat. et primo redit. consequenter addit ibi Et extra sensum. et est additio talis. non solum in presentia sensibilium mouetur intellectus appetendo uel fugiendo. sed et in absentia eorum. per presentiam tamen ymaginabilium. hoc habito subdit incidens ibi Et omnino et cuius intentio principalis est dare differentiam inter bonum et malum et uerum et falsum. intendit. scilicet quod inter uerum et bonum et falsum et malum manifestum enim. et dicit est quod circa idem in apprehendendo circa quod est bonum et malum. est uerum et falsum. et propter hoc dat differentiam horum ad inuicem. et hec pars habet partem principalem et incidentem. ibi Et sic simul. intentio partis prime est hec bonum et malum cum sint idem secundum substantiam uero et falso differunt tamen in hoc quod uerum et falsum sunt cum ipsa re non concernendo rem ipsam cum sua operatione. sed in abstrahendo bonum autem et malum in concernendo operationem sunt cum re intentio autem illius partis quae incidens est. postquam hoc. est docere quid est aliquid abstrahere. dixit enim prius quod uerum et falsum sunt in non concernendo. sed aliquo modo in abstrahendo. et non docet quid sit Dicit igitur quod aliquid abstrahere non est ipsum separari simpliciter ab alio. sed intelligendo ipsum sine reliquo. scilicet non intelligendo reliquum. consequenter ponit particulam incidentem cum dicit uerum autem quod propter breuitatem non cadit in dictum et satis patet in littera et sic terminatur tota pars quae est de uirtute sensitiua secundum se. et etiam de uirtute intellectiua secundum se. Nunc autem de anima dicta. hic intendit declarare quandam conditionem conuenientem anime sensitiue et intellectiue. est enim de anima apprehensiua tota. et est quod anima est quodammodo omnia. dat autem primo suam propositionem. et ex consequenti aliam. et hec pars diuiditur in duas in prima dat primam conditionem et hoc comparando animam apprehensiuam ad apprehensibilia. in secunda dat secundam conditionem et hoc comparando ipsa apprehensibilia ad inuicem. scilicet ibi Quoniam autem neque. in parte prima sic procedit. primo ponit sic

concludit suam conditionem. secundo inficiat per signum illam partem cum dicit Secantur igitur. tertio conditionem ipsam distinguit ibi Noscere est autem. concludit igitur conditionem in parte prima sic. omnia quae sunt. sunt quodammodo sensibilia uel intelligibilia. sed anima sensitiua est quodammodo sensibilia. intellectiua quodammodo intelligibilia. ergo anima apprehensiua est quodammodo omnia. hoc habito consequenter inficiat hanc conditionem per signum. sicut premissa hec tota sicut conditio. ad uerificandum autem potest induci hoc signum bonum. enim dictum est quod intellectiua anima sit quodammodo omnia intelligibilia. et sensitiua sensibilia. signum enim hoc est quod sicut et intellectus diuiditur secundum actum et secundum potentiam sic sensibilia et intelligibilia et hoc dicit Secantur igitur. hoc habito consequenter distinguit conditionem dicens quod cum anima est quodammodo omnia non enim intelligit quod anima sit ipse res sensibiles uel intelligibiles. sed quod sit species sensibilium et intelligibilium. et hoc ubi uero diuisimode a diuersis exponitur secundum quod diuisimode creditur de uniuersali. scilicet quod sit intellectu aut uniuersalitas uero autem non. Quoniam autem neque hic comparando apprehensibilia inter se concludit aliam conditionem. scilicet quod intelligibilia non sunt separata a sensibilibus secundum rem sicut posuit plato sicut forme sensibiles non sunt separate ab ipsis singularibus sensibilibus. sed intelligibilia non intelliguntur nisi ex sensibilibus prius acceptis in ymaginatione et hoc sensu. ergo intelligibilia non sunt separata a sensibilibus ipsis. hoc habito ne crederetur ymaginabile siue receptum ab ymaginatione non esse idem simpliciter cum eo quod recipitur ab intellectu propter hoc quod dictum est prius quod intelligibilia non intelliguntur nisi mediante ymaginatione. ideo incidenter dat differentiam eorum. et est una talis quod ymaginabilia ipsa non sunt composita. uel accidit eis compositio. sed in intelligibilibus est compositio. intellectus enim componit et non ymaginatio et hoc est Est autem fantasia. alia differentia est quod ipsa intelligibilia simplicia licet non sint sine ymaginabilibus siue fantasmatibus tamen non sunt ipsa intelligibilia sine fantasmata et hoc est Prima autem intellectus

Quoniam autem anima secundum duas diffinita est potentias. declarato de uirtutibus apprehensiuis secundum quod apprehensiue sunt hic intendit de eisdem secundum quod motiue sunt. et diuiditur hec pars in duas in quarum prima intendit declarare de principio motiuo secundum locum in se. in secunda comparat ipsas uirtutes anime ad inuicem ibi Vegetabile igitur animam et pars prima diuiditur in duas. quarum prima prohemialis est et secunda executiua. ibi Habet autem dubitationem. et pars prima habet duas in quarum prima dat intentionem suam quantum ad illud de quo est intentio sua. in secunda autem quo ad modum procedendi. sicut qualiter est de hoc sua intentio ibi Vtrum una quidem pars. in prima parte continuat dicta dicendis dicens quod cum anima alium diffinita est secundum duas potentias. scilicet quarum una est discretio quae est opus rationis intellectiue. id est quarum una est uirtus intellectiua. et sensus id est sensitiua potentia. hec enim due potentie conueniunt sub una parte illius dicitur. scilicet sub eo quod est apprehensiuum. et consequenter subiungit secundum nobilitatem et tertium mouentem secundum locum. scilicet distinguuntur tamquam per reliquam duarum potentiarum. scilicet de sensu et intellectu secundum quod sunt apprehensiue iam dictum autem est quod ita est de mouente speculandum est nunc scilicet quod ipsi anime sit motiuum secundum locum. et consequenter declarat quale hoc est speculandum. scilicet utrum una aliqua pars ipsius anime separabilis ab aliis partibus magnitudine. id est secundum situm et locum ut posuit plato. aut aliqua pars separabilis non sit magnitudine sed solum diffinitione. sit principium motiuum secundum locum. aut tota anima sit principium motiuum secundum locum. et supposito quod una aliqua pars anime sit principium motiuum. considerandum utrum sit aliqua alia pars. scilicet alie aliorum dictis preter has. a dictis anime secundum duas potentias.

declarat in 3 libro. aut fuit pars alia dicit dat in 3 li-
de anima secundum suas potentias. consequenter in duce [?] exequitur que
dividitur in duas partes in quarum prima declarat secundam quam
iam tacta in parte negativa. scilicet quod non aliqua alia pars alie
alterius divisionis ipsius anime est principium motivum. in secunda terminat
primam quam ibi et de quo nunc est existit. et pars prima in
duas dividitur in quarum prima ponit tres divisiones potentiarum anime
non datas in 3 libro. in secunda ostendit has divisiones non convenienter
esse datas ex quo patet quod non ponenda est aliam
partem anime preter illarum divisionum contingere esse principium motivum
pars enim anime secundum illarum divisionum quantumque non est recte superius
dicit ergo quod secundum antiquos potentiam est dubium qualiter oportet dicere partes
anime et quot. quod secundum quandam divisionem datam ab antiquis videtur
dicere partes infinite esse ipsius anime. quidam enim dividebant
animam in appetitivam et apprehensivam et utraque possunt ulterius
dividi secundum numerum obiectorum scilicet apprehensorum et appetitorum quorum
est infinita species ad minus quo ad nos. unde propter hoc quod dixit
infinite enim quodam videntur infinite tetigit primam divisionem
propter hoc autem quod subiungit et non solum tangit secundam divisionem
datam ab aliis philosophis scilicet quod anima dividitur in concupiscibile
et in irascibile et rationale. consequenter tangit tertiam di-
visionem propter hoc quod dicit et rationalem et irrationalem que
divisio est in rationalem et irrationalem. unde sic supplenda
est littera scilicet secundum auctores prime divisionis non solum sunt ille partes
anime quas dicebant determinantes. habentes rationem id est rationale
et irrationalem. Sed enim has differentias. hic in capitulo destruere
dictas divisiones. primo autem quasi sint in mente quasi duplex
[?] aliorum. primum est membrum generale in omnibus tribus divisionibus scilicet
quod quelibet illarum est insufficiens. secundum autem est membrum speciale
licet existens in prima divisione et secunda scilicet quod est alia que-
dam divisio maiorem habens distantiam etiam [?] quam faciat
prima vel secunda divisio data ab antiquis. et est illa alia
divisio que datur in hoc libro in vegetativum sensitivum et intellec-
tivum. Secundo autem ostendit decem membra scilicet primum quod est
generale in esse ipsis divisionibus. ibi vegetabilis autem. dicit ergo primo
quod partes anime secundum has differentias scilicet vegetativam sensitivam et in-
tellectivam. per quas differentias dividitur anima de quibus determinatum
est in hoc libro. videntur esse alie scilicet a partibus iam dicta-
rum divisionum datarum ab antiquis. partes dico habentes maiorem
differentiam ad invicem quam partes illarum divisionum scilicet duarum primarum
divisionum. et propter hoc tangit inconveniens speciale. appetitivum
enim et apprehensivum que sunt partes prime divisionis. sunt idem
secundum substantiam. sola differentia secundum esse et rationem. et concupi-
scibiles et irascibiles que sunt due partes secunde divi-
sionis sunt eedem [?] secundum substantiam non [?] sensitive
vegetativum autem et sensitivum et intellectivum non solum secundum esse dif-
ferunt et rationem sed etiam secundum substantiam. propter hoc autem quod dixit que
sunt partes alie a partibus dictarum divisionum innuebat inconveniens
generale scilicet quod unaquaque illarum divisionum fuit insufficiens. Ve-
getativum quidem. hic manifestat dictas divisiones esse insufficien-
tes. primo propter hoc quod potentia vegetativa que est in omnibus aliis potentia-
tus [?] non continetur sub aliquo membro dictarum divisionum tamen
secundo ostendit predictas etiam divisionem esse insufficientem
eo quod hec pars anime scilicet sensitiva non manifeste continetur sub aliquo
membro illius divisionis ibi et omnibus aliis. dicit ergo quod et omnibus
aliis [?] est iterum sensitivum quam non [?] ponat aliquis
facile scilicet manifeste esse sicut rationale neque sicut irrationale quasi
unus enim aliquo modo possit contineri sub irrationali. non tamen mani-
feste. irrationale enim non manifeste sonat in sensitivam potentiam
sed solum in privationem rationalis. Ad hec fantasticam. et ad ingres-
sum de ratione fantastica quod non ponet aliquis facile
rationem fantastice sive ymaginative aptare contineri sub aliquo

dictarum membrorum que mutuis ad invicem secundum rationem differt ab omnibus
partibus dictarum divisionum. unde si aliquis ponat dictas partes
dictarum divisionum esse separatas et simpliciter distinctas ab invi-
cem. dubium est cui illarum partium dicetur ymaginativa idem
eadem autem diversa. hic tertio et ultimo propter hanc divisionem anime
appetitivum ostendit secundam divisionem etiam esse insufficien-
tes etiam scilicet eo quod sub neutro membro continetur appetitivum
scilicet nec sub rationali nec sub irrationali sed quod talia. secundam autem
eorum non complete completur itaque appetitivam. sed appetitivam
sensitivam solum et non appetitivam intellectivam. concupiscibilis
enim et irascibilis in secunda divisione dividit ex opposito contra rationalem
et ipsi solum complectuntur appetitivam sensitivam sensibilem. dicit ergo
quod iterum appetitiva que ratione et secundum rationem videtur
differre ab omnibus talibus dictarum divisionum scilicet secunde et tertie. et
ob hoc inconveniens est ponere illas differentias in divisione potentiarum anime
omittendo istam iterum cum semper sit ipsius anime sicut
talis. appetitivum enim reperitur ubi reperitur rationativa
et similiter reperitur appetitus sive desiderium in anima sensitiva et
et si dividetur anima in tres partes scilicet ut in concupiscibilem
et irascibilem et rationalem in hiis omnibus erit appetitus
= et de quo nunc est existit. ostenso iam quod nulla pars anime
secundum aliquam predictarum divisionum sumpta est principium motivum secundum lo-
cum. hic intendit terminare primam rationem iam magis complete [?]
tam scilicet utrum tota anima sit principium motivum an aliqua pars eius
secundum aliquam divisionem datam in hoc libro. et dividitur hec pars in
duas in quarum prima ostendit quid non est principium huius mo-
tus. in secunda quid est principium huius motus ibi videntur
autem hec duo moventia. et pars prima in duas in quarum pri-
ma resumit illud de quo est intentio excusans se a
declaratione quarundam de quibus hic non intendit hic declarare
in secunda autem accedit ad suum principale declarandum ibi Sed quidem
quod vegetativa potentia. dicit ergo primo quod considerandum est tamen nunc
potentia sit iterum ipsius anime est movens secundum locum de quo nunc
est intentio. et non est determinandum de motu augmenti et de-
(?) quod satis est manifestum iterum generationem. et iterum
vegetabile que omnibus est causa movere secundum hunc motum et est
id est esse principium motivum in motu secundum augmentum et decrementum
quod augmentum et decrementum omnibus inest aliis. et de
exspiratione et respiratione. et de sompno et vigilia decla-
randum posterius. Sed nunc declarandum de motu secundum locum
secundum quod est movens ad motum progressivum. Sed quidem quod pars in qua
ad suum principale et dividitur in quatuor partes in quarum prima
ostendit quod potentia vegetativa non est principium motivum secundum locum. in
secunda quod nec potentia sensitiva ibi Sed autem neque quod sentire potest
in tertia quod nec intellectus speculativus ibi at vero neque ratioci-
nativum. in quarta quod nec appetitus intellectualis ibi Amplius
et tendente. In quinta et ultima quod nec appetitus sensitivus
ibi at vero neque appetitus. prima autem pars continet duas rationes
quarum prima talis. cum non est motum secundum locum. non est appe-
titivum. Sed potentia vegetativa non movet appetitum. ergo nec movet
secundum locum. Amplius secunda ratio quam ad [?] potest adtendere sic. Sed
vegetativum est motivum. sic plantas movet esse per [?]
ne. ergo haberent organa deputata motum progressivo.
hoc autem falsum. = Consequenter ostendit quod potentia sensitiva non
est motiva secundum locum. et est ratio talis. Si potentia sensitiva esset
motiva. ergo omne animal habens sensum haberet motum progressivum
Sed quedam animalia habentia [?] sunt moventia et immo-
bilia secundum locum. ergo potentia sensitiva non est motiva. hec ratio primo
ponit conclusionem secundo maiorem. tertio minorem probans talem
si non deficiat in necessariis nec facit aliquid frustra nisi
imperfectis. et animalia dupliciter dicuntur et imperfectum scilicet ut quod
non habet omnes sensus. ut quod non est animal in actu. Sed ad hoc est generando

vel ambo sic sumuntur hic imperfectum scilicet secundo modo. dicit ergo quod
non facit aliquid frustra nec deficit in necessariis nisi in im-
perfectis. Sed alia moventia non sunt huiusmodi imperfecta. Sed perfecta
et hoc manifestat per signum scilicet eo quod generativa sunt et
habent augmentum et decrementum. ergo si sensitiva in eis esset
motiva. natura daret eis organa ad motum progressivum. tamen
actu habent motum progressivum. et ita omne animal moveretur
localiter = Consequenter ostendit quod intellectus speculativus
non est principium motivum et est ratio talis. intellectus spe-
culativus quantumcumque intelligat aliquid quod est leve ut esse
non precipit fugere aut imitari illud. ergo intellectus spe-
culativus non est motivum secundum locum. dicit ergo quod neque potentia rationativa
neque intellectus scilicet speculativus est vocatus movens. quia intellec-
tus speculativus nichil intelligit actuale id est non intelligit
secundum quam in quantum ipsa est eius in operatione nec docet ad
sui imperare defugiendo vel imitando. consequenter vocat
eventuram sic. motus progressivus semper est in fugiendo vel imitando
aliquid. Sed intellectus speculativus nec precipit fugere nec imi-
tari huiusmodi aliquid. ergo non est principium motivum. et quod non
precipit sic ostendit per signum. quia intellectus speculativus
cum frequenter et intelligit aliquid quod est timendum aut
leve. intelligendo timendum non iubet anime timere. Sed cum iubet
intellectus timere. movetur cor motum contrahit suarum partium in se
quod si fuerit leve secundum cuius apprehensionem movetur cor. alia quedam
pars est id est alio motu movetur cor scilicet quia dilatando partes
suas extra se. hic autem intellectus sic iubens timere aut leta-
ri. non est intellectus speculativus. = Amplius et tendente. hic
duplici ratione ostendit quod appetitus intellectualis non est suffi-
ciens principium motivum. prima ratio talis. intellectum apprehendente
quandam rem secundum speciem suam in quantum illa res extendit
se in operationem et imperante fugere aut imitari illud non
semper movetur homo intellectum ab hoc intellectu. Sed aliquando
movetur in contrarium per appetitum sensualem. ergo appetitus in-
tellectualis non est sufficiens principium motivum. Et alia autem
secunda ratio aliquis habens medicinam in anima non sanatur tamen
quasi in sciente sanitatis existentis in anima debeatur sana-
re Sed alteri. ergo eadem ratione ut in maiori habens intellectum appe-
titum aliquis non movebitur ad imitandum tamquam
alteri debeatur movere secundum locum quam appetitum intellec-
tualem = consequenter ostendit quod appetitus sensualis non est
principium motivum sufficiens hac ratione. quidam appetentes
appetitum sensualem non imitantur illud quod sic appetunt
Sed imitantur appetitum in contrarium scilicet intellectum. ergo appetitus
sensualis non est principium sufficiens motum secundum locum = Vi-
dentur autem hec duo moventia. hic intendit declarare
que vere ipsius anime est iterum motiva secundum locum. et dividitur
hec pars in duas. in quarum prima determinat quid est mo-
tivum in aliis perfectis. in secunda quid est motivum in aliis
imperfectis ibi considerandum autem et de imperfectis. et prima pars dividitur
in duas. quarum prima pertinet ad rationem vere motive
in perfectis. secunda ad modum movendi ibi principium autem omnium pri-
ma pars habet principale et incidens ibi dividentibus autem partes
anime. et pars prima dividitur in duas in prima dat ipsa mo-
ventia in se determinans quod ea sunt moventia ut
duo si sub uno nomine comprehendam duo illorum tamen. in secunda
reducat illa ea moventia ad unitatem ibi intellectus
autem quam propter aliquid. dicit ergo in parte prima quod hec duo scilicet in-
tellectus practicus et appetitus sunt moventia. et si nomine
intellectus comprehendam intellectum et ymaginationem. et si non dica-
mus tamen duo esse moventia sic comprehendentes duo sub uno
nomine erunt ea moventia scilicet intellectus. appetitus. et yma-
ginatio sive fantasia. et quod fantasia sive intellectus sunt di-

ctis partes motive ostendit. quia multa animalia imitantur
ut fugiunt aliquid secundum quod moventur a fantasia. relin-
quentia operari secundum intellectum et etiam in multis animalibus est fan-
tasia motiva in quibus non est ratio sive intellectus. et hoc
[?] testimonium quod prius posuit. scilicet quod necessario videbatur appe-
titus et intellectus sunt motiva secundum locum. et sub intellectu com-
prehendit ymaginationem. Sequitur pars in qua reducat
iam dicta ea ad unitatem. et dividitur hec pars in
duas in quarum prima reducat ea moventia in duo
moventia. in secunda reducat omnia moventia in unum
movens ibi unum quidem est movens. et pars prima in du-
as in quarum prima reducat intellectum practicum et appe-
titum intellectualem in unum movens. in secunda reducat
fantasiam et appetitum fantasticum in unum movens ibi
Fantasia autem. in prima tamen parte primo dat differentiam intellectus
practici a speculativo ut melius pateat de quo intellectu et
quid est intellectus de quo hic intendit. secundo autem dat ipsam
reductionem ibi. et appetitus propter quid. dicit ergo quod intellectus
ille practicus est qui ratiocinatur propter aliquid id est qui apprehen-
dendo rem secundum suam speciem non in quantum ens est. Sed in quantum bo-
na vel mala. ut consequenter moveat ad imitandum vel fu-
giendum illud. speculativus autem intellectus intelligit rem non
sic propter aliquid. Sed in se in quantum ens. aut verum. aut falsum.
unde intellectus practicus differt a speculativo in fine scilicet eo
quod practicus est ad finem ut ad bonum. intellectus speculati-
vus. Sed solum ut cognoscat. non enim est ipsius intellectus specu-
lativi hoc appetitus ad bonum Sed ipsius practici. hiis habitis conse-
quenter reducat intellectum practicum et appetitum intellectualem
ad unum movens convenienter propter hanc rationem. appetitus intelle-
ctualis non movet nisi cum movetur prius nisi per intellectum practi-
cum. et intellectus practicus non movet secundum locum nisi mediante
appetitu intellectuali sive per appetitum tamquam per proprium
motivum. ergo intellectus practicus et appetitus intellectualis sic
unum movens cum sic sumunt ad invicem coniuncta in operando
dicit ergo quod omnis appetitus scilicet intellectualis est propter aliquid. scilicet
propter aliquid precedens. ut propter intellectum practicum. quia ultimum
id est finis ut propter bonum extra secundum speciem suam esse principium ima-
ginandi intellectum practicum quam intellectus movet appetitum
et facit in actu. ex quo infert suam conclusionem scilicet quod hec duo
sic coniuncta. appetitus et intelligentia practica videntur
moventia reducta ad unum movens convenienter. et repe-
tit rationem quam prius innuebat quia appetitus movet secundum
locum propter hoc quod prius fit in actu per intellectum practicum. tamquam
per illud quod est primum principium efficiens motus secundum locum. et in-
tellectus practicus movet per appetitum. quia appetitivum est
principium proximum efficiens. secundum quod sive quo mediante in-
tellectus practicus movet ad localem = consequenter reducat fan-
tasiam et appetitum fantasticum sive sensuale ad unum mo-
vens dicens quod similiter fantasia non movet sine appetitu.
Unde hec duo coniuncta ad invicem constituunt unum principium mo-
tivum secundum locum. consequenter reducat iam dicta moventia in
unum movens quod est appetitus sive appetitivum et intendit hoc
per hanc rationem. intellectus movet secundum appetitum. Sed appetitus
non solum est intellectum. Sed in ymaginationem. id est quod ymagi-
natio est movet secundum appetitum. ergo illud unum per quod necessario
est motivum est appetitus. ergo appetitus est illud quod in necessario
est motivum. hec ratio primo manifestat primam propositionem. secundo autem
secundam. dicit ergo quod unum scilicet quod est appetitivum est motivum prin-
cipium. quia quamvis appetitivum et intellectus in se sint diversa
aliquo modo. tamen sunt coniuncta ad hanc rationem actionem unam quod
est movere animal secundum locum. in ratione unius principii efficientis
quia intellectus non movet sine appetitu. Sed sed appetitum et hi [?]

declarat quod voluntas est appetitus qui est in intellectu. Unde concludit quod intellectus movet sed voluntate. Ideo secundum appetitum = Appetitus autem movet extra. Hic declarat secundam propositionem scilicet movens principaliter appetitus existens extra scilicet intellectum vel ymaginationem movet secundum locum. Et quod iste appetitus sit extra intellectum vel ymaginationem concludit quod concupiscentia que proprie dicitur appetitus sensualis est quidam appetitus. Sed intellectus omnis quantum de se est rectus est, in appetitu vero iam dictus autem appetitus et fantasia sunt recta et non recta quantum de se est. Igitur aliquis appetitus qui est motivus est extra intellectum et extra ymaginationem. Hoc dicto infert conclusionem principalem dicens quod patet quod simpliciter, id est et intellectum et in fantasia, illud quod movet ad aliquid est appetitivum, et distinguit conclusionem dicens quod illud aliquid ad quod movet appetitus aut est bonum simpliciter aut apparens bonum sicut bonum ut nunc. Et huiusmodi apparens bonum non est quodcumque sed bonum actuale. Et hoc bonum est quod est ad tempus bonum et potius alteratum a sua bonitate et deveniente non bonum. Et intelligendum quod bonum actuale dicitur id quod cum in se bonum non fuit simpliciter cum tamen ipsum per suam speciem apprehenditur non in se sed ut extendit se in operationem, cui assentit virtus apprehensiva. = Hoc dicto recapitulat dicens quod manifestum est quod huiusmodi potentia anime que vocatur appetitus est movens secundum locum. Et quod usus est hiis nominibus voluntas, desiderium, appetitus. Intelligendum (?) distinctionem scilicet quod voluntas proprie dicitur appetitus intellectus, unde volumus solum ea que per nos adepta possunt intellectus, id est non appetit nisi per deliberationem. Et ipse solum possibilia. Desiderium proprie est appetitus sensualis sive fantasticus, unde desiderium est impossibilium et hic appetitus sensualis est sine deliberatione. Et ... dicto. Concupiscentia autem idem est quod desiderium vehemens. Appetitus autem generale se habet ad omnia iam dicta. = Quoniam vero appetitus autem hic inducit propositionem incidentem in qua duo incidenter determinat quorum primum est quod ad hoc ut ponamus virtutem motivam oportet ponere plures potentias anime extra ut necessarium sensitivum, appetitivum, intellectivum, deliberationem. Secundum quod apponere quod appetitus intellectualis non est nisi precedente deliberatione. De aliis autem manifestum est quod oportet eas ponere. Item oportet apponere et ipsum appetibile ad hoc ut sit actualis motus secundum locum, quia ipsum appetibile extra et ipsa virtus appetitiva intus existens distant ab invicem et ideo faciunt differre et appetitivum ab omnibus aliis virtutibus anime. = Quoniam autem appetitus. Sed incidenter ... esse appetitus contrarios sunt in nobis. Dicit igitur quod hoc scilicet quod appetitus contrarii sunt ad invicem in nobis est quod ratio et desiderium sive sensualitas contraria sunt, sicut enim utrique appetitus in habentibus tempus. Et quod ratio et sensualitas sint contraria ostendit quod cum appetibile extra fuerit bonum ut nunc, intellectus iubet abstrahere amorem propter futuritatem quam percipit bonitatis in appetibili. Appetitus autem fantasticus iubet attrahere, quod dicit illud esse bonum simpliciter et videtur ei illud esse simpliciter appetendum, quod non percipit futuritatem bonitatis tempore (?)

momen-

et quod momentanea sit bonitas illius. Hoc dicto iterum recitat conclusionem intentam in principio dicens quod unum secundum speciem scilicet appetitivum in quantum est appetitivum est movens animal motu processivo. = Primum autem omnium et cetera. Hic intendit determinare modum quo appetitivum movet animal localiter et dividitur hec pars in duas in quarum prima dat modum in communi. Secundo autem determinat specialiter modum movendi processive in fine et recitans determinata in hoc capitulo et in capitulo secundo parte ibi: Nunc autem in capitulo (?)

In prima igitur parte intendit determinare quod est motus processivus propter hoc quod sunt ea ad invicem ordinata scilicet primum movens ut appetibile extra quod est movens non motum, et appetitus intra qui movet animal et est motum quod simpliciter movetur. Et appetitus movet animal secundum locum propter hoc quod prius movetur ab appetibili extra sicut a fine. Hic autem determinando primo in communi dat numerum et ordinem eorum que exiguntur ad hunc motum. Dicit quod primum omnium eorum que exiguntur ad hunc motum secundum locum est ipsum appetibile extra. Hoc enim cum non moveatur ab alio corporali per suam speciem scilicet eo quod per suam speciem sentitam intellectam et ymaginatam movet appetitum. Et intelligendum quod species ipsius appetibilis recepta in anima non movet sicut finis sed sicut efficiens, eo quod forte efficientis secundum quod efficiens est. Bonum autem in re extra sive ipsum appetibile extra movet sicut finis. Et advertit quod non solum est hoc unum movens sed moventia sunt plura. Nam tria exiguntur ad hunc motum scilicet duo illorum sunt moventia. Unum quidem movens primum quod non movetur, secundum autem movens quod movetur. Tertium autem est quod simpliciter movetur localiter. = Hoc dicto consequenter magis specialiter exponit hec tria ibi: Tum autem immobile. Dicens quod illud movens quod est primum scilicet immobile est actuale bonum, id est bonum non ut in se existit sed quod per speciem suam apprehenditur ab anima in quantum illud est extendens se in operationem. Secundum autem movens quod est movens et motum est ipsum appetitivum, quod ideo quod appetitus sive fuerit intellectus sive ymaginatio secundum quod appetit movetur ab appetibili extra et motus vel actus, id est motus est ipsius appetitus sic motus a fine vel est actus. Tertium autem quod simpliciter movetur localiter est ipsum animal. = Quo autem modo movet organum. Hic in speciali magis organum exprimit modum movendi secundum motum processivum. Dicit igitur quod hoc quo mediante appetitus movet animal localiter est organum quoddam corporeum. Et subiungit ex habundanti quod intendit determinare diffuse de hoc motu in tractatu de communibus operibus corporis et anime, id est in tractatu qui compositus est de motibus animalium, quem non dum habemus. Sed nunc in summa tangendo quomodo fiat hic motus dicit igitur quod appetitus movens movet per organum quoddam quod organum movens unum et idem secundum rem est principium et finis motus. Sed secundum unam rationem finis, secundum aliam rationem principium. Et hoc id quiescens est et motum. Sed ratione diversa. Secundum autem hanc rationem non sunt hec diversa sed idem. Quod finis et principium moventur et omnia talia que moventur hoc motu moventur per depulsum et attractum. Unde oportet sicut in circulo aliquid esse immobile ut centrum super quod figuratur motus circularis, et hic mobilibus est aliquid manens scilicet quiescens super quod fundatur motus et a quo incipit motus. Et quid intendat signare per sermonem iam dictum sic intelligendum. In omni animali quod movetur motu processivo est quoddam membrum principale ut cor, quod sicut est in parte sinistra alicuius a quo organo scilicet corde diffunditur virtus motiva corporis in partem dextram que extensa ad partem dextram depellit partem dextram in ante. Intelligatur ergo hec virtus quasi linea quedam extensa a corde in parte sinistra ad partem dextram que movet partem dextram motu depulsionis in ante. Cor igitur est principium huius motus depulsionis et in hoc motu est cor quiescens super quod figitur hic motus. Linea inducta quo ad terminum a quo incipit in corde est

immobilis. Et quo ad alteram eius extremitatem terminata in parte dextra est mobilis depellens partem dextram ante. Descendendo autem quia per quandam portionem eiusdem partis dextre sic depulsa in anterius stat et figitur et trahit partem sinistram in qua situm est cor per illam lineam in anterius. Et in hoc igitur motu attractionis est cor tamquam finis motus. In principio enim huius motus ab extremitate iam linee dicte terminata in parte dextra, sed quia extremitate iam manet linea immobilis terminatur ille motus in alteram extremitatem que terminatur in corde, sed quia extremitate fit linea mobilis attrahit ipsum cor et ex consequenti totam partem sinistram in anterius. Aliter ut prius descendendo tamen (?) quandam. Et in hoc motu ipsum cor motum. Patet igitur quod initium quod est cor cum sit motus processivus est quiescens finis et quiescens principium motus et quiescens motum. Quia in motu depulsionis est sicut quietum et principium motus. In motu autem attractionis est finis motus et motum. Et patet quod motus processivus fit per depulsum et attractum. Et ita componitur ex duplici motu scilicet ex depulsione et attractione. Sic igitur intelligitur quod iam dixit, patet motus secundum quem fit motus processivus. = Omnino autem igitur. Hic in secunda parte prius recitat quod determinatum est in hoc capitulo dicens quod omnino quod sicut dictum est appetitivum in quantum appetitivum est est ipsius animalis motivum. Motivum autem non est sine fantasia sed fantasia que perficitur in movendo per rationem sive per appetitum intellectuale quia non secundum movet per appetitum sensualem et hic appetitus inest animalibus aliis a rationalibus. Alius vero rationalibus solis inest. = Dubitatur super hoc quod dictum est quod attractio est principium motus. Dextrum enim est principium motus. Sed cor situm est in parte sinistra. Ergo attractio non est principium motus. = Et dicendum quod principium motus potest dici dupliciter scilicet aut ortus motivus virtutis aut ortus ipsius motus a virtute motiva. Primo autem modo dicendi principium motus est locus a quo est principium motus ut dictum est. Secundo autem modo dextrum est locus a quo est principium motus. Dextrum enim est locus ubi oritur motus a virtute motiva. Unde dicit Aristoteles quod dextrum est locus exitus motus. = Preterea dubitatur quomodo possit anima corpus movere localiter. Sic enim agens habet speciem. Sed anima non (?) per actus habet locum extra corpus. Ergo non potest dare locum corpori extra se. = Et dicendum quod anima in corpore est ubique tota. Ergo habet locum corporis per actum. Ergo secundum quod est in parte anteriori habet per actum locum partis anterioris. Et secundum quod est in parte posteriori habet locum partis posterioris. Quod igitur per actum habet locum partis anterioris, potest eundem locum dare parti posteriori et tunc quando expelletur ab illo loco, loco expelletur per occupando locum alium, et tamen illum locum eundem totum potest dare parti posteriori. Et sic ulterius quamdiu voluerit ipsum corpus movere. Et sic potest fieri motus localis ipsius animalis ab anima.

posterioris

= Considerandum autem et de imperfectis. Hic intendit declarare quid est motivum in animalibus imperfectis. Et dividitur hec pars in duas quarum prima est principalis et secunda incidens ibi: Sensibilis igitur fantasia. Intendit autem in parte prima determinare quod et in animalibus imperfectis est principium motivum fantasia et desiderium. Sed differenter in hiis et aliis perfectis. Aliis enim est fantasia infinita et desiderium principium motivum sicut et eorum motus infinitus est. In aliis autem perfectis est principium motus fantasia finita et desiderium finitum

et hoc sic intelligendum est: alia sunt imperfecta scilicet que solum habent gustum et tactum, non sentiunt per distantiam. Sed dicit quod est eis appetibile actuale est eis coniunctum secundum locum et ideo non debetur eis motus localis ad consequendum sensatum desideratum. Sicut autem appetibile est eis coniunctum et sic quod actu est eis actuale est eis actu coniunctum secundum locum. Et ideo solum ad fugiendum sensatum nocivum indigent motu locali. Et quod in movendo solum appetunt fugere et recedere, solum ymaginantur principium motus sive terminum a quo est motus. Non autem terminum ad quem. Et ideo indistincte moventur. Et infinita est eis fantasia et desiderium et in movendo. Dicit igitur quod considerandum quid est movens in imperfectis ut quibus solus tactus inest. Et cum tactu contingit gustus. Hic enim notat hic alia imperfecta scilicet utrum contingat fantasiam et desiderium inesse eis et esse principium motus. Et quod eis insit fantasia et desiderium ostendit. Consequenter autem declarat quod sit principium motivum. Dicit igitur quod tristitia et leticia videntur inesse hiis animalibus. Ergo desiderium necessario et fantasia. Sed sic movetur indistincte. Sic fantasia et desiderium infinita sit in movendo ipsa localiter = Sensibilis igitur. Hic inducit partem incidentem et dividitur in duas quarum secunda est incidens tertii principalis ibi: Sed sabile (?) enim. In parte autem prima intendit comparare appetitum sensualem et intellectualem. Et dividitur hec pars in duas. In quarum prima comparat istos appetitus ad virtutes ad quas consequuntur. In secunda comparat istos ad invicem ibi: Vincit autem aliquando. Intendit autem primo declarare quod sensibilis in brutis est fantasia ad quam consequitur appetitus sensualis sine omni deliberatione. Sed in rationalibus est deliberativa ad quam consequitur appetitus qui est cum recta ratione precedente. Dicit igitur quod sensibilis fantasia id est non rectificata per intellectum inest irrationalibus scilicet quam consequitur appetitus sensualis. Virtus autem deliberativa inest rationabilibus scilicet ad quam consequitur appetitus intellectualis. Quod autem deliberatio sit in rationalibus ostendit quod considerare utrum sit agendum hoc aut hoc est opus rationis. Sed hoc opus est deliberatio. Ergo deliberatio est in rationalibus. Et advertit quod ad eligendum alterum appetibilium deliberantem mensurare uno, id est comparare ipsa apprehensa ad aliquid unum quod est simpliciter bonum, considerando quod illorum plus concordat cum illo, quod tunc magis eligitur et imitatur. Unde ex illis pluribus ymaginatis quod ipse possit facere, ex quo patet quod in rationalibus consequitur appetitus ad deliberationem. Et consequenter manifestat quod in brutis non consequitur appetitus deliberationem dicens quod huius causa scilicet quod animal brutum non habet hanc scilicet opinionem a sillogismo, id est quod animal brutum non habet acceptionem aliquam per deliberationem precedentem. Est causa huius scilicet quod brutum habet hoc scilicet non imitari opinionem, id est est causa quare appetitus ipsius non sequitur ad aliquam deliberationem precedentem per quam fit motum ipsius bruti. Sed quando fuerit apprehendere sive ymaginatur ipsum appetibile et appetit et movetur. Hec autem illa, id est sed appetitiva intellectiva habet deliberationem precedentem. Unde non ulterius habet appetitus deliberationem precedentem sed appetitus in rationalibus. Appetitus autem in brutis non. Sed fantasiam sive ymaginationem precedentem non (?) ut aliquis. Causa hec est, id est et causa huius scilicet quare in ipsis brutis est non habere opinionem, id est non habere aliquam rationem sive deliberationem precedentem scilicet est hec quia ipsa fantasia sive ymaginatio appetitiva non habet opinionem a sillogismo, id est non habet aliquam deliberationem precedentem. Hec autem illa, id est sed appetitiva in rationalibus

habet deliberationem precedentem etc. Vincit autem etc. Hic ostendit comparationem appetituum ad invicem, dicens quod appetitus sensibilis quandoque vincit appetitum deliberativum et quandoque econverso, ut cum secundum abstinentiam fiat motus. Et dicit quod sicut spera suprema vincit appetitum spere inferioris et facit eas moveri suo motu, et tunc est ibi duplex motus, scilicet unus ipsius spere superioris et alius quem habet sibi proprium, et duo ipsius spere inferioris, scilicet unus quem habet a motu spere superioris et alius quem habet sibi proprium in contrarium motui superioris; sic cum dominatur appetitus deliberativus movet et facit appetitum ymaginationis moveri in eandem partem, et tamen motum habet ab appetitu ymaginationis ut prohibeatur appetitus alie, scilicet contrarium motui superioris. Et intelligendum quod appetitiva intellectiva aliquando dicitur vinci, non quia non agat sive moveat, sed quia ex libertate sui arbitrii condescendit ymaginationi tamquam eligens et appetens per idem moventem. Sed scibile non movetur. Hic declarat secundam conclusionem, scilicet quod appetitiva intellectiva quantum de se est solum non movet ad localem, sed in quantum descendit in ymaginationem faciens ipsam appetere in particulari, quia appetitiva intellectiva appetit in universali. Dicit ergo quod primum appetibile extra est primum movens quod non movetur. Sed quoniam virtus apprehensiva que movetur ab illo appetibili alia est apprehensiva universalis, quia dicit in genere quod omne tale agendum est, alia autem particularis, quia dicit quod hoc agendum est et non, et non quod omne hoc in genere, illa virtus que dicit quod hoc faciendum est movet, non autem que universalis est. Et sensus quod in dubio est universalis ut particularis. Sed universalis in quantum universalis est magis quiescit et non movet; particularis autem movet, scilicet universalis illa virtus in quantum descendit in ymaginationem et facit suum appetitum, et in quantum descendit particulariter quia hoc bonum singulare movet. Et sic terminatur sententia totius capituli de movente. Dubitare contingit primo utrum intellectus appetitivus sive voluntas sit eadem virtus cum intellectu practico anime nostre. Quod sic videtur: idem est obiectum utriusque virtutis, ergo eadem virtus est utraque. Quod idem sit obiectum sic patet: obiectum intellectus practici est finis rei sive res non solum in se prout causa est, sed in quantum per speciem suam apprehenditur ab intellectu secundum quod res illa extendit se in operationem. Sed tales res sunt res bona; ergo bonum in quantum bonum actuale est obiectum practici intellectus. Sed bonum actuale est obiectum appetitus intellectualis; ergo idem est utriusque obiectum; ergo sunt eadem virtus. Quod non sint eadem virtus sic videtur: virtutes distinguuntur per operationes ad opus, ergo per diversitatem operationum est diversitas virtutum. Sed intellectus practici et virtutis appetitive intellective sunt operationes diverse, ergo sunt diverse virtutes. Quod sint operationes diverse: quia cognoscere bonum in quantum bonum debetur intellectui practico, quod differt ab eo quod est diligere bonum et appetere, quod debetur intellectui appetitivo. Et dicendum quod intellectus practicus et appetitivus intellectus sunt magis una virtus quam due, idest una est utrisque obiectum, quoniam actuale bonum. Et ad totum in contrarium dicendum quod non quecumque operationes diverse faciunt diversitatem virtutum; eadem enim virtus habet operationes diversas ordinatas, ut patet in calido agente in frigidum. Una enim et eadem est virtus ipsius calidi que calidum transmutat et facit suam speciem in frigido, et quia per speciem suam transmissam et iam ibi factam ibidem operatur,

non enim sunt ille virtutes diverse. Similiter et frigidum per eandem naturam recipit speciem virtutis calidi et consequitur eiusdem virtutis operationem. Sic autem bonum in quantum bonum faciens speciem suam in intellectu est obiectum intellectus practici, et quia in quantum bonum est appetibile est per eandem est obiectum intellectus appetitivi. Et sic ex parte virtutis intellective per eandem virtutem primo recipiendo speciem boni in quantum bonum actuale est apprehendit et cognoscit actuale, et sic est intellectus practicus; et consequenter sic recipiendo speciem boni recipit et eius operationem quod est immutari quod est appetibile; cum ex parte appetitive intellective respondet appetere et diligere. Ille ergo operationes appetere bonum et diligere et bonum cognoscere sunt eiusdem virtutis per se, solum differentes secundum rationem. Secundo dubitatur quomodo appetitus intellectus possit esse principium motus secundum locum, quia quod est movens corpus localiter utitur instrumento corporeo; sed intellectus non utitur instrumento corporeo, nec appetitus intellectualis; ergo intellectus et appetitus intellectualis non possunt movere corpus localiter. Et dicendum quod apprehensio et motio sunt sicut in celo. Apprehensio enim in capite animalibus ... terminatur in virtute ... apprehendente in corpore motio ... Sic ergo intellectus in apprehendendo movetur per instrumentum corporeum mediante virtute sensitiva et ymaginativa. Similiter intellectus appetitus movet motum localem mediante imaginativa movendo instrumenta corporea. Intellectus enim appetitus eo quod non utatur corpore reddit sibi ymaginationem ut eius complemento faciat ipsam ymaginationem appetere ymaginative; et cum sic unita intellectui practico in appetendo movet spiritus et per illos consequenter organa corporea et sic corpus. Intellectus ergo appetitivus non de se, sed secundum quod sibi unit ymaginationem in appetendo mediante ymaginativa movet organa corporea et consequenter motum localem. Tertio dubitatur sic: intellectus semper rectus est, ergo semper de bono dicit quod bonum est; et bonum apprehensum in quantum bonum non potest non appeti et amari; ergo intellectus sic apprehendens necessario desiderat bonum; ergo appetitus intellectualis non movebit nisi ad bonum; ergo in eo non erit peccatum. Ad hoc dicunt quidam quod quantum est intellectus de se semper rectus est; cum ex coniunctione sui cum ymaginativa est quandoque non rectus, quandoque falsus, et per hoc in diversis cognoscit et appetit et non de se. Contra: quia si non esset ad particularia, quantum illud in recipiendo non possit sciens movere ad malum, non enim decipitur in cognoscendo sive in iudicando; ergo nec secundum eos in appetendo. Et ad hoc sic dicendum quod intelligendum est quod ipsius hominis et non ymaginationis consistit apprehensio hominis in duabus virtutibus, scilicet ymaginativa et intellectiva. Ergo homo est ... cum ... voluit, scilicet hanc vel illam ... ymaginativa virtute et non intellectuali decipitur quandoque et malum appetit solum per hoc quod quiescit intellectiva et non per hoc quod consentiat ipsi malo. Sed contra quod intellectus appetat malum videtur sic: libertas arbitrii in homine est. Sed ubi libertas arbitrii ibi est potestas eligendi bonum vel malum; ergo in ipso homine est potestas eligendi bonum vel malum et deserendi. Ergo si ipsa anima intellectiva non appeteret vel moveret ad malum vel ipsi malo consentiret, iniuste puniretur anima separata. Et dicunt quidam ad hoc quod intellectus potest appetere bonum et malum, sed de se movet ad bonum tantum; ex consortio autem ymaginationis appetit malum. Contra, quia intellectus non potest

cogi ab ymaginativa eo quod super addatur ei, ut per eius perfectionem. Si ergo ymaginatio vinciatur, vincit se ipsum et non vinciatur ab ymaginativa. Sed constat quod in vinciendo se peccat; ergo prius non peccat quam vinciatur, scilicet secundum eos non peccat nisi cum vinciatur; ergo vinciatur antequam vinciatur, quod est inconveniens. Et dicendum quod intellectus eo quod coniunctus est ymaginationi aliquo modo afficitur et inficitur ex affectionibus ymaginationis. Et unde ipse intellectus non in se, sed secundum quod in homine est afficitur bono presenti et in ipso delectatur. Cum ergo offeratur intellectui bonum nunc et bonum simpliciter, innitatur quandoque bono nunc quia ex ipso afficiebatur et inficiebatur ex bono nunc, et hoc est peccatum intellectus ex eo quod convertit se ad affectionem prius habitam ex bono nunc et illud appetit. Contingit ergo ... movere ad malum et illud appetere. Primo quidem intellectus errat cum errat in iudicando; consequenter errat in appetendo et movendo. Secundo sciens errat in agendo et non in dicendo, sed utitur hoc alia virtute, scilicet sensitiva. Et quia cum cognoscit et consentit bonum simpliciter et bonum nunc, quia habet affectionem propter motum ad unum ut ad aliud ipse intellectus, et ex libertate sui arbitrii movet ad bonum nunc. Unde hoc peccatum ipse accidit in libero arbitrio et sic decipitur sciens. Vegetabile quidem igitur animam. Determinato de virtutibus anime in se, hic ... ad invicem, scilicet vegetabilem et sensibilem. Et dividitur in partes duas, in quarum prima ostendit quod non omnibus viventibus quibus inest vegetativa inest sensus; in secunda ostendit quod omni viventi quod est animal est sensus necessarius, ibi At animal necesse est sensum habere. Et prima in duas, in quarum prima ostendit quod omni viventi corruptibili necesse est inesse animam vegetabilem, et in secunda ostendit quod non omni viventi corruptibili inest sensus, ibi Sensum autem non necesse. In prima parte intendit hanc rationem: omne vivens corruptibile necesse est habere augmentum et decrementum; sed habere augmentum et decrementum non contingit esse sine alimento, et alimentum non contingit esse sine potentia vegetativa; ergo omni viventi corruptibili necesse est inesse animam vegetabilem. Et addit hanc conditionem corruptibile ad differentiam corporum supercelestium que sunt viventia. Non tamen intelligendum quod ex corpore supercelesti et intelligentia movente fiat unum individuum sicut ex corpore et anima fit unum individuum. Sed videtur quod non omne vivens corruptibile necesse habeat augmentum et decrementum sic: quia cum quod augmentatur est quod generatur per decisionem et ita imperfecta quantitate. Sed non omne generatur per decisionem, sed quedam per putrefactionem; ergo aliqua non necesse est habere augmentum et decrementum; deficiente enim causa deficiet effectus. Et dicendum quod nomine augmenti non intelligit solum augmentum proprie dictum, sed etiam conservationem quamdiu manet animatum per actionem ... resolutum et diminutum ipsum animatum per alimentum restaurantur, habetur deperditum et habet augmentum quoddam eo quod alimentum adveniens semper ad auget ad plus quantitatis quam fuit in fine deperditionis, et prius non semper ad auget ad plus quantitatis quam fuit in principio deperditionis; et hoc augmentum et decrementum necesse est omni animato corruptibili inesse. Sensum autem etc. Hic ostendit quod non omnibus viventibus inest sensus, et primo quod corporibus simplicibus, idest supercelestibus, explanatur; quod non corporibus supercelestibus ostendit, quia non habent tactum, et alii sensus non possunt inesse alicui sine tactu; ergo non habent sensum. Consequenter ostendit quod plantis non inest

sensus, dicens quod neque contingit sensum inesse illis que quidem non suscipiunt speciem sensibilium sine materia, sed semper cum materia; et in hoc immobilia sunt, quia enim non suscipiunt sine materia propter hoc non sentiunt. At autem. Hic intendit ostendere quod omni viventi quod est animal est sensus necessarius. Et dividitur hec pars in duas, in quarum prima ostendit quod omni animali debetur sensus necessario; in secunda ostendit quod quidam sensus sunt necessarii ipsi animali propter esse, quidam propter bene esse, ibi Tactum quidem igitur necesse. Et prima dividitur in tres, in quarum prima in generali ostendit quod animali inest sensus necessario; in secunda quod ad minus animali progressivo, ibi Si igitur autem progressivum; in tertia ostendit quod animali inest sensus necessario, et hoc ne credatur quod ad omnes operationes vel specialiter faciendas sufficiat ei intellectus, ibi Non potest autem corpus. In prima parte intendit hanc rationem: si anima aliis ... faciat frustra; ergo animal necesse habet sensum. Et est ratio talis: constat quod in animali super potentiam vegetativam addit aliam potentiam anime; illa ergo aut habebit alias operationes sibi proprias, aut faciet operationes corporales, aut operationes potentie vegetative. Sed si has operationes faciat frustra, quia iste operationes habent alias causas sufficienter a quibus fiunt, ergo si non faciat frustra, faciet operationes que non sunt corporales nec potentie vegetative operationes, nec etiam sunt operationes intellectus, cum non omne animal habeat intellectum; ergo sunt operationes sensitive. Ergo omne animal habet sensum necessario, cum natura non faciat aliquid frustra, scilicet nec propter nullum finem, nec propter hoc quod ipsam faciat operationes aliarum virtutum. Si igitur progressivum. Hic ostendit quod animal omne progressivum necesse habet sensum, quia si non, corrumperetur statim et non perveniret opus eius ad finem intentum cum natura fecit ipsum, ut augmentaretur et non ut statim corrumperetur. Quare enim alieni. Hic consequenter declarat ... quod si animal progressivum non haberet sensum, non aleretur. Solum enim ... semper et non mobilibus de loco ad locum in hoc, scilicet quod eis semper coniunctum est alimentum secundum locum; ergo animalia progressiva ... Sed non habent sensum quo dirigantur eorum motus ad loca determinata ubi est alimentum, non adquirent alimentum et ita statim corrumpentur. Non potest autem etc. Hic ostendit quod omne corpus habens intellectum habet sensum necessario, sive sit generatum sive non generatum, et est ratio talis: si corpus habens intellectum non habet sensum, causa huius aut est ex parte anime intellective aut ex parte corporis. Sed neutrum horum potest esse causa illius; ergo quodcumque corpus habet intellectum, inest sensus. Probo minorem: talis est anima intellectiva, non apprehendit hoc delectabile singulare sed delectabile simpliciter sive in genere; ergo per animam intellectivam non potest fieri operatio debita sensus sine sensu; ergo anima intellectiva non potest esse causa quare corpus habens non habeat sensum, cum indigeat operatione debita sensus. Preterea nec ipsum corpus potest esse causa, quia corpus ipsum non apprehendit aliquid; ergo nullum corpus corruptibile habens animam intellectivam est sine sensu. Et iam si sensum habet, ostenso quod omni animali est sensus necessarius, hic ostendit quod quidam sunt necessarii propter esse et quidam propter bene esse. Et dividitur in duas, in quarum prima hoc determinat in se, in secunda resumit ut reddat ..., ibi Corpus autem impossibile simplex. Et prima in duas, in quarum prima ostendit quod tactus est necessarius omni animali propter esse; in secunda ostendit quod alii tres sensus sunt necessarii ipsi animali propter bene esse, ibi Alios autem sensus propter bonum. Et prima in duas, in quarum prima ostendit hoc declarat(?) ... dicto, scilicet quod est necessarius propter esse; in secunda idem ex

Tc d.

faciat

tendit ad gustum qui est tactus quidam ibi Ex quo coniungitur. Prima pars continet duas rationes quarum prima ostendit de omni animali quod ei est tactus necessarius ipsum esse. Secunda autem ostendit hoc per locum de animali processivo ibi Omne autem animal corpus animatum est. Prima talis: si est animal habet sensum, et si habet sensum est corpus mixtum, et si est mixtum quod est sentiens habet tactum. ergo si est animal habet tactum. huius autem consequentiam si est mixtum sentiens habet tactum sufficienter per destructionem consequentis, quod si non habet tactum nec aliquem sensum, quod animalium nullum sine sit tactu. Hec est quod [?] hec consequentia si est mixtum quod est sentiens habet tactum sic intelligenda: in mixto quod est sentiens non est solum mixtio ipsorum elementorum materialium existentium, sed et mixtio quorundam spiritualium existentium. sed in eadem mixtio est in medietate [?] tamen disposita ipsius organum tactus qua mediante est sicut necessaria ad receptionem virtutis tactive sine qua non est tactus. sed ergo tangitur per talem mixtionem que est necessaria. est mixtum quod est sentiens. ergo habet sensum tactus necessario. Consequenter sic intelligitur secundam rationem que ostendit quod ad minus omne animal processivum necesso habet sensum tactus ipsum esse. Sic omne animal est corpus animatum et omne corpus animatum est potens tangi, scilicet tactu sentiri. ergo omnis animalis corpus est corpus potens tangi, scilicet tactu sentiri ab ipsis tangibilibus existentibus ut per influxum virtutis eorum in corpus animalis. sed habet expedientia et nociva existentia cum sint posita tangi tactu animalis, scilicet sensibilia sensu tactus, id est posse apprehendi et discerni ab animali cum sensu tactus. ergo debet hoc quod salvetur animal necesse est ipsum corpus suum ipsum posse tangere habentia expedientia et nociva, scilicet tactu animalis, id est apprehendere et discernere habentia nociva et expedientia tangentia ipsum animal ut expedientia accipiat et nociva fugiat. Consequenter dicit rationem illorum dicitur quod alii tres sensus, scilicet visus, auditus, odoratus, sentiunt per medium extrinsecum, scilicet quod medium non est aliquid ipsius animalis. et per hoc intelligit quod sensus tactus non sic sentit per distantiam sed per medium intrinsecum, scilicet quod est aliquid ipsius animalis. et per hoc tactum intendit hanc propositionem, scilicet quod sensibilia tactus tangunt aliquid ipsius animalis. Sed tangibile, id est ipsum animal cum tangatur ab habentibus nocivis et expedientibus, si habeat sensum tactus non potest nociva habentia fugere et expedientia accipere, quia illa non discernet et sic non posset fugere et illa accipere. non potest animal salvari. ergo si animal non potest tangi [...] contingibilibus, habet animal necesse indiget sensu tactus si debeat salvari. et patet quod iam dictum est, et dicit loquendo de animali processivo quod hic non animal est in loco ubi est natura corporum in nocivo et talia frequentius contingentibus [?] quam delectabilia. Ex quo quidem iam ostendit de tactu ipsum esse. hic ostendit idem, scilicet de gustu, scilicet quod est necessarius animali similiter, et est ratio talis: gustus est sensus alimenti. sed alimentum, scilicet quod alimentum est tangibile. est enim alimentum per qualitates calidi, frigidi, humidi et sicci. sonus autem et odor et color non sic faciunt sensum. sed per ista tangibilia nec aluntur nec faciunt augmentum nec decrementum. ergo gustus est tactus quidam. ergo necesse est et ipsum animal cum esse sensum tangibilium et sensum gustabilium cum necesso indigeat animal alimento ad eius salvationem. patet ergo ex dictis quod iam dicta duo sunt necessaria ipsi animali ipsum esse ut salvetur per aliquod tempus, et impossibile est animal esse sine tactu. Dubitatur autem quare planta non gustet cum necesso utatur alimento. et dicendum quod planta cum alatur non sentit alimentum per voluptatem sed per naturam, et propter hoc non indiget sensu detectivo alimenti

ad hoc

animalis, id est non solum per naturam sed per voluntatem aliquo modo accipit sibi id quod desiderat. et propter hoc in ipso est actus habendi sibi alimentum ut non alimentum et delectabile ut credo. et propter hoc indiget sensu discernente alimentum a non alimento et in alimento delectabile et contrarium. Alios autem propter bonum. hic intendit ostendere quod alii tres sensus, scilicet visus, auditus, olfactus, sunt necessarii animali propter bene esse non cuilibet sed processivo. et dividitur hec pars in duas: prima est principalis et secunda est incidens ibi Sicut enim movetur. in prima parte intendit hanc rationem: animal processivum non semper coniungitur secundum locum quod est ei delectabile. ergo indiget sensibus sentientibus per distantiam quibus mediantibus dirigatur in movendo ad inveniendum sibi delectabile per locum. sed sensus sentire per distantiam sic probatur: sic ipsa sensibilia sentiuntur per medium extrinsecum. ipsum autem sentire per medium extrinsecum est eo quod medium patitur et movetur a sensibili extrinseco, et consequenter organum ab ipso medio sic aliquid passo et immutato, et cum sic contingit quod sentit sensus per medium extrinsecum. Deinde ponit incidentem in qua intendit manifestare mediante pro sensibile in motu depulsionis. et dividitur hec pars in duas quarum secunda est incidens vel potius ibi Unde et de repercussione. et prima dividitur in duas in quarum prima dat ipsam similitudinem. in secunda ne credatur omnimoda eorum esse similitudo dat eorum quandam distantiam ibi Preterquam manere debet. Dicit ergo quod sicut est in motu depulsionis quod primum movens depellit aliquid aliud ut medium et illud medium depulsum depellit aliud ut ultimum depulsum, et tamen est motus per medium, et primum movens est depellens et non depulsum ab alio. medium autem est depellens et depulsum ab alio. ultimum autem est depulsum solum. similiter et si plura fuerint media sicut in alteratione sensibili sicut plura quorum primum est ipsum sensibile extrinsecum movens medium et non motum a medio. medium autem movetur ab ipso sensibili et movet ipsum organum, scilicet in sensu. Consequenter autem determinat eorum differentiam, scilicet quod in depulsione contingit medium motum moveri ultimum cessante et quiescente primo impellente. in alteratione autem sensibilium primum non movet medium a sensibili ut si aliquis tangeret seu impresserit sigillum in ceram. quamdiu et quamdiu imprimit primum est movens sigillum tamdiu et intantum movet sigillum ceram a sigillo et recipit figuram sigilli. sed lapis sive ipsum sigillum cessante primo impulsore non amplius movet ceram. sed ex alia parte, scilicet in motu depulsionis medium movetur ut aqua et cessante primo impellente movet ultimum ultimo pulsum. et aer impulsus similiter si moveatur ad hoc ultimum movet et facit et patitur, scilicet una eius pars semper pellente alteram cum fuerit aer continuus. et tamen adhuc ultimum movet ultimo pulsum cessante primo impellente. et tamen dicta differentia magis manifeste locum habet in alteratione sed sensu visus. Unde et de repercussione. hic inducit secundam incidentiam in qua determinat quod etiam dictum ut de immutatione per medium extrinsecum manifestum est quod de illa questione que fiebat antiquitus de repercussione radiorum visualium melius est dicere aerem medium pati et immutari a figura et colore cum ipse aer fuerit unus, et tamen ipsum aerem motum movere organum visus. et tamen ipsum visum repercuti, scilicet quod dicitur visum fieri per repercussionem radiorum visualium. unde visus recipit similitudinem coloris ab aere medio cum immutatus aer a sensibili extrinseco sicut cera recipit figuram ipsius sigilli cum ipsum sigillum sigillatur in cera usque ad finem seu ultimum profundi, id est totaliter recipit eius similitudo a cera. et sic intelligendum quod antiqui non intendebant negare

extensionem radiorum ab oculis, sed solum intendit quod huius radiis non fit visus in actu sed per inclusionem receptionem speciei coloris a medio. Quoniam autem animal in parte est. hic resumit quod iam determinatum est, scilicet quod solus tactus est omni animali necessarius ipsum esse, ut addat maiorem eius declarationem. et dividitur hec pars in duas quarum prima est principalis, secunda incidens ibi Alios autem sensus. et prima in duas in quarum prima ostendit quod iam dictum est per rationem, in secunda per signa ibi Propter quod alia sensibilia. in prima parte intendit hoc enthymema: corpus animalis est mixtum ex ipsis tangibilibus. ergo cum animal privatur sensu tactus necesse est ipsum mori. et tamen satis habetur quod tactus est necessarius omni animali. pars autem que intendit hanc rationem dividitur in duas quarum prima pertinet ad declarationem premisse, secunda autem ad ipsam conclusionem ibi Manifestum est ergo. in prima parte intendit hanc rationem: omne tangens est mixtum. corpus animalis est tangens. ergo corpus animalis est mixtum. et dividitur hec pars in tres partes in quarum prima ponit conclusionem huius rationis. secunda autem pertinet ad declarationem minoris ibi Sumatur tactum. tertia autem ad probationem maioris et declarationem, id est Omnis enim tactivus. pars pertinens ad probationem minoris dividitur in duas: prima est principalis, secunda incidens ibi Quoniam autem animal. probat minorem: omne sentiens est tangens. ergo omne animal est tangens. sed eius minorem ostendit premissam ibi Corpus enim. sic omne animatum animal sensitivum est tangens. ergo omne sentiens est tangens. Sequitur pars incidentalis in qua cum prius dixerit quod impossibile est corpus animalis esse simplex ut aereum etc., ne crederetur quod nullo modo est organum animalis sensibus simplex, ostendit quod immo non quod organum animalis sit sic ex uno elemento tamen, sed ex aliquo elemento uno predominante. et dividitur in duas in quarum prima declarat hoc incidens, in secunda autem redit ad suum principale ibi Quare hec elementorum. et pars prima habet duas quarum secunda est incidens vel potius ibi Et cum alia. Dicit ergo quod per naturas aliorum corporum a terra fiunt sensus: in organo enim visus ingreditur aqua predominans, in organo auditus aer predominans, natura autem ignis communis est omnibus sensibus. Unde enim sentiuntur singulares sensus alter et alter, sed in aliis sic sed quod calidi. alias autem faciunt sentire sed quod in calidi sunt. et ideo cum illi sensus communicantur ab omnibus sensibus et tamen ignis sive calor ab omnibus communicatur quantum est per accidens. terra autem in nullo sensus organo est predominans. Unde est propter hoc dicit Aliis autem. in organo autem tactus non est aliquod aliud unum elementum predominans, sed est organum tactus quedam media proportio omnium elementorum mixtorum ad estimationem tactus. Consequenter autem ex habundanti adiungit quod omnis habet sensus in quibus dominatur aliquod unum elementum aliud a terra sentiunt per medium extrinsecum, id est per medium quod non est ipsius animalis connaturale [?]. sed dicitur tactus ipsius animalis. sed sensus tactus ipse est in tangendo ipsa tangibilia, id est sed sensus tactus ipse sic per medium intrinsecum quod est aliquid ipsius animalis, scilicet per hoc quod aliquid ipsius animalis ut caro tangit ipsa tangibilia. et ob hoc etiam sortitur hoc nomen tactus iste sensus. Consequenter inducit secundam incidentiam: cum enim iam dixerit quod solus tactus ipse sentit in tangendo, ne crederetur ex hoc quod nullo modo esset tactus sine aliis sensibus et sua sensibilia, hoc removet dicens quod et alii sensus etiam sentiunt in tangendo sed differenter a tactu, quia alii sensus, scilicet sentientes per medium extrinsecum, sentiunt in tangendo sua sensibilia extrinseca per medium quod non est aliquid ipsius animalis. solus autem tactus sentit sic tangendo sua sensibilia per se ipsum, id est per medium intrinsecum quod est aliquid ipsius animalis. Consequenter resumit suam conclusionem principalem ut ei adiungat

maiorem probationem et declarationem propter digressionem iam factam. Dicit ergo quod iam patet, scilicet ex maiore probatione iam probata, quod corpus animalis est mixtum et non alicuius unius elementorum ut aereum aut aliquid aliud etc. Omnis enim tactus. hic inducit maioris probationem dicte rationis et declarationem. et dividitur in duas in quarum prima illam declarat per rationem, in secunda per signa ibi Propter hoc ossibus. maior autem sic innititur: omne tangens est sicut medietas sive proportio media ipsorum tangibilium. et propter hoc sequitur etiam quod tangens est mixtum ex tangibilibus. Consequenter dat huius rationem, scilicet huius quod tactus est susceptivus specierum omnium differentiarum tangibilium que non reducuntur ad aliquam naturam unam simplicem. ergo necesse est ipsum tangens esse mixtum ex tangibilibus. Consequenter idem ostendit per manifesta signa. et dividitur hec pars in duas secundum duo signa que ponit. primum est quod per hec, scilicet per ossa et pilos et alias partes huiusmodi non sentimus eo quod sunt terre vel sunt predominium huius. secundum signum est huius, scilicet quod oportet ipsum tangens esse medietatem quandam sive mixtum ex omnibus quatuor ad estimationem. Et plante etc. hic dat secundum signum dicens: propter illud idem accidit quod plante non sentiunt, scilicet cum sint terre. et quod hoc sit signum illius ostendit quia sine tactu non possibile est aliquod animal esse, et tamen nec aliquem alium sensum. sed tactus non est terre nec per dominium nec alicuius aliorum elementorum sed illorum omnium medietas. ergo cum planta sit terre non est planta sentiens. ergo plantam non posse sentire est signum, scilicet quod omne tangens est mixtum ex tangibilibus ad estimationem. Hic dubitatur: videtur enim similiter in mixto quod est animal quod sit terra predominium sicut et in planta. sic omne mixtum movetur ad naturam in ipso. sed mixtum quod est animal movetur deorsum. ergo terra in eo ipsius animalis predominium sicut et ipsius plante. Ad hoc dicendum quod etiam contrarii in mixto aliquo contingit dupliciter: primo per eius virtutem et secundo per eius potentiam [?]. at ex virtute tamen primo modo non est terra predominium mixto quod est planta. secundo autem modo est terra predominium mixto quod est animal. cum enim [...] ad estimationem sui [...] ad hoc quod constituatur corpus animalis in quantum ipsius animalis est [...] de virtute eius dicere respondet unum de potentia sine terre quantum tanto de virtute sive ipsius ignis vel alicuius alterius elementorum. ergo necesse est in corpore animalis esse terram predominium quantum ad virtutem [...]. Manifestum ergo. ostenso medio sive ratione principali hic inducit conclusionem que pertinet ad suam conclusionem principalem, et dividitur in duas partes in quarum prima in se ipsam conclusionem exprimit, in secunda adiungit maiorem eius explicationem ibi Hoc enim possibile est. solo sensu tactu privato ab ipso animali corpore, id est animalis sive quod ipsius animalis est, est non solum ex mixtione elementorum talium existentium sed et ex mixtione quorundam spiritualium existentium. [...] autem complexio organi tactus et aliorum mediante est organum illud necessarium ad virtutem sensitivam tactivam est huius mixto quorundam spiritualium existentium, et hoc corrupto sensu tactus necesse est ipsum animal mori. Non enim possibile. hic adiungit maiorem eius explanationem. et dividitur in duas in quarum prima declarat conclusionem manifestam quantum per sensum, in secunda per signum ibi Propter hoc quidem. dicit ergo quod quod sensus est manifestum quod nullum non animal possibile est habere sine tactu [...] necesse habere alium sensum [...] propter quod ad hoc ut salvetur per tempus aliquod necesse sit ipsum habere gustum, scilicet manifestum est hoc quod solo sensu privato etc. Propter hoc hic idem ostendit per signum. et dividitur hec pars in duas in quarum prima dat ipsum signum, in secunda ostendit illud esse signum principalis dicte conclusionis ibi Sine enim tactu. Dicit ergo quod propter hoc, scilicet quod solo sensu tactus privato necesse est animal mori. Convenit quod

dicit ipse quod [...] est ex dictis quod necesse est animal mori

[illegible]

alia sensibilia a tangibili per excellentiam corrumpitur solum sensitivum ipsum et non secundum accidens ut si simul cum sono excellente contingat fieri ictus sive depulsio aliqua que depulsio facta corrumpit et . et similiter a visibilibus et odorabilibus movetur aer per accidens sive inficitur per aliquid quod simul est cum ipsis visibilibus et odorabilibus qui aer infectus corrumpit et in tangendo ipsum illud . sed tangibilia ipsa excellentia non solum corrumpit secundum tactum per se . sed et ipsum et . quod ostendit sic cum sensibilia superfluitas corrumpit sensum . ergo et ipsius tangibilis superfluitas corrumpit tactum . sed tactu corrupto necesse est simul corrumpi et ut ostensum est . ergo tangibilia ipsa per excellentiam suam corrumpit et = consequenter ostendit illud quod iam dictum est esse signum predicte conclusionis . quia enim impossibile est et esse sine tactu accidit quod tangibilia ipsa corrumpit ipsum et per excellentiam et non solum tactum cum necesse sit ipsum et habere solum hunc sensum et ita patet quod illud . s. sensibilia secundum tactum sola corrumpit et . et signum predicte conclusionis predicte = Alios autem sensus . hic innuit proprium incidentem . cum enim iam ostendit quod solus tactus necessarius est ad hoc quod sit et . ne credatur ex hoc quod alii sensus nullo modo essent necessarii ipsi animali . hoc removet dicens quod alii sensus insunt animali propter bene esse . visus enim habet et propter essentiam . ut in aere . et aqua videat et ut ad unum dicam ut in lucido videat . et ad hoc ut dirigatur in movendo . gustum autem habet ut discernat dulce et amarum in alimento . et ita propter desiderium moveatur cum gustu . gustum intelligatur de olfactu . s. ut discernat aliquid dulce et amarum in odorabilibus . auditum autem habet et ut mediante auditu significet aliquid sibi ipsi . et ex habundantia ad intelligendum quod et lingua habet quedam alia ut significet aliquid alteri mediante ipsa = Set dubitatur propter quid dicitur gustus esse necessarius propter bene esse . cum prius dixit quod gustus est necessarius propter esse . s. ad hoc ut per ipsum aliquod salvetur et . = dicendum quod ipsius gustus due sunt operationes quarum una est ut discernat alimentum a non alimento et quo ad hanc operationem eius est gustus necessarius ad hoc quod salvetur et in suo esse . alia autem est eius operatio . s. in ipso alimento discernere delectabile a[b] instabili et quo ad hanc eius operationem est necessarius propter bene esse solum

[illegible]

223 D.S. Marzo 1909

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

B II C II

cc. 223 riscontrate e numerate
più una guardia scritta in principio

Marzo 1909 D. I.